

2966.

2

Ex D
Bibliotheca Pohliana
jure auctionis
accepi.

Commentarius
IN HESIODI ASCRÆI
ἔργα καὶ ἡμέρας

MAGNO STVDIO ET LABORE
collectus & in vsum studiosæ iuuentutis nunc primum
editus
A
M. Stephano Riccio.

ACCESSERVNT VLPII FRANEKERENSIS FRISII ET NICOLAI VALLÆ translationes, vt quis cum Græco textu conferre queat.

LIPSIÆ
Imprimebat Georgius Defnerus,
ANNO
M. D. LXXX.

13961

ILLVSTRISSIMIS PRINCIPIBVS ac Dominis, Dominis FRIDERICO GVILHELMO & IOANNI FFR. Ducibus Saxoniæ, Landtgrauijs Thuringiæ, Marchionibus Misniæ, Dominis suis clementissimis

S. P. D.



NOBILYTI & Illustrissimi Principes, Domini clementissimi: In Epitaphio Epicharmi, Poëtæ Siculi, quod apud Theocritum extat, dulcissimè scriptum est de laboribus, qui iuuentutis instituendæ causa suscipiuntur, πολλὰ τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα: μεγάλα χάρις αὐτῷ. Multa pueris vtilia dixit: Magna ei debetur gratia.

Nec vero maior laus esse potest docentium, quam cum eam rationem habent iuuentis, vt in ea informanda non tam splendida, quàm vtilia doceant, secq; non tam ad ostentationem inanem, quam ad captum discentium accommodent.

Tales non suæ tantum ætati vtilitatem afferunt, sed plantulas serunt alteri quoq; seculo profuturas. Et quanquam experiri sæpè cogantur multorum ingratitudinem, quæ est communis morbus totius generis humani in his terris: tamen hunc fructum amplissimum atq; vberrimum suorum laborum percipiunt, quod & conscientiæ suæ approbationem habent, & apud rectè iudicantes gratiam ineunt, & honestam sui nominis memoriam apud posteritatem quoq; relinquunt, propterea quod propter vtilitatem publicam, discentium studijs prodesse, quàm aut inani gloriolæ, aut priuatis commodis seruire maluerunt.

Hæc ego iam senescens, quoties cogito, cogito autem sæpissimè, toties confirmari me sentio, vt perpetuum animi mei propositum ac voluntatem inseruiendi discentium studijs etiam in hac senecta mea constanter retineam. Etsi enim anni sunt

sex &

sex & triginta, cum ad ministerium Ecclesiæ vocatus, atq; adeo abstractus sum à scholastico docendi munere, in quo aliquot ipse annos adolescentiam, meæ fidei commendatam, viua voce erudij, tamen vt Scholæ semper Ecclesijs adiunctæ fuerunt, Sic ego affectionem voluntatis meæ singularem erga iuuentutem scholasticam nunquam planè deponere atq; abijcere potui. Ac quicquid vel temporis, vel ocij à necessarijs Ecclesiastici muneris occupationibus concessum mihi fuit, quod alij aut ad rei familiaris rationes constituendas, aut ad rixas & contentiones: qualium hoc infœlix seculum plenissimum est, excitandas & fouendas conferunt, id ego certo ac constanti animi iudicio, colligendis vtilibus scriptis tribui, quibus ad veteres authores cum fructu legendos via & quasi aditus patefieri discentibus posset.

Hæc mea opera cum profuerit hactenus multis, nocuerit nemini, nondum sanè desino in colligendis, edendisq; vtilibus lucubrationibus nostrorum præceptorum, aliquid laboris sumere, quibus discentes ad lectionem bonorum scriptorum tùm inuitentur, tùm præparentur.

Visum igitur fuit nunc quoq; dulcissimum poëma Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας, in lucem emittere, illustratum scholijs doctissimorum virorum, quos ego adolescens in Academia Vuittenbergensi audiui. Quod cùm facere decreuerim, cum hac veluti προσφωνήσει ad generosam & inclytam vestram Celsitudinem: Quæso vos Principes inclyti, ac generosissimi, vt priusquam causas, cur vestræ generosæ indoli dedicare hanc lucubrationem voluerim, exponam, benignè, patienterq; me feratis pauca, vt in præfationibus fieri solet, commemorantem tùm, de diuersis formis, quibus doctrina de moribus traditur, tùm de necessitate & vsu linguæ Græcæ, quæ vtinam nunc à studiosa iuuentute maiore aliquanto studio excoleretur, quàm à plærisque nimis socorditer, aut negligenter fieri videmus. Nam cùm hoc ipsum Hesiodi poëma ad doctrinam de moribus potissimum spectet, & propter Græcæ linguæ cognitionem semper in manibus discentium esse debeat, nihil me huius editioni accommodatius præfari posse iudicaui, quàm si breuem commonefactionem instituerem de vsitatis vijs seu rationibus, quibus vniuersa de moribus doctrina à veteribus proponi solet, & vero de Græ-

de Græcæ linguæ quoq; vsu necessario, si forte ad excitandam iuuentutem hoc etiam aliquid momenti ac ponderis afferre posset.

Quod igitur ad formas seu vias docendi attinet, quibus doctrina de rectè viuendi ratione, decq; omni virtutum ac vitiorum discrimine tradi solet: Rectè censent eruditi, tribus præcipuè rationibus vsos esse in docendo scriptores veteres, quicunq; de moribus aliquid monumentis literarum tradendum sibi esse existimarunt.

1. Harum prima ratio νομικὴ appellari potest, nimirum, cùm nuda præcepta, siue sententiæ & regulæ, siue virtutum ipsarum definitiones, proponuntur, sine causis atq; demonstrationibus. Ad hanc formam pertinent nõ solum tabulæ legũm in singulis rebuspublicis, & diuinæ inprimis decem præceptorum seu Decalogi sanctiones: Sed etiam omnia scripta siue sacra, siue prophana, quæ Gnomologica nominantur, qualia sunt in Ecclesia liber Prouerbiorum Salomonis, & Sapientia Syracidæ, & apud Ethnicos Hesiodi, Pythagoræ, Phocilidis, Theognidis, & similium carmina, in quibus sententiæ de virtutum

officijs collectæ, ac plærunq; sine accurata ordinis obseruatione, & sine tractatione Methodica, interdum breuiter, interdum prolixius ac copiosius expositæ esse cernuntur. Fuisse autem hanc formam docendi de moribus antiquissimam, paulò pòst ostendam, prius enim de cæteris, in hoc genere doctrinæ vsitatis formis, aliquid dicendum est.

2. Altera igitur docendi de moribus ratio παραδειγματικὴ est, cùm non tam præcepta, quam exempla vitæ & actionum proponuntur, vt horum conspectu animi hominum ad virtutem colendam ardentius excitentur, & à vitijs atq; sceleribus absterreantur.

Ad hanc formam pertinent historiæ, Tragœdiæ, Comœdiæ: poëmata Heroica, & Apologi. Nam in historijs, vt inquit Liuius, illud est præcipuè salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri, vnde tibi tuæq; Reipub. quod imitêre, capias: Inde fœdum incœptu, fœdum exitu quod vites.

Iam Tragœdia quid est, nisi imago vitæ humanæ in illustrium personarum euentis ob ocu-

ob oculos posita, quæ hanc perpetuam vocem spectatoribus atq; auditoribus assiduè inculcat: Discite iusticiam moniti, & non temnere diuos.

In Comœdijs autem sunt priuatorum hominum ludi, pericula, & inexpectati casus, quos confictos esse à Poëtis, inquit Cicero, vt effictos nostros mores in alienis personis, expressamq; imaginem vitæ quotidianæ videremus.

Quod autem Heroica poëmata, inter quæ nullum præstantius extat apud Græcos, quàm Homeri, doctrinam de moribus valdè illustrent: testatur Licurgi narratio in oratione contra Leocratem, Maiores nostri, inquit, legem tulerunt, vt solum Homeri poëma præ cæteris in quinquennali conuentu Attico recitaretur, hoc exemplo ostendentes, quantopere virtutis doctrinam colerent. Nam leges, propter breuitatem non docent: sed nuda imperia proponunt: poëtæ autem, quia vitæ humanæ imagines pingunt, eligunt optima exempla & his orationes attribuunt, in quibus quid, cur fieri deceat, demonstrant.

Quanquam autem Apologi narrationes proponunt, quæ neq; veras, neque verisimiles res continent, tamen, & ipsi venustissimè vitam & mores hominum depingunt. Itaq; vix vlla doctrina vtilior, continens politicam sapientiam proponi rudi iuuentuti potest, quam narrationes Apologorum.

3. Restat postrema ratio docendi de virtutibus, quam Philosophorum scholæ propriam sibi fecerunt. Ea est ἀποδεικτική, cum non tam præcepta & exempla recitantur, quàm causæ propriæ & effectus accuratè inuestigantur, ac demonstrationes colliguntur, deniq; methodo in artibus vsitata omnia comprehenduntur, quæ ad singulas virtutum descriptiones pertinere videntur.

Hac ratione Aristoteles docet Ethicen, eamq; certis quasi finibus atq; limitibus methodo Dialecticæ inclusam ac circumscriptam lectori proponit.

Etsi autem vniuersa doctrina de moribus, quæ apud Ethnicos conseruata ac scriptis hominum doctissimorum illustrata est, partim ex notitijs naturaliter notis, partim

partim ex doctrina accepta à patribus in Ecclesia, nata atq; propagata est, & vnaquæq; ex his tribus, quas breuiter descripsi, docendi formis, maximum in vita vsum habet: tamen antiquissima vetustas, non in vniuersum, sed per partes tantum de moribus tractauit, & γνῶμαϛ solas, hoc est, breues & argutas sententias ad vitam instituendam accommodatas protulit, rerum potius, quàm methodi studiosa. Nam, vt de patrum in Ecclesia doctrina nihil nunc dicam, Plato certè in Hipparcho, & Plutarchus in Theseo disertè testantur, veterem philosophiam de moribus tantum gnomologicam fuisse, cuius tanta fuit admiratio apud homines, vt ex his ipsis sapientiæ nomen, cum alij, tum præsertim septem Græci obtinuerint.

Hipparchus etiam, Pisistrati filius, vt sapientiæ suæ fructum Athenienſibus impertiretur, in triuijs & compitis Hermas erexit (sic enim statuas vocabant Mercurio sacras) & bene viuendi præcepta breuissimis comprehensa incidi curauit. Quo ex genera ista memorantur, μνῆμα τόδ' ἱπποάρχου, σῆχε δίκαια φρονῶν. Item: μνῆμα τόδ' ἱππάρχου, μὴ φίλον ἐξαπαλᾷ. Templorum quoq; vestibulis, Delphici præsertim & Delia-

& Deliaci, Gnomæ inscribebantur, vt saltem à loco authoritatem acquirerent, & tanquam oracula quædam è cœlo delapsa crederentur. Talia fuerunt & Sybillarum plæraq; carmina, quæ in poëma suum collegisse putatur Phocilides, cum ea paulatim, vt fit, neglexisset posteritas. Atq; hoc nomine & Hesiodi poëma in magna authoritate semper fuit, quod sententias multas ac graues pertinentes ad rationem vitæ rectè instituendæ, passim intertextas haberet, suntq; carmina eius tanto consensu olim approbata, vt memoriæ illa mandari à pueris, prima eorum ætate, veteres voluerint, quò in omni vita illorum perpetuò recordarentur. Scribit etiam Pausanias, se vidisse in Helicone antiquissimum monumentum, videlicet tabulas plumbeas, in quibus poëma Hesiodi scriptum fuerit. Quin & propter orationis suauitatem dictum olim fuit Hesiodo pastori calamos à Musis donatos esse.

Magnam etiam laudem propter gnomarum seu sententiarum de moribus grauitatem meruerunt, Theognides, Tyrtæus, Euenus, & similes alij, quos etsi posterioribus aliquanto temporibus vixisse constat, tamen consentaneum est, plæraſq; sententias,

tentias, ex prima & antiquissima vetustate conseruatas, scriptis suis complexos fuisse.

Cum autem bellis & mutationibus regnorum, quæ crebræ erant, mores hominum paulatim deteriores fierent, neq; amplius nudis sententijs, ad virtutem flecti possent, tum demum sapientes eam rationem inierunt, vt propositis spectaculis, scenicis animos hominum ad modestiam, & reliqua virtutum officia flecterent. Paulatim etiam in scholis Philosophorum secuta est exquisitior de moribus consideratio ex causis suis deducta, & præceptis certis methodicè comprehensa, in qua Pythagoræos præ cæteris excelluisse, ex fragmentis illorum, quæ apud Stobæum extant, intelligi potest. Sed cum acroamaticè tantum eam persequerentur: externis nihil præter aurea quædam dicta & Symbola communicarent: Socrates primus Philosophiam hanc è scholis in mediam hominis vitam, & quasi ex tenebris in lucem produxit, cuius placita Dialogis complexus est Plato, sic tamen vt in falsis opinionibus aliorum refellendis potius, quàm in veris docendis occupatus fuerit: Donec ad extremum Aristoteles præcepta hinc inde sparsa, ex tabulis publicis, ex trivialibus

uialibus ſtatuis, ex epigrammatis, ex ſcholis deniq; & ſcriptis Philoſophorum in vnum velut corpus collegit, & quaſi animam, ſic ordine ac methodo donauit, vt deinceps ex cauſis philoſophia practica doceri & cognoſci poſſet.

Sed quid ago? Num oblitus ſum, hoc mihi nunc propoſitum eſſe, vt breui ſaltem indicatione de diuerſis formis tradendi doctrinam de moribus propoſita, deinceps de Græcæ linguæ neceſſario vſu aliquid iuuentutis cauſa in hac præfatione addam, vt intelligi poſsit, hos fines in cognoſcendo Heſiodi poëmate ſpectandos eſſe, non ſolum vt doctrina de virtutum officijs animi excolantur, ſed vt diſcentes etiam Græcæ linguæ cognitionem maximè vtilem ac neceſſariam in omni genere ſtudiorum cæteris, in quibus elaborant ſtudijs, adiungant.

Haud verò ſcio, quid de Græcæ linguæ cognitione venuſtius ac verius dici poſsit, quàm ſi illud peruulgatum diſtichon, quod bonarum artium ſtudioſis familiariſsimè notum eſſe debet, hoc quoq; loco à me repetatur:

Qui non

Qui non Græca simul iungit monumenta latinis
Is verè docti nomen habere nequit.

Etenim, qui veram ac solidam doctrinam consequi voluerint, his nulla re magis, quàm Græcæ linguæ cognitione opus est. Qua qui destituuntur, ad quodcunq; doctrinæ genus animum applicauerint, ingenti adminiculo se destitui sentient. Nam vt de doctrina veræ religionis & pietatis priore loco dicam, manifestum est fontes noui testamenti, quod Euangelium Christi & Apostolorum conciones continet, Græca lingua traditos esse, vbi certè multæ sunt voces, multæ figuræ ac phrases, multæ item sententiæ, quas dextrè ac rectè interpretari, & admirabilem illam vim atque energiam sermonis diuini vtcunq; explicando assequi nemo potest, nisi qui mediocriter Græcas literas deguſtauerit. Huc accedit, quod post tempora Apostolorum, in Græcis potissimum Ecclesijs, floruerunt pij ac sancti doctores, qui cum historiam primum nascentis Ecclesiæ fideliter descripserunt, tum vero interpretationibus sacram doctrinam illustrarunt, & præcipuas controuersias ac certamina cum hæreticis de summis fidei articulis rectissimè explicarunt.

Iam

Iam veræ atq; eruditæ Philosophiæ partes vniuersæ an non in Græcorum scriptis compræhensæ sunt? Non enim de artibus dicendi, de numeris, de figuris, de motuum cœlestium legibus & effectibus, de rerum elementarium natura, de certis ac finitis spacijs terræ vlli extant libri luculentius scripti, quam ij, qui à Græcis ingenijs memoriæ posteritatis proditi sunt.

Quid dicam de historijs? Quarum optimi & antiquissimi scriptores sunt Græci. Vbi enim historia sacrorum librorum desinit, ibi mox Græca historia incipit. Nec vlla est Latini historici tanta suauitas, sapientia & elegantia, vt Græcos non dicam superare, sed æquare, saltem possit. Eloquentiam quoq; omnem à Græcis ad Latinos propagatam peruenisse palam est. Nec vero de arte Medica, de natura stirpium, herbarum, plantarum, arborum, gemmarum, metallorum, animalium, Denicq; ipsius hominis, Aut de causis & remedijs morborum, quicquam extat accuratius scriptum, quam libri Hippocratis, Aristotelis, Dioscoridis, Galeni, & aliorum.

Postremo & ij, qui iuris studio sunt dediti, norunt magnum numerum constitutio-

stitutionum Imperatoriarum Græco sermone scriptum esse. Et fontes legum partim ex historia imperiorum & gubernationis orti & propagati sunt, partim ex doctrina de moribus, quam Ethicen vocant, quorum vtrunq; ex lingua Græca requirendum est.

Spero ex his paucis, quæ attingenda potius, quàm copiosè mihi hoc loco exponenda esse putaui, nemini obscurum esse, quanta in omni studiorum genere necessitas sit Græcæ linguæ, quæ magistra & fons est non solum cœlestis doctrinæ, sed & reliquarum artium & facultatum, in quibus discendis, omnis labor & opera illorum consumitur, qui doctrinarum studijs dediti esse volunt.

Cum autem Hesiodi poëma plurimum prosit ad cognoscendam atq; exercendam Græcam linguam, quis non iuuentuti necessariam huis optimi authoris lectionem esse existimet, non modò, quod inter gnomologicos scriptores veteres principem locum teneat, sed quod suauitate & elegantia orationis ad expetendam Græcæ linguæ cognitionem ceu illecebris quibusdam animos discentium inuitet atq; excitet?

Sed non ero in his persequendis prolixior, præsertim cùm in hac præfatione Vestram Illustriss. Celsitudinem compellare instituerim, quæ præceptore in humanioribus literis hoc tempore vtitur Iusto Ludouico Brusmanno, viro vndiquaq; doctissimo, qui, cum propter dexteritatem in iuuentute erudienda, & Græcæ linguæ peritiam, celeberrimam laudem iampridem meruerit, haud dubiè de studijs Græcæ linguæ honestam opinionem Inclytæ Vestræ Celsitudini sæpe ac diligenter instillat & inserit.

Veniam igitur ad causas, cur qualemcunq; hunc Commentariolum in Hesiodi librum Illustrissimæ Celsitudini Vestræ dedicare voluerim. Eas breuiter, simpliciterq; exponam sine vlla affectatione, à qua cùm natura mea, tùm hæc ætas ingraue-scens meritò aliena est.

Primum igitur, vt erga patriam, sic erga Principes patriæ in omnium bonorum mentibus mirificus quidam amor, & reuerentia quædam singularis & eximia inesse solet. Quare cum sub ditione Illustriss. familiæ Saxonicæ natus & educatus sim, & superioris meæ ætatis multo maximam

partem, tùm in ſcholis, tùm Eccleſijs V. Illuſtriſs. Celſitudini ſubiectis docendo exegerim, hac quaſi compellatione publica veram animi mei reuerentiam erga inclytam Veſtram Celſitudinem oſtendere, atq; adeo teſtari volui, me vnum ex eorum numero eſſe, qui in quotidianis & aſsiduis ad Deum precibus ſalutem & incolumitatem Generoſæ Veſtræ Celſitudinis, & totius familiæ Saxonicæ æterno ac miſericordi DEO, Patri Domini ac liberatoris noſtri IESV CHRISTI ardenter ac ſuppliciter commendare ſoleant.

Deinde grauiſsimè apud Sophoclem de gratitudine ſcriptum eſſe memini:

—— —— Ανδρὶ τοι χρεών
μνήμην προσεῖναι, τερπνὸν εἴ τι πȣ πάθοι.
χάρις χάριν γὰρ ἐστὶν ἡ τίκτȣσ' ἀεὶ.
ὅτῳ δ' ἀπορρεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος,
οὐκ ἂν γένοιτό ποθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνὴρ. h. e.

—— —— *Virum decet bonum*
Beneficij meminiſſe grato pectore.
Nam gratiam ſemper gratia bonam parit.
Sed ſi quis obliuiſcitur beneficij,
Quod accipit, generoſus hic vir nunquam erit.

Multa autem ac magna beneficia publicè & priuatim accepisse me fateor ab Illustrissimæ Celsitudinis Vestræ Parente & Auo. Quamobrem, vt apud liberos meos memoria acceptorum beneficiorum conseruetur, & ad alios quoq; confessio meæ gratitudinis erga inclytam familiam V. Celss. extet, dedicare Vestræ Illustriss. Celsitudini hanc lucubratiunculam volui, vt, cùm alia ratione non possim, saltem hoc modo testificer, nunquam me depositurũ esse memoriam acceptorũ beneficiorum ab Inclyta familia Saxonica.

Omitto commemorationem de excellentia virtutum in inclytis maioribus V. Celsitudinis, quam vt omnium locorum boni viri mirantur ac suspiciunt, Ita me quoq; agnoscere & celebrare par est. Nam quoad in vniuersa Europa reliquiæ piarum Ecclesiarum fuerint, nunquam intermoritura est memoria sapientiæ, probitatis, constantiæ Illustrissimorum Ducum Saxoniæ, sub quibus DEVS optimus Maximus puriorem religionem instaurari, & omnium artium ac linguarum Ecclesiæ DEI necessariarum studia renasci voluit, nimirum FRIDERICI, qui cognomento Sapiens dictus est, quiq; Academiam Vuitebergen-

sem

sem primus instituit, Deinde IOHANNIS, qui Confessionis Augustanæ in Comitijs Imperij exhibendæ author fuit, quiq; boni ac probi Principis titulum apud omnes sua ætate habuit. Deniq; IOHANNIS FRIDERICI primi, qui, cùm nullo periculorum metu, nulla aduersæ fortunæ asperitate moueri se pateretur, vt Confessionem veræ doctrinæ mutaret aut abijcerer, CONSTANTIS appellationem ad totam posteritatem meruit.

A talibus ac tantis Principibus, vt de Inclyto Parente V. & cæteris summis Principibus Vestræ Celsitudinis agnatis hoc loco nihil addam, cùm orta sit familia V. Celsitudinis, pro mea erga V. generosam indolem pia, senili & εὐσοργοτάτῃ affectione hortari simul Celsitudinem V. hac προσφωνήσει volui, vt hæc domestica pietatis, & aliarum laudatissimarum virtutum exempla assiduè intueamini ac imitemini. Neq; enim dubium est omnes natos in his regionibus, in quorum numero & ego sum, intuentes pulcherrimam seriem maiorum vestrorum maximè optare, vt perpetuò floreat posteritas, & vt non solũ Politica gubernatio sit felix, sed etiam, vt omnes Saxonici Principes sint vnum in

DEO & Ecclesiæ ac Scholæ, & in his veræ pietatis ac doctrinarum studia quemadmodum hactenus, diuina benedictione factum est, Ita deinceps quoq; sub vmbra nobilissimæ rutæ floreant.

Hæ atq; aliæ causæ graues ac magnæ, cùm me inuitârint, vt Vestræ Celsitudini, quæ vltra triennium versata est in studijs optimarũ artiũ in Academia Ienensi, quæ à Vestra inclyta familia constituta, & liberaliter hactenus conseruata est, hoc munus scholasticum offerrem, Quæso vos, Illustrissimi Principes, Domini Clementissimi, vt hanc meam dedicationem clementer accipiatis, ac me senem, qui omnem vitam meam in Scholasticis & Ecclesiasticis laboribus sub ditione Ducum Saxonicorum hactenus exegi, benignè vobis commendatum esse sinatis.

ORO autem toto pectore Filium DEI, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, vt vos & cæteros Principes Saxonicos gubernet, & Vestræ Celsitudini vitam ac valetudinem diuturnam concedat, ac corporis & animi vires confirmet, & efficiat, vt sitis aliquando Principes fœlices ac salutares Ecclesijs & Reipub. patriæ Vestræ.

ſtræ. Benè valeat Inclyta & generoſa Celſitudo Veſtra. Datæ ex præpoſitura Lyſſena Anno Sal. 1580. Die 29. Iunij, quo ante annos 112. Illuſtriſsimus Princeps IOHANNES Dux Saxoniæ ELECTOR, ERNESTI Electoris filius, pater IOHANNIS FRIDERICI natus eſt.

Veſtram Inclytam Celſitudinem vera animi reuerentia & ſubiectione colens

M. Stephanus Riccius.

I I.

MVSÆ HELICONIADES, QVORVM SACERDOS Hesiodus fuit.

FInis vt est hominũ sapere & mens corpora præstat:
Sic reliquos anteît, qui fingit corda docendo,
Quiq; animis vires ac nutrimenta ministrat.
Inq; viris Diæ mens limine lucis ab ipso
Composuit quantò se Palladis altius arte:
Sacrorum tantò cura Aonidumq; labore
Plenius in formam sese induit illa decentem,
Seq; dijs infert sociam, discendo polita.
Hinc simul à Musis & ab exercentibus artes
Natus, Honos pennis radiantibus æthera carpit:
Bellerophontëis iter hinc molimur habenis
Sacraticoq; sinu teneros qui suscipit annos,
Sacrisq; imposuisse manum docet, illius vrna
Perpetuum spirat ver, Narcissoq;, Crocoq;.
Talibus haud etiam fugit consumere curam
RICCIVS in studijs, remo hactenus vsus & aura.
Is licet arua colat Christus quibus irrigat imbrem
Sanguine, pro cunctis quo fudit in arbore vitam:
Non tamen absistit iuuenum per tesqua labore
Exercere diem, sulcis vt credita læto
Vberius messis cum fœnore semina reddat.
Perq; scholas Aditumq; Dei iam condidit octo
Lustra docens: ac dum spacium confecit iniquum,

Vicit

Vicit iter durum pietas, meritiq; cupido.
A vatum scriptis, & ab Oratoribus vmbram
Dimouet, ac tenebras exerta luce resoluit,
Quam sparsêre viri quondam, erudiendo potentes:
Lux veterum pueris iter vt per opaca ministret,
Et præceptorum discentes semita ducat.

Iamq; senex (annus quem sexagesimus ecce
A gemina cepit trieteride, penè supremum
Fessa labore diem fati dum sustinet ætas)
Haud senis Ascræi calamo triuisse labellum
Abnuit, & cura iuuenili Helicona ciere.
Venatu inuigilat, syluasq; Philippe fatigat
Magne tuas: clariq; incensus amore magistri,
Sub diuum rapuit frondentibus obsita ramis.
Nec labor in ventos hic effundetur inanes,
HESIODVS cedro cùm non indigna loquatur.
Monstrat, quod sit iter virtutis, quomodo mores
Componi deceat, quæ vitæ norma sit: abdit
Vera simul fictis sapienter: operta recludit:
Quæ sit cura domus & rerum, quiúe colendi
Ruris honos, vt opes inde insinuentur honestè,
Edocet: ex astris discrimina temporis edit:
Agricolam liquido vocem dat purus ab ore:
Atq; vetustatis gerit immortalis honorem.

Cumq; sacerdotis sit munere functus ad aras,
Munere quas nobis Heliconis in ade struebant:
Et cùm templa diu, Musarum condita monte,
Hesiodi seruârit honos, insculptaq; plumbo

Carmina vîs memori non vlla exemerit æuo:
Ex Helicone Deas tua nunc ad limina mittit
RICCIVS hoc gratus tibi sese vt carmine damnet,
Et notet, in quantum spe tollas alumnos,
Inclyta Saxoniæ stirps. Ergo ô terq́ quaterq́
Diuûm illustre genus, famaq́ adeuntibus astra
Sanguis auis atauisq́ potens: sine nube, precamur,
Oragere, & placidam bonus in nos accipe mentem.
Propietate tua, qua Christum quaq́ Camœnas
Accipis hospitio lætus, data vota per auras
Dispergi, prohibe, votisq́ assuesce vocari,
Optatiq́ ratam sine spem nos ferre fauoris.
Sit cordi pietas, sint docti, sintq́ poëtæ.
Mæonidæ Macedo caput ecce volumine fultus
Ducere gaudebat somnos, ac fallere curas:
Hoc duce grata dies, & nox fuit vsq́ sopora.
Thebasq́ exitio cum sterneret, ipse penates
Pindaricos sorti bellorum excepit iniquæ.
Quò virtus Heroa vocat, contendere cursum
Perge age: mitte tuum factis in secula nomen.

Sic tibi se tribuat cum Numine semper amicam
Fortuna, & sceptris fata aurea condat Olympus:
Sic duce te certet pietas attollere vires,
Et flos Pieridum tollat de cespite syluam.

PROLE-

PROLEGOMENA IN HESIODI ASCRÆI POETÆ ἔργα καὶ ἡμέρας.

I.

Quid est Philosophia?

PHILOSOPHIA est *artium dicendi, rerum naturalium, & morum ciuilium cognitio tanta, quantam humana mens in hac naturæ imbecillitate consequi potest. Hæc definitio aperte colligitur ex verbis Ciceronis in principio. 2. Offic. & 5. Tusc. Quæst.*

II.

Quot sunt partes Philosophiæ?

Tres sunt, λογικὴ, φυσιολογία, *&* ἠθικὴ.

III.

Quid est λογικὴ?

Est prima philosophiæ pars, eiusq; quasi fundamentum complectens artes dicendi, h. e. quæ versatur circa sermonem formandum.

IIII.

Quæ sunt Artes dicendi?

1. GRAMMATICA est, quæ docet emendatè, propriéq; scribere ac loqui, vel. quæ rationes certas & præcepta loquendi, scribendiq; tradit: Grammatica ist eine kunst / die vns wol vnd recht leret schreiben vnd reden. Nomen autem γραμματικὴ Germanis significat eine schreibekunst/ daraus ich die Sprache lerne verstehen. Habet enim appellationem à primis artis initijs, videlicet, à literis. Fabius latinè literaturam vertit, vnde & literatores à quibusdam vocatos videmus eos, qui in re Grammatica, h. e. in literis versarentur.

2. DIALECTICA est ars seu via rectè, ordinè, & perspicuè docendi, quod fit rectè definiendo, diuidendo. argumenta vera connectendo, & malè cohærentia, seu falsa retexendo & refutando. Nomen autem Dialectices deriuatur ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod est disputare, vel differere, vel colloqui cum alio collatis opinionibus, Sich mit einem andern deutlich / vnd gründlich vnterreden: Inde Dialectica, eine vnterredekunst/ vel, vnterrichtkunst. Quia est ars recte docendi alium, tanquam in colloquio, in qua collatione argumentorum aliquid inuestigatur.

3. RHETORICA est ars, quæ docet viam ac rationem rectè & ornatè dicendi, Rednerey oder Redekunst. ἀπὸ τοῦ ῥέω, id est fluo, vnde flumen orationis vocatur ipsa eloquentia, & orationē homi-

nis elo-

nis eloquentis dicimus fluere, & Horatius lib. 4. Oda. 2. Pindari orationem fluere instar amnis, vel ἀπὸ τοῦ ῥέω, quòd est eloquor, vel ῥήτωρ. Inde est ῥήτωρ, hoc est, eloquens, ein Redner oder Orator. Hæ autem tres artes dicuntur à Grammaticis Triuiales, vel quia tendunt in vnam, scilicet, noticiam rerum & verborum, vel quia debent esse tritæ omnibus studiosis.

V.

Quid differunt Grammatica, Dialectica, & Rhetorica?

1.

GRAMMATICA, docet emendatè loqui.

DIALECTICA, probabiliter de quauis re disserere.

RHETORICA, ornatè & eleganter dicere.

2.

Grammatica, quid, qua ratione dicatur, ostendit.

Rhetorica addit ornatum & cultum.

Dialectica verò argumenta & probabilitatem.

3.

Grammatica leret gut Latein reden.

Dialectica leret von einer sachen gründtlich vnd glaubwirdiglich reden / vnd sie gewaltiglich erhalten vnd bewahren.

Rhetorica leret eine sache herrlich ausputzẽ / zieren / vnd schmücken / vnd jhr eine solche farbe anstreichen / das sie ein gröſſer ansehen gewinne /

gewinne / denn sie vieleicht sonst von jr selbst hat.

4.

Dialectica res nudas proponit, Rhetorica vero addit elocutionem, quasi vestitum.

5.

Proprius Dialecticæ finis est docere. Rhetoricæ autem permouere, atq; impellere animos, & ad effectum aliquem traducere.

6.

Dialectica adumbrat. Rethorica autem viuos colores addit, & ornatum verborum.

7.

Rhetorica est similis palmæ, Dialectica vero pugnæ. Rhetores latius loquuntur, Dialectici compressius. Der Dialecticus gehet kürtzlich auff den grund. Der Rhetor aber streichet die sache aus nach der lenge / das sie ein ansehen gewinne / vnd das sie der gemeine Mann besser verstehen vnd begreiffen kan.

8.

Argumenta Dialectici firmiora sunt quam oratoris: quemadmodum enim is qui pugno ferit, vehementius lædit, quam qui palma ferit, sic etiam Dialecticorum argumenta vehementius vrgent aduersarium, quam oratoris.

Quid

VI.

Quid est Physiologia?

Physiologia est secunda philosophiæ pars, quæ omnium corporum naturalium, in hac rerum vniuersitate, inquirit & patefacit proprietates, causas, accidentia, & similia, quantum in hac naturæ imbecillitate fieri potest.

VII.

Quot sunt partes Physiologiæ?

Tres sunt, Mathematica, Physica, & Metaphysica.

VIII.

Quid est Mathematica?

Mathematica pars est Physiologiæ, seu scientia, quæ extructa ex certis principijs nobiscum natis, certa methodo, rerum naturalium proprietates & accidentia perpetua, & immutabilia, h. e. quantitatem continuam & discretam, & quæ his cognata sunt, inquirit & explicat. Nomen autem habet à μαθάνω, quod non solum significat disco & intelligo, verum etiam recordor earum noticiarum, quæ menti impressæ sunt. Hinc etiam Plato dicit: Omnium rerum quasdam ideas. h. e. formas & imagines mentibus hominum à natura esse impressas, & ipsum μαθάνειν nihil aliud esse quam ἀναμνήσκειν.

Quot

IX.

Quot ſunt partes Mathematicæ?

Quinq; ſunt, Arithmetica, Geometria, Muſica, Aſtronomia & Aſtrologia.

X.

Quid eſt Arithmetica Theorica?

Eſt pars Mathematicæ, ſeu ſcientiæ, quæ inquirit & explicat naturas & proprietates numerorum conſideratorum, vel ſecundum ſe, vel ſecundum tres dimenſionum ſpecies, vel ſecundum habitudinem ad alios numeros, Rechenkunſt/ *ab* ἀριθμός. *h.e. numerus.*

XI.

Quid eſt Geometria?

Eſt pars Mathematicæ, ſeu ſcientia, conſiderans & explicans magnitudines, figuras, & terminos, quibus figuræ & magnitudines includantur, eorũq; rationes, paſſiones proprias, & varios poſitus, vel eſt menſuratrix omnium quantitatum, ein Viſier oder Meßkunſt/ *á γῆ, i. terra, &* μετρεῖν *i. metiri.*

XII.

Quid eſt Muſica Theorica?

Eſt pars Mathematicæ, ſeu ſcientia, quæ ſcrutatur & patefacit naturas & proprietates numerorum, conſi-

consideratorum secundum interualla seu sonos, vel est ars canendi, Singerey/oder Singekunst. *à μῶσα, ein Gedicht.*

XIII.

Quid est Astronomia?

Est scientia de siderum motibus, motuumq; certis & perpetuis vicibus ac legibus, ordine, positu, magnitudine, distantia à terra, & ad se inuicem, mutuo congressu, configurationibus, & Ecclipsibus, tanta, quantam humana mens in hac naturæ corruptione assequi assequi potest. Nomen autem habet ab ἄστρον καὶ νόμος.

XIIII.

Quid est Astrologia?

Astrologia est pars Physicæ, quæ inquirit & patefacit stellarum vires, qualitates, actiones, & effectus, quos motu suo, lumine, & occulta influentia, vt vocant, seu virtute quadam specifica, in hac inferiori elementari natura cient atq; efficiunt.

XV.

Quid est Physica?

Physica est pars Physiologiæ, quæ inquirit causas proximas motuum & qualitatum in ipsa materia inferiorum corporum, videlicet, tùm in elementis, tùm in ijs, quæ ex elementis oriuntur.

XVI.

Quid est Metaphysica?

Metaphysica considerat substantias corporeas & incorporeas, prout sunt re uera per se, & essentiam habent, & formam suam motui & mutationi iam non obnoxiam, sed à materia remotam & puram. Complectitur etiam aliquot prima principia incomplexa & complexa. h. e. axiomata, & propositiones quasdam communes.

XVII.

Quid est Ethica?

Ethica est pars legis diuinæ, præcipiens de externis actionibus.

XVIII.

Quot sunt Ethicæ partes?

Tres, Ethica propriè dicta, Politica, & Oeconomica.

XIX.

Quid est Ethica propriè sic dicta?

Est pars Ethices, quæ tradit perfectam noticiam præceptorum de omnibus honestis actionibus, quas ratio intelligit naturæ hominis conuenire, & in hac ciuili vitæ consuetudine necessarias esse. In summa, quæ docet ciuiles mores priuatim & publicè. Nomen habet autem

tem ab ἦθος, quod non mores tantum significat, sed illam assuefactionem animi, æquabilitatem, moderationem, & cunctationem, qua se cohibere potest, donec deliberata re cum quadam suauitate faciat id, quod rectissimum sit.

XX.

Quid est Politica?

Politica est ars continens generalia quædam præcepta de ordinatione ciuitatis. Disputat enim de rerum diuisione, de connubijs, de magistratibus, de legibus, de populi officijs, de contractibus, de pœnis.

XXI.

Quid est Oeconomica?

Oeconomica est ars continens præcepta de regenda & gubernanda familia, ita vt & liberi & ministri contineantur in officio debito.

XXII.

Quid interest inter Euangelium & Philosophiam?

Hoc ferè, quod interest inter Euangelium & legem. Nam Philosophia moralis pars est legis diuinæ, quatenus eam ratio peruidet. Illa enim grauiora, quæ lex Dei præcipit de motibus spiritualibus erga DEVM in hac naturæ imbecillitate non satis perspiciuntur,

Euangelij igitur proprius locus est promissio, quæ gratis propter CHRISTVM *pollicetur credentibus remissionem peccatorum & reconciliationem. Lex autem est doctrina, quæ præcipit, quales nos esse oporteat, & quæ opera erga Deum & homines præstanda sunt.*

XXIII.

Estné concessus vsus huius doctrinæ Christianis?

Maximè. Primum enim lege diuina licet vti, Igitur etiam Ethica licet vti, quæ est pars legis diuinæ. Antecedens clarum est ex Paulo: Lex est bona legitimè vtenti.

Secundò, Legi naturæ est parendum, Igitur Ethica quoque non est contemnenda, quæ est nata ex lege naturæ. Antecedens patet ex sententia veteri, quæ dicit, peccata contra legem naturæ tam esse capitalia, quam commissa contra expressa præcepta Decalogi.

Tertiò, Legibus magistratuum licet Christianis vti, Igitur philosophia quoq;, ex qua leges sunt natæ.

XXIIII.

Atqui multa apud Philosophos absurda & impia sunt?

Verum est, Philosophia autem dici debet, non omnes omnium opiniones, sed certæ noticiæ, & quæ habent demonstrationes.

25. At

XXV.

Ad quid prodest Philosophia?

PRIMVM, *Sicut Lex Dei, item leges magistratuum prosunt ad cohercendas cupiditates, Ita hæc philosophia quoq; prodest. Est enim quasi domestica quædam disciplina, cuius tractatione animi virtutis studium concipiunt, & ad eam complectendam accenduntur.*

SECVNDO, *Ipsa cognitio per se est liberalis, videre scilicet, quid in tota natura præstantißimum & pulcherrimum sit, quomodo ipsa natura nos vocet ad virtutem, cuius causæ & noticiæ diuinitus nostris animis sint impressæ.*

TERTIO, *Maximam quoq; voluptatem hæc cognitio parit in animis. Hac suauitate cùm demulcentur animi velut Musica quadam fiunt mitiores ac moderatiores.*

XXVI.

Quid interest inter Philosophiam moralem, & leges magistratuum seu Paræneticos libellos?

Leges magistratuum & parænetici libelli tantum nuda præcepta proponunt, At Philosophia quærit in natura necessarias causas præceptorum.

XXVII.

Quale est discrimen prophanarum & sacrarum sententiarum?

1. PROPHANAE *sententiæ, cum pepererit eas humana ratio, tantum de ciuilibus moribus, aut de eiusmodi casibus, quos experientia ostendit, præcipiunt, vt:* Raros esse fides amicos, Non esse diuturnam improborum felicitatem, paucos in rebus secundis moderatos esse. *Tales sententias scripserunt* Hesiodus, Theognis, Phocylides. *Sententiæ verò in sacris literis non tantum præcipiunt de ciuili cõsuetudine vitæ, sed etiam de voluntate* DEI, *de timore* DEI, *de* Fide, *de cruce.*

2. *Deinde etiam ciuilium morum præcepta, non omnino eodem modo tradunt prophanæ literæ & propheticæ. Nam propheticæ literæ addunt plærunq; aut promißionem, aut comminationem præcepto,* Exempli gratia. 1. Ratio docet parentes esse colendos. Sed DEVS *addit promißionem, si vis esse longæuus super terram.* 2. Ratio iudicat turpe esse mendacium. *Sacræ literæ addunt á* DEO *puniri. Sic enim ait Salomon cap.* 12. Abominatio coram DEO, labia mentientium. 3. Ratio sentit magistratibus esse obœdiendum, & pœnas publicarum legum metuendas. Sed *addunt sacræ literæ,* DEVM *vlcisci contumeliam magistratuum, etiamsi magistratus ipse vlcisci nequeat. Sic enim ait* Paulus Roman. 13. Qui magistratui resistit, iudicium requirit. Ita *sacræ literæ docent nos*

simul

simul ciuiles mores, & timorem DEI & fidem. Prophanæ autem tradunt tantum præcepta morum ciuilium, nec attingunt doctrinam timoris & fidei.

XXVIII.

Quo tempore vixit Hesiodus?

Hesiodus vixit, cum anni centum post Homerum exacti essent, aliquantò ante tempus exilij Babylonici, teste SVIDA, & Cicerone in libro de senectute.

XXIX.

Quo loco vixit Hesiodus?

Poëtam Hesiodum constat fuisse Sacerdotem templi Musarum siti ad Heliconem montem Bœotiæ, ac propterea videtur hoc poëma populis suis composuisse, vt ex eo veluti leges quasdam rectè viuendi discerent. Quod autem eius poëma à priscis diuinum sit iudicatum, argumento est, quod ferunt: ei, cum pasceret oues in monte Parnasso, calamos à Musis donatos esse, quibus tum afflatus cecinerit hæc præcepta.

XXX.

Amarúntne etiam Græci hoc carmen Hesiodi?

Pausanias scribit, se vidisse in Helicone antiquissimum monumentum, plumbeas tabulas, in quibus hoc poëma scriptum fuerit.

XXXI.

Qua morte interijt Hesiodus?

Spectatæ eruditionis & modestiæ vir Hesiodus poëta miserè tandem senex interfectus est ab hospitibus seu errore, seu prædæ causa. Thucydides meminit huius rei lib. 3. de Bello Peloponn: Autores verò cædis conscensis nauibus conati sunt fugam quærere, sed tempestate nimium grassante perierunt.

XXXII.

Estné Poëtæ Hesiodi cognitio frugifera & liberali ingenio digna?

Veteres Hesiodum non tantum putauerunt semel atq; iterum legendum esse, sed ediscendum omnibus pueris, qui liberaliter instituebantur, proponebant. Cùm enim grauissimarum rerum præcepta contineat, & ad mores formandos & vitam rectè instituendam, & ad cognitionem rerum naturalium conducat, in eum assiduè oculi sunt defigendi, omnes loci diligentissimè excutiendi, & sententiæ eius ita nobis familiares faciendæ, vt, quoties aliqua de re deliberandum sit, in mentem nobis illa honestissima præcepta veniant.

XXXIII.

Quæ fuit occasio Poëtæ scribendi huius operis?

Post mortem parentum Hesiodus & Perses hæreditatem ab illis relictam diuiserunt, & Hesiodus quidem frugaliter vixit, Perses verò luxu diffluebat, suasq; fortunas in ocio profudit, vnde cùm deinceps aliqua Hesiodi bona vellet auertere, actionem ipsi in iudicio intendit. Hanc igitur ob causam ille fratrem ab ociosa vita & luxuria conatur abducere, & præsenti hoc libro suadet, vt agriculturæ se tradat. Itaq; sub istius persona omnes ad æquitatem & iusticiam hortatur.

XXXIIII.

Quod est Argumentum primi libri, h. e. τῶν ἔργων;

Totus liber primus est προτρεπτικὸς, ἠθικὸς, & οἰκονομικὸς, in quo, præterquam quod nos ad colendam iusticiam adhortatur, vitæ etiam ac morum leges profuturas nobis ad consuetudinem vitæ, & ad iudicandum de communibus humanitatis officijs præscribit. In his iusticiæ præceptis grauissimas pœnas intermina-
tur flagitiosis, & bonis optima præmia pollicetur, idq; fa-
cit, vt nos quasi diuina voce à turpitudine absterre-
at, & ad virtutem colendam inuitet.

XXXV.

Quod est Argumentum Secundi libri, h. e. τῶν ἡμέρων ;

Secundus liber est Physicus & Astrologicus, *in quo describit tempora, quibus se frater labori dare conueniat, diesq; secundum cursum Lunæ discernit, atq; indicat, qui sint salubres, & qui inauspicati.* Hæc est totius huius operis œconomia, *quo prudenter* Poëta rectè *viuendi & laborandi leges complectitur.* Neq; enim *fieri potest, vt iusticia conseruetur inter homines, vtut moneantur & inuitentur ad honestatem, nisi etiam iustum aliquod exercitium, & laborandi ratio accedat, ad quam alligati cogantur suum officium facere.* Nam *ex ocio sæpe maxima mala in* Rebuspub. *oriuntur. Nihil enim agendo, iuxta communem sententiam, homines malè agere discunt, idq; imprimis accidit, postea quam ocioſi per luxum sua effuderunt, & dilapidârunt. Nam tunc vt habeant, vnde sumptus tolerent, de alieno rapere conantur. Neq; ab vllo genere iniuriarum aut flagitiorum abstinent. Porrò autem his præceptis de agricultura sunt additæ descriptiones temporum, ortus & occasus syderum, quarum rerum cognitio homine liberali est dignissima.*

XXXVI.

Quis est titulus operis?

Hesiodus inscribit hoc poëma, ἔργα καὶ ἡμέρας. h.e. opera & dies. Quia præcepta bene viuendi & laborandi tradit, & præterea addit descriptiones temporum & dierum, h. e. describit, quomodo sit faciendum opus, & qui dies ei conueniant. Virgilius hoc opus in suis Georgicis imitatus est.

XXXVII.

Cur Poëta Dies postposuit Operibus?

Ordo seruatus à Poëta non est reprehendendus. Fratrem enim luxui & ocio deditum oportebat primum exhortari ad laborem, illiq; operum vsum ac necessitatem demonstrare. Deinceps verò etiam dierum, quibus singula facere conuenit, doctrinam adijcere. Nihil enim fuisset prorsus absurdius, quàm laborum tempora & oportunitates illi præscribere, cui nondum persuaseris, vt laborem aggrediatur.

XXXVIII.

Cur Hesiodus vocatus sit Ascræus?

Ascræus Poëta est vocatus ab Ascra pago sito ad radicem montis Heliconis, vbi vixit. Fuit autem locus malè habitabilis tam hyeme, quàm æstate.

XXXIX.

Quo genere dicendi est vsus poëta?

Medio dicendi genere. Sic enim ait Fabius lib. 10. Rarò assurgit Hesiodus, magnaq; pars eius in nominibus est occupata, tandem vtiles circa præcepta sententiæ, lenitasq; verborum & compositionis probabilis, daturq; ei palma in illo medio genere dicendi.

Iudicium docti cuiusdam viri, de Homero & Hesiodo.

Poëtæ fuerunt olim morum magistri, mystæ, & sacerdotes, docebantq; secreta naturæ. Talis Orpheus fuit & Linus. Docebant autem aut rerum naturas, aut mores. His enim duobus tota πολιτικὴ ratio comprehenditur. Exemplo potest esse Hesiodus, cuius totum poëma morale carmen est. Statim enim principio præfigens factum quondam esse hominem PROMETHEVM. h. e. eum consilio sapientem, nihil agentem temerè, quo rationis humanæ iudicium adumbrauit Hesiodus, Deinde EPIMETHEA. h. e. Post factum primum sapientem, qui contra omnia temerè tractat sua consilia & pensi habet nihil. Quia sequitur, quocunq; eum rapit affectus, quo eam animi vim, quæ rationi repugnat, depinxit, quam aliâs sensualitatem, aliâs sensum appellant. Porrò πανδῶραν producit singulis Deorum dotibus auctam & ornatam, qua varios rationis humanæ adfectus, secretioresq; recessus

cessus significare voluit. Postremò leges viuendi præscribit, quas natura non abhorret, non absimiles nostro Decalogo.

Talis quoq; HOMERVS fuit, qui, vt Horatius inquit, miscuit vtile dulci. In Iliade quidem facit morum exempla, quando Reipub. vniuersam rationem, imò salutem boni alicuius principis consilio constare scribit, adeò vt quadret illud Horatianum: Stultorum regum, & populorum continet æstus. Rursus in Odyssea depingit hominem ciuilis, atq; adeò communis vitæ, vbi Mineruæ ductu & consilio regitur & ducitur Telemachus simul & Vlysses.

Hos veluti exempla & ἀρχετύπους secuti sunt latini poëtæ, potissimum Virgilius, qui Aeneæ peregrinationes, errores, exilia, atq; in miserijs fortem animum, prioribus sex libris complexus est, exprimens Iliada, nempe, bellorum motus, armorum vim, Martis incertum euentum, eaq; sequitur, quæ superant humanum captum, quæ non sunt cuiuis in procliui imitari. Ita loquitur: sed famam extendere factis, Hoc opus, hic labor est.

Hinc iudicabis eos Poëtas longe optimos esse, qui, quantum fieri potuit, & in docendis moribus, & in describenda rerum natura, naturam ipsam proximè secuti sunt, atq; adeò, qui ad naturæ simplicitatem proximè accesserunt, in quo plurimum laudis habent Græca ingenia. Hæc secutos esse Homerum & Hesiodum, res ipsa clamat, & testatur vtriusq; poëma, quos ex omnibus latinis proximè secutus est Virgilius, reliquos

omnes

omnes longo post se relinquens interuallo. Tantum refert naturæ simplicitatem expressisse, & genuinam illam rerum naturam simpliciter retulisse.

Iam cum Philosophica tractent poëtæ, id quod multis argumentis probat Plutarchus in libro de audiendis poëtis, longè quidem felicius ipsis philosophis, quid obstat, quin totos nos demus literis poëtarum? Præstat enim in poëtis philosophari, quàm in philosophis, modò bonum nactus sit quisq; monitorem, qui, quid spectandum, quid obseruandum sit in singulis, probe moneat. Optimam hanc dicunt quidam præcipiendi rationem, vbi regulis præscriptis exempla iungantur, atq; tùm maximè disciplinas valere putant, quando affectus rebus ipsis miscentur, id quod vtrunq; à poëtis diligenter præstatur, vnde non sunt tam multa poëtarum dogmata, quàm philosophorum decreta.

Finxerunt multa poëtæ citra subiectam etiam rationem, tantum vt miremur. Est enim hoc genus, vt inquit Quintilianus, ad ostentationem natum, vnde stultum fuerit tantum fabularum mythologias scrutari, & errant, qui credunt omnia ad mythologiam trahenda esse. Aut enim prodesse volunt, aut delectare poëtæ, inquit Horatius: Summa itaq; poëseos est, vt rerum naturas describat, mores doceat, ingenia formet, exempla communis vitæ ob oculos ponat, admisceatq; nonnulla, quæ delectent.

Operæ precium faciet, si oculos planè defigat in rationem affectuum, qua neglecta nihil prorsus habebit, quo alat memoriam, aut ingenium excolat, vel vegetum

tum reddat, aut vitam erudiat, quoniam tota poësis in hoc est, illud vnum spectat, vt aptè adumbret singulorum hominum, singularum ætatum decora & affectus, quæ vt cognoscas, ingenio opus erit & industria. Dij nihil nisi affectuũ vim declarant. Est enim gliscens affectus potens quidam DEVS, qui etiam nolentes & inuitos rapit & impellit nos, quocunq; voluerit, si semel nos apprehenderit. Plutarchus in libro de audiendis poëtis ait: τὸ τῶν ποιητῶν μυθώδες ἐκ ἀφιλόσοφον εἶναι.

Iudicium D. ANDREÆ MISENI Senioris, De fabulis poëtarum, 1527.

Poëtæ doctißimi viri res grauißimas fabulosis quibusdam figmentis adumbrare in suis poëmatis voluerunt. Neq; enim verba tantum, aut friuolas quasdam nugas secuti sunt, sed honestißima vitæ præcepta, optima exempla, quibus animi hominum ad virtutem, & ad omnes res præclaras incitarentur, & à vitijs abstterrerentur, proposuerunt. Et quod philosophi ac legum publicarum conditores seueris præceptis ac legibus, aspero orationis genere, præceperunt, id poëtæ dulcedine quadam argumenti, vt eò facilius ad studium & amorem sui pertrahere homines possent, perscripserunt, vt illam asperitatem, præceptorum fabulis illis iucundis tanquã acerbum pharmacum, melle conditum & dulcoratum degustandam & amplectendam proponerent. Nam qui

nescit

neſcit poëmata omnia vel ad Phyſiologiam, vel ad hiſtoriam rerum geſtarum, vel ad mores pertinere, is infeliciſſimè in illorum lectione verſatur, operamq; male collocat. Eſt enim, vt Plutarchus inquit, τὸ γλυκὺ ποιημάτων οὐκ ἀφιλόσοφον. Neq; enim paruifaciendum Horatij iudicium, qui pronuncians de Homero dicit eum in poëmate complexum eſſe vniuerſam honeſti rationem multo melius, quàm vllos Philoſophos. Verſiculi digni ſunt, qui adſcribantur:

Qui, quid ſit pulchrũ, quid turpe, quid vtile, quid non,
Plenius ac melius Chryſippo & Crantore dicit.

Et quid de Homero dicimus, idem de ſingulis dictum volumus. Si quid autem eſt præterea in poëmatis, quod vel ad mores, vel ad naturam, vel ad hiſtoriam referri non poteſt commodè, id ornandi argumenti gratia & delectandi lectoris, tanquam parergum quoddam in elegantiſſima pictura additum eſſe credamus, id quod idem Horatius alibi quoq; indicat, cùm inquit:

Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëtæ,
Aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitæ.

Neq; enim & hiſtoria, in qua hoc ex profeſſo agitur, vt omnia quàm veriſſimè deſcribantur, & virtutes vel expreſſæ vel neglectæ proponantur, ſuis ornamentis careret, ne dum illud poëtarum picturarum genus orationis, quod cum pictura non pauca habet communia. Proinde quia ſerijs rebus iucunda & ad delectationem comparata interſeruerunt poëtæ, merito omne punctum tulerunt, ſicut rurſus Horatius inquit.

Id verò

Id verò ita esse licet experiri in multis exemplis. Nos vnum atq; alterum proponemus, in quibus videbimus, quam sit pernitiosa & exitialis res hominibus, summis etiam viris, VOLVPTAS. Confinxerunt poëtæ pulcherrimo sanè & venusto commento, Herculem fortissimum principem sedere in Gynæceo tenentem colum & tractantem lanam, duraq;, vt ille dixit, trahentem mollia pensa manu, & nescio, quibus alijs mulieribus officijs esse intentum & occupatum, itaq; captum amore OMPHALAE reginæ, vt prorsus seruum se dedat illi, ornatuq; muliebri, depositis armis ac claua, induatur, sicq; tantum Heroa, tam fortissimum bellatorem, qui tot in manibus monstris domitis, potentissimis etiam hostibus semper superior euaserat, mulierculæ per dedecus & turpitudinem obnoxium fieri.

Iudicare fortasis indoctus aliquis lector possit, nullum eius rei vsum esse, nec retulisse ista à poëtis scribi, & præter hoc nihil minus decuisse, quam tanto principi tàm mollicula, leuissimaq; studia tribuere. Sed magno consilio ista luserunt optimi viri, vt scilicet indicarent nullum tantum robur, nullam tantã vim animi esse etiam in summis hominibus, quæ non possit enervari & dissolui voluptatum illecebris, nullum impetum tantum esse, qui non elanguescat, qui non domari & subigi possit captus voluptatum dulcedine, quæ in speciem videtur. Nam iucunda, delectabilis, & grata videtur voluptas, cum tamen re ipsa nihil, nisi merum fel subsit. Nota sunt, quæ passim scripta extant in omnibus poëtarum libris de Siremb. & de Pandora apud Hesiodum.

At præterquam quòd voluptatibus obscœnis homo prorsus ex homine tollitur, fit etiam, vt adeò demens, adeò vecors, adeò prorsus omnis humanitatis expers sit, vt nihil à bestijs differre videatur, naturamq; penitus dedisca t, id quod etiam indicare voluit haud dubiè Homerus bello isto figmento de VLYSSIS socijs, qui imescati dulcedine cibi & poculorum Circes, neq; patriæ, neq; coniugis, neq; suauissimorum liberorum memores, turpissimè deserto principe procul à patria persistere voluerunt. Ideò fingit doctissimus Poëta immutatos fuisse incantationibus Circes in beluas, vrsos, apros, canes, vt indicaret, quàm prorsus omnem humanitatem exuant illi, qui libidine & luxu diffluunt. Quid elegantius? quid aptius & melius confingi potuisset de voluptate, quam est à poëtis fabuloso isto commento confictum? Quis Philosophus aptius & accommodatius de voluptate disputare potuisset, quàm illi scripserunt? Neq; enim dubium est, quin hoc spectarint tùm, cùm ista scriberent.

Est & hoc satis venustum, quod de iudicio Paridis ab ipsis confictum est, quem Paridem fingunt arbitrum & iudicem constitutum, qui de forma trium Dearum Palladis, Iunonis, & Veneris pronunciaret, decretamq; esse Veneri pulchritudinis palmam, spretis alijs duabus & amplissimis earum muneribus, altera enim summam sapientiam, altera maximas opes & potentissima regna pollicebatur, Venus autẽ, quia formosissimam vxorem pollicita erat se daturam illi, pulcerrima est iudicata. Ista fabula quid aliud indicare voluerunt,

quàm

quàm natura nos ad voluptatem rapi, præ illa, quam tumuis pernitiosa sit, quantumuis & nobis & patriæ, parentibusq; exitij causa sit formosa illa Helena, tamen fastidiri optima alia bona, opes & sapientiam, quibus nihil est in rebus humanis amplius & magnificentius.

Verum cur & quomodo id fiat, vt ita tanquam cæci ad voluptates sectandas tu nos præcipitemus, non potuerunt ipsi peruidere, sicut nec remedium aduersus furiosissimos & concitatissimos affectus illos excogitare potuerunt. Vtut enim Vlysses obturatis auribus Sirenum voces contemnat, tandem tamen per Circen capitur & irretitur. Et Aeneas, quantumuis alioqui fortis, tamen apud Didonem commoratur, oblitus fatalis patriæ & fractus amore succubuisset, nisi denuò numinis increpatione, ad maturandam cœptam in Italiam nauigationem, ab instituto fuisset retractus. Et certè numinis auxilio opus est, quo te in tantis malis conclusum expedias.

Eius rei nec philosophi vllam rationem indicare potuerunt, quî tamen fiat, cur homines, cum per rationem videre turpitudinem vitiorum & de recto iudicare possint, tamen non sequantur, id quod rectum & honestum esse iudicant. Imò etiam ne legibus quidem ac horribilibus pœnis coherceri posse hominum libidinem, ne peccent. Eius autem causam indicant sacræ literæ, fieri hoc partim per peccatum originis, quod singulis per lapsum Adæ innatum est, partim per insidias Diaboli imbecillitatem nostram exagitantis ac vexantis, vt nos præcipitet in pessima & horrenda, quæ

uis vitia. Et sanè etiam respondent illi omnes omnium consiliorum euentus, & succedunt omnes insidiæ, quas nobis struit, DEO non custodiente, & seruante nos. Ea enim est potentia Satanæ, tantæ sunt insidiæ, vt nulla tanta sit sapientia etiam in sanctis, quæ, si relinquatur à DEO, non incidat in varia flagitia. Omnino enim non temerè dictum est: Circumit, sicut Leo rugiens, quærens quem deuoret.

Aliud eiusdem de Voluptate iudicium.

Quod & de moribus, & de vniuersa Physiologia præceperunt vbiq; in suis libris philosophi & perscripserunt, hoc totum etiam Poëtæ in suis poëmatis sunt complexi atq; ita appositè, ita venustè, vt longè etiam philosophis præstare videantur penitus introspecti, vt vt vtrique vtranque philosophiam voluerint complecti. Agunt autem hoc diuerso modo Poëtæ, diuerso Philosophi. Nam poëtæ nusquam ferè aut rarò admodum de moribus præcipiunt eo modo, quo philosophi præceperunt, sed plane tanquam aliud agentes totam Philosophiæ rationem in suis scriptis tanquam in pictura quadam depingere voluerunt, quæ philosophorum præcepta ita exprimit, ita ob oculos ponit, & exhibet, atq; si fieri omnia videas, idq; faciunt iucundo quodam & picturato (sicut habent cum pictoribus multa communia) orationis genere, non ita rigido & aspero, quali vti philosophi voluerunt.

Proinde

Proinde si orationis genus vtrinq; species, videntur esse inter se & Poëtæ & Philosophi quàm dissimilimi: si rem & consilia consideres, omnino idem consilium, idem iudicium de omni officio, & de tota natura vtrisq; fuisse egregie persentisces. Libet vti exemplo, quo ista comprobentur. Extant passim in philosophorum libris multa de voluptate scripta, quàm ea sit pernitiosa, quámque in speciem blandiatur nobis (sicut & Plato voluptates vocauit blandissimas dominas) vt nos ab honestate, & à reliquis virtutibus auocet, retrahatq; & eam postea comitem mœrorem subsequi, malaq; innumera, quibus nos affligat ac diuexet, & tanquam stulticiæ nostræ pœnas grauissimas reposcat.

Poëtæ idem volentes docere inseruierunt suo foro, & egerunt hoc suo quodam modo, diuerso quidem à philosophorum decretis, sed tamen eodem respicientes, quo illi respexerunt. Confinxerunt igitur Cupidinem puerum clanculum ex alueolo suffurari mella, atq; interim, dum se oblectat puer, dum voluptatem suam edendo melle egregiè explet, tandem pungi ab apibus, atq; ita afflictum statim dolentem discedere. Quid aptius, melius, & elegantius ab optimis hominibus pingi potuisset de voluptate, vt ea suis illecebris nos sollicitet ac inescet, vtq; nos varijs modis titillet, vt nil nisi mel in ea appareat, sed sub hoc melle venenum & dolores non paucos, nec modicos tandem subesse, nihilq; esse in ea constans & perpetuum: Tùm nos fallere maximè, cùm minimè omnium falsuram esse confidebamus. Hoc totum Ph. M. elegantibus sanè versiculis perstrinxit:

Fixit apis puerum Veneris, dum roscida mellæ
Furatur, sic sunt dulcia mixta malis.

Eum imitatus Sabinus discipulus, sic lusit:
Dum puer alueolo furatur mella Cupido,
Furanti digitum cuspide fixit apis:
Sic etiam nobis breuis, & peritura voluptas,
Quam petimus, tristi mixta dolore nocet.

Huc referre licet totam illam quoq; fabulam, quæ est apud Hesiodum de Pandora, quæ in speciem bellissima apparet, vtpote ita compta, ita exquisitissimè exornata, vt ad consummatissimã formam nihil prorsus deesse videretur. Nam quod quisq; Deorum habuit & pulcherrimum & optimum, id fingitur in eam contulisse. Sed ea simul atq; excipitur ab imprudente & cupido Epimetheo, aperta pixide, quam in manu gestabat, omnia omnium morborum genera euolarunt. Hic scilicet finis est, hic exitus voluptatis, cui (vt Plautus inquit) mœror comes nunquam non esse solet.

INTIMATIO IN HESIODVM.

Ascræi senis optimi poëtæ
Vobis cras ego carmen auspicabor,
Cui non præferat aureas arenas,
Quas voluit Tagus, aut opes Sabæis
Quantas nigri Arabes legunt in agris
Qui virtutis amat, colit q; laudem,
Et mores volet aureos parare,
Naturæq; vices videre miras:
Paruo quas docet in libro poëta,
Græcis quem edidit Ascra rure paruo.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ ἔργα καὶ ἡμέραι.

Μῦσαι Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι
Δεῦτε δι' ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι,
ὅντε μετὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε,
ῥητοί τ' ἄρρητοί τε, Διὸς μεγάλοιο ἕκητι.
ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάουτα χαλέπτει,
ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει,
ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.
κλῦθι ἰδὼν αἴων τε, δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας
τυμῇ, ἐγὼ δέκε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην.

VERSIO.

Musæ Pierides carminibus celebres
Agite prædicate Iouem cantantes vestrum patrem.
Quam ob causam mortales homines sint pariter alij
obscuri, alij clari,
Celebres & incelebres (Iouis magni voluntate hoc fit)
Facilè enim extollit, facilè autem elatum humiliat,
Facilè autem illustrem imminuit, et ignotum adauget,
Facilè erigit miserum, & superbum extenuat
Iuppiter altitonans, qui supremas domos habitat
Audi ergò cuncta videns, audiensq; præcepta mea gu-
Ego autem Perſæ vera dicam. *(berna tua iustitia.*

VALLA.

Pierides Musæ, quarum viget inclita cantu
Fama ducum & nomen vestri immortale parentis,
Dicite, cur hominum pars hæc sine nomine vitam
Ducat? & illius cur fama æterna per altum

Euolet? Hæc Ioui est magni diuina voluntas.
Ille etenim altitonans summi regnator Olympi,
Excitat imbelleis animos, & fortia corda
Debilitat, duce quæ fortuna inimica superbos
Deprimit, atq; humileis clarum super æthera tollit,
Tum mala mens hominis meliorem inclinat ad vsum,
Et capiunt molles crudelia pectora cultus.
Exaudi, qui cuncta Polo specularis ab alto,
Cui nihil ignotum est, sanctissima dirige iura
Iusticiæ, liceatq; mihi fraterna monere
Pectora, & ignotos viuendi ostendere mores.

FRISIVS.

Musæ Pierides, præstantes laude canendi,
Adsitis, patrem celebrantes dicite vestrum,
Dicite, cur homines inter sit nobilis ille,
Conspicuusq;, hic obscurus? (Iouis illa voluntas)
Nam facile extollit, facile elatumq; refrenat,
Et clarum obscurans, obscuri nomen adauget,
Erigit & miserum facilè, extinguitq; superbum,
Iuppiter altifremus, cui celsum regia cœlum,
Audi cuncta videns, noscensq;, & dirige rectè
Hæc oracula, ego sic Persen vera docebo.

DISPOSITIO RHETORICA

EXORDII.

Μῦσαι πιερίηθεν) Obseruat Poëta decorum frequens etiam in causis ciuilibus. Vt enim quis non statim accedit ipsum principem, sed alloquitur prius consiliarium, qui faciat sibi aditum ad congressum principis, & species quædam ciuilitatis est. Idem facit Hesiodus, ne in initio parum reuerenter de ipso Ioue sentire videretur.

tur, vtitur interceßione Muſarum, per quas ſperat ſibi placatum iri Iouem.

Poëtæ autem in exordijs ſuorum poëmatum ſolent plærunq; inuocare Muſas ob eam cauſam, vel, quòd iudicent poëma tale quiddam eſſe, quod ſine diuino afflatu feliciter abſolui non poßit, vel, vt vitent arrogantiam. Sic Heſiodus contra morem latinorum poëtarum orditur ſuum opus ἔργα καὶ ἡμέρας à duplici inuocatione.

PRIMO enim inuocat Muſas, vt ipſæ Iouem ſuis carminibus celebrent, & ſibi placatum ac beneuolum reddant. Q. d. O Muſæ, quarum præcipuum officium eſt carminibus celebrare DEOS, & res geſtas præſtantium virorum, celebrate, & hymnis laudate hoc tempore patrem veſtrum Iouem.

ὅντε διὰ) Additur αὐτολογία ab Encomio Iouis: Quia tanta eſt potentia & maieſtas eius, vt ſolo ipſius decreto & voluntate fiant celebres, & rurſus obſcurentur homines. Sequitur locus communis de authoritate & potentia Iouis. Tantum eſt eius numen, vt facilimè homines tenuis fortunæ poßit ad ſummos honores prouehere. Magnos verò & ſuperbos de ſua dignitate deijcere, deponere potentes de ſede, & exaltare humiles. In eadem ſententia eſt Hector apud Homerum lib. XVII. Iliad. vbi inter alia GLAVCVM ſic alloquitur:

ἀλλ' αἰεί τε Διὸς μρείσσων νόος αἰγιόχοιο
ὅστε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ, καὶ ἀφείλετο νίκην
ῥηϊδίως, ὅτε δ' αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι. h. e.

Sed Iouis humano potior sententia sensu est:
Ille dat oppressis vires, adimitq; superbis,
Victoresq; facit, quos vult, victosq; vicissim.

Herodotus in Polymnia habet pulcherrimum locum de superbia. Posteaquam enim Xerxes collegerat maximum exercitum, quem erat traiecturus in Græciam, & magnificè senserat de sua dignitate ARTABANVS Hystaspis filius Xerxis patruus, vir circumspectus dissuadet bellum, & adhortatur, ne transferat exercitū in Græciam, Quia ipse malebat pacem, quàm bellum. Inter alia autem hæc dixit Arrabæus: Tu Xerxes es maximus & potentissimus Rex, & quia es potentissimus, imprimis metuere debes, ne aliquid damni accipias. Deus.n. excellentia odit, sed Xerxes rectè monenti non obœdiuit, Ideo dedit pœnas suæ temeritatis. Verba autem hæc sunt: ὁρᾷς ὡς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα κεραύνοι ὁ θεὸς, καὶ ἐᾷ φαντάζεσθαι (omnia præ libidine agere, fürwitzen) τὰ δὲ σμικρὰ οὐδὲ μιν κνίζει. ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα ἀεὶ τὰ μέγιστα καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα ἀπιοκύπτει βέλεα. Φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα λοβᾶν. H. e. Vides, quomodo excellentia animalia fulmine feriat Deus, neq; sinit ostentare sese, parua autem ne vellicat quidem. Vides, quomodo in ædificia semper maxima & arbores tales irruunt fulmina. Solet enim DEVS excellentia omnia mutilare, vel, vt versus habet:

Est mutilare DEO gratus sublimia ludus.

Hac

Huc pertinent versus Ouidij:

Ima tenent pacem, perflant altissima venti,
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.

Horat.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus & celsæ grauiore casu,
Decidunt turres, feriuntq; summos
Fulgura montes.

Proculdubio autem hanc sententiam de potentia Iouis sumpsit Poëta à patribus, qui retinuerunt doctrinam de vero DEO, eiusq; voluntate. Ideo referendæ huc sunt quoq; sententiæ ex sacris literis, quæ testantur superbos ordine diuino ex alto fastigio excussos, tandem tristissimis casibus opprimi, sed humilibus Deum opitulaturum, & ipsorum curriculo affuturum esse. Psal. 113. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat? Humilia respicit in cœlo & in terra, Erigens è puluere inopem, & è stercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. 1. Petr. 5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Luc. 16. Abominatio est coram DEO, quicquid est sublime in hoc mundo. Luc 1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Siracides c. 10. Dominus fastum superborum ignominia afficit, & eum euertit vsq; ad extremum Dominus principes superbos detraxit de sedibus, eorumq; in loco mansuetos collocauit, radices gentium superbarum extirpauit DOMINVS, ac in loca earum humiles cum gloria plantauit.

Exem-

Exempla punitæ superbiæ habes in Pompeio, Agesilao, Alexandro, Cassio, Antonio, Agamemnone, Item Saule, Esau, Absolone, Diabolis, Nabugdonosore, Aprie, Aiace, & alijs. Contrà exempla humilitatis habes in Filio Dei propter nos in maximam humilitatem sese abijciente, in Dauide, Ionatha, Ioseph, Daniele, Esther, Mardochæo, Maria, & similibus. Ita hic locus communis de potentia Iouis admonet nos, vt moderatè vtamur fortuna, iuxta vetus dictum: Fortuna vitrea est, quæ, cùm splendet, frangitur.

Deinde, vbi Poëta sentit Iouem laudibus Musarum sibi veluti esse conciliatum, & ipsum per Apostrophen inuocat, precaturq; , vt respiciat res humanas, & fratri meliorem mentem immittat. Q. d. Precor, vt mutes animum fratris, ne tàm fraudulenter mecum agat in posterum, sicuti factum est in diuisione hæreditatis. Post inuocationem sequitur propositio: Ego præscribam fratri meo Persæ præcepta de colenda iusticia, & tùm verè id faciam, si tu Iupiter gubernaueris leges, & opem mihi tuleris in præscribendis præceptis de moribus.

EXPLICATIO

TEXTVS.

Μοῦσαι.) PRIMO sciendum est, quòd Aristarchus & alij quidam hoc Proœmium Hesiodi reijciant, expungantq; : & Praxiphanes discipulus Theophrasti affirmet, se librum sine proœmio habuisse, qui incœperit ab ipso versu : οὐκ ἄρα μοῦνον ἔλω &c.

SECVNDO, obseruandum est poëtam Hesiodum non bene seruasse legem procemiorum. Nam aut primum proponendum est, deinde inuocandum, quòd obseruant ferè Latini, vt Virgilius lib. I. Aen. Arma virumq; cano &c. Deinde dicit: Musa mihi causas memora &c. Aut propositioni simul inuocatio immiscenda est, quod in vtriusq; operis initio facit Homerus, quam legem procemiorum non solum seruasse, sed alijs constituisse testatur Quintilianus, Iliad. 4.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος
ἐλομένην. h. e.

Dic mihi magnanimi Pælidæ Musa furorem.

Ita Odyss. α.

ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη. h. e.

Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Troiæ &c.

Hesiodus autem à nuda inuocatione auspicatur. Hic enim versiculus κλῦθι ἰδ' ὦρ &c. continet inuocationem. Sed priusquam eò perueniat, præponit laudem Iouis, & quidem rogat Musas, vt eum prædicent, vt si quis sic ordiatur ad Cæsarem: Audi Cæsar meam orationem, quo nihil in terris augustius est, cuius tutela pax omnium gentium custoditur. Sic Virgilius adiecit ἐγκώμιον inuocationi: Tuq; adeo, qui mox, quem sunt habitura Deorum &c.

Μοῦσαι) Communi lingua dicimus μοῦσαι. Dores verò & Aeoles dicunt μῶσαι, qui solent ου in ω vertere. Sunt autem Musæ nihil aliud, quam ipsæ disciplinæ & scientiæ, & dicuntur μοῦσαι tanquam μαλοῦσαι

σαι καὶ ἐκτρέφουσαι τοῖς παιδεύμασιν. h.e. quod augeant & enutriant hominem disciplinis, aut nomen habent à μουσάω, quod significat erudio, & animum diuinitus excito. Sic Ouidius: Est Deus in nobis, agitante calescimus illo. Inde Musa rectè refertur ad secundam speciem Qualitatis in Dialecticis. Quia Musa picta non est Musa, sed est δύναμις propriè. Alij deriuant à verbo μῶσθαι, quod quærere & cogitando vestigare significat. Nam inuestigando disciplinas assequimur. Et ait Theognis debere Musarum asseclam non inuidum esse, ἀλλὰ τὰ μὲν μῶσθαι, τὰ δὲ δεικνύναι. h. e. alia cogitando quærere, alia inuenta exhibere. Quod autem scribunt authores, Musas esse numina quædam, quæ adiuuent poëtas in suis poëmatis conscribendis, alludunt ad naturales impetus. Nam nec Homerus, nec Virgilius tam egregia poëmata posteritati relinquere potuissent, nisi diuino quodam spiritu afflati fuissent. Adfert aliam rationem Plutarchus in Commentario περὶ φιλαδελφίας, in quo dicit μοῦσας nominatas, vt ὁμοῦ οὔσας, idq; δι' εὔνοιαν ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν, quæ scilicet viuunt in perpetua quadam beneuolentia, & mutua charitate. Et id fortasse habent nomen, quod Musæ, h.e. artes & disciplinæ tali inter se cognatione & nodo coniunctæ, conglutinatæq; sint, vt altera ex altera pendeat, & altera sine altera manca sit. Sed verba ipsius Plutarchi subijciam, ὁ δὲ ἡσίοδος οὐκ εὖ παραινεῖ μουνογενῆ παῖδα τῶν πατρώων ἐπίκληρον

εἶναι,

εἶναι, καὶ ταῦτα τῶν μουσῶν γεγονὼς μαθητὴς, ἃς ὁμοῦ δι' ἔυνοιαν ἀεὶ καὶ Φιλαδελφίαν οὔσας, οὕτως ὠνόμαζον μούσας.

πιερίηθεν δ' εὖτε) Construitur cum δεῦτε aduerbio hortantis. Q. d. Musæ huc adeste ad me ex Pieria monte Bœotiæ sacro Musis. Particula enim θεν significat motum de loco, sicut ἄγχοθεν significat ex agro. Dixit autem Poëta πιερίη Ionice pro πιερία, Poëtæ interdum abijciunt ν, vt Theocr. Idyll. 1. λιθύαθε pro λιθύαθεν dixit. ἀοιδῆισι) pro, ταῖς ἀοιδαῖς, communiter ᾠδῇ poëticè ἀοιδή. Quia α mutatur in η, & iota subscribitur more Ionico, & in fine additur iota per paragogen propter versum, Est enim versus Spondaicus. κλείουσαι) .i. celebrantes. Alij exponunt, celebres, aut præstantes laude canendi. Finis carminum præcipuus est, vt primum glorificetur DEVS. Deinde prædicentur Heroes. κλείουσα participium est generis fœminini, & venit á κλείω. h. e. celebro. Est autem proprium epitheton Musarum, quia Musæ celebrant Deos, & res præclarè gestas magnorum principum, id quod testatur Theocritus in principio Encomij Ptolomei:

ἔστι τῆτο Διὸς κέρας μέλει αἰὲν ἀοιδαῖς,
ὑμνεῖν ἀθανάτες, ὑμνεῖν ἀγαθῶν ἔλεα ἀνδρῶν.

H. e.

Semper habet Musas ea cura, ea cura poëtas,
Illas facta Deum canere, hos benefacta virorum.

Δία

Δία) Legitur vel per Apostrophum, vt sit Accusatiuus pro δία. i.e. Iouem, vel per α & sine apostropho, vt etiam sit particula hortandi videlicet δ' ἄ. i.e. sanè. ἐννέπετε) i.e. narrate, vel dicite, á verbo ἔπω, quod non est in vsu. Poëta alterum ν propter metrum interiecit. σφέτερον) Est pronomen possessiuum. πατέρα) h.e. Iouem. Quia Musæ natæ finguntur ex Ioue & Memoria, sicut testatur versiculus: Vsus me genuit pater, mater peperit memoria, Sophiam me Graij, Latini vocant sapientiam. Omnem autem bonarum artium eruditionem Musarum nomine significárunt, sed potißimum carminum.

ὑμνείσασα.) .i.e. celebrantes in cantibus. h.e. carminibus & poëmatis. Est participiũ á verbo ὑμνείω, quod est, celebro Deos, Inde hymnus dicitur cantio de Dijs, ein Lobgesang. Hoc loco ὑμνείσασαι actiuè exponendum est, pro celebrantes hymno, non neutraliter, pro eo, quod dicimus, quæ estis celebres carminibus, h.e. quarum proprium munus est efficere homines doctos, præsertim in Musica.

ὅντε δία.) Poëta interrogat Musas, quî fiat, vt inter homines, sine vllo discrimine corruptioni obnoxios, alij quidam sint illustres & diuites: alij verò obscuri & infames. ὅντε δία.) h.e. Per quem Iouem, aut quo pacto. Q.d. Quæ Ioue ordinante aut dispensante. Est autem metathesis. ὅντε δία, subintellige τρόπον. Sic: καὶ ξυνέπετε δί' ὅν, ἢ καθ' ὃν τρόπον, propter quam causam. Nam vt ὃν τρόπον pro δί' ὅν, aut καθ' ὃν τρόπον defectiuum Atticum est. Sic & δί' ὅν, pro

δία

διὰ ὅμ τρόπον. οἱ ὁμῶς) .i. æque & indifferenter .ſ. exiſtentes. Eſt aduerbium congregandi. βροτοὶ) h. e. mortales, vel corruptioni obnoxij. ἀπὸ τοῦ βρότου, quod ſignificat ſanum, vel cruorem cum puluere mixtum, vel βροτός, dicitur homo, ein Brotling, à verbo βρόσκω. h.e. comedo, edo. Inde genus vermiculi, qui Bruchus dicitur, ein krautwurm oder keffer. ἄνδρες) Viri ab ἀνὴρ, quod genitiuum format ἀνέρος, aut ἄνδρος. ἀνὴρ autem quaſi ὁ ἄνω αἰὴρ. .i. ſuperior aër dicitur, non aquæ, terræq;, vt mulieb bris, ſed igni & cœlo vicinus. Eſt enim viri, deſpectis rebus terrenis, altè ſpectare, & originis ſuæ meminiſſe. Sicut Latinis etiam Vir dicitur à vi, eò quod viribus præſtet mulieri, quam quaſi mollem aërem dici volunt. Quamobrem etiam maiore cum venia mulieres voluptati & nugis operam dare poſſunt. Vocabulum autem ἀνὴρ dicit Interpres Græcus quinq; ſignificare, 1. Animoſum. 2. Maritum. 3. Sexum virilem. 4. Ad virilem ætatem proiectum. 5. & hominem. ἄφατοί τε) .i. obſcuri, inauditi, ignobiles, & deriuatur ab α. ſtericica particula, & φάτος, qui eſt nobilis, & conſpicuus, & de quo eſt magna fama, von dem man ſinget vñ ſaget/ & dixit φάτορ, quantum ad iudicium vulgi, à φήμι .i. loquor, Inde & φήμη venit. h. e. fama. ῥητοί τε ἄρρητοί τε). i. glorioſi & inglorij, ῥήτος. q.d. dictus, vel, qui celebratur ſermone hominum, à ῥέω .i. dico. ἄῤῥητος verò dicitur indictus, vt ita loquar, vel, de quo nihil ſcitur, vel, qui eſt obſcurus, von dem man nichts weis zu reden/ &c. ſolet geminari. ῥή-

τῷ δ' autem refertur ad iudicium præclarorum hominum. Διὸς) Responsio est Musarum, quæ dicunt talia fieri voluntate & consilio Iouis. Sic apud Homerum est Iliad. α. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. h. e. Iouis alma voluntas ista fuit, Subintelligitur autem hic γίγνεται, aut simile verbum. Διὸς gentiuus est à Ζεύς, qui nomen habet à largiendo vitam. Astrologi etiam dicunt stellam Iouis maximè salutarem esse. μεγάλοιο) Ionice, pro μεγάλου. ἕκηι) idem quod χάριν gratia, causa, propter, ἕνεκα. Alij dicunt aduerbium esse ab ἕκων .i. volens. Interpres autem exponit pro τῇ βουλῇ .i. voluntate. Inducit Musas petitum sibi expectentes, vel, vt alij, ipsemet narrat, tanquam à Musis concitus & edoctus. Notandus autem est imprimis hic locus: Res humanas esse DEO curæ, qui præmia rependat bonis, & coherceat iniustos & impios. Deinde obseruanda est veterum religio, qui principalem causam retulerunt ad DEVM. Deinde Musas constituerunt mediatrices, sicut nostri instituerunt cultus & inuocationes sanctorum.

ξῆα μὲν γὰρ) Ratio est interrogationis, quare alij sint clari, alij obscuri, dicuntur hæc à Musis, perseuerat autem adhuc Poëta in loco communi de authoritate & potentia Iouis. Manus enim DEI, vt scriptura loquitur, est potens & ad euertendos superbos, & ad erigendos afflictos. Nulla est tanta potentia, tam florens gloria & opibus, quam non facilè posſit Deus euertere, vt historiæ omnium temporum ostendunt: Sed memento exempla sanctorum, Dauidis ac Nabugdonosor,

sor, hi ex summo fastigio deiecti didicerũt se prius tutos fuisse non sua virtute, non amicorum fide, non humanis præsidijs, sed Deo seruante, protegente, & gubernante eos. Nimis longus Catalogus esset, si recenserem Heroum casus, qui horribiliter euersi sunt, Herculis, Achillis, Aiacis, Iasonis, Philippi Macedonis, Pompeij, Cæsaris, Antonij, & aliorum innumerabilium. Horum Tragici exitus declarant hanc vocem: Abominatio est coram Deo, quicquid sublime est in mundo. h. e. quicquid gloriosum est sine agnitione & timore Dei, id euertitur. Ideò tantæ ruinæ sunt summorum virorum, qui non solum potentia, sed etiam virtute antecelluerunt.

Rursus potentiam suam Deus etiam in erigendis pijs sæpe ostendit, vt Ioseph ex carcere liberatur, Dauid pulsus restituitur in regnum, Manasses, cum diu captiuus fuisset, tandem post pœnitentiam incolumis dimittitur. In his exemplis scriptis affirmatur Deum esse autorem harum liberationũ, vt sciamus idem de non scriptis exemplis. Cum nobis res aduersæ mitigantur aut tollũtur, fit hoc Deo nos iuuante & gubernante consilia & exitus, vt Psal. 27. dicitur, Dominus adiutor meus, & protector meus, in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum. Etsi autem Poëta Hesiodus vim religionis nostræ non nouit, tamen sanctè de Deo hoc loco est locutus.

Ρᾳ̃α) Adiectiua neutra tam sing. quam plural. ponuntur aduerbialiter apud Græcos ἀ ῥᾳ̃ον, α, οπ. i. facilis, propter scansionem versus legendum est ῥᾳ̃α. Sic Virgilius dixit aluaria pro aluearia. Estq; hoc in loco ἐπαναφορὰ ῥᾳ̃α, ῥᾳ̃α, ῥᾳ̃α, quæ auget potentiam

Iouis. βριάει) .i. extollit, effert, eleuat, er erhebt jnen. βριάοντα) .i. se efferentem, sublatum, eleuatum, vel, qui sedet in sublimi loco honoris, Der sich herfür bricht/der viel von jm helt / vnd niemand ist jhm gut genug. βρι: auget significationem, componitur enim à βρὶ, syllaba inseparabili, & ἄω .i. spiro, χαλέπτει) χαλέπτω. q. difficultate afficio, in vnglück bringen. à χαλεπτὸς .i. difficilis, .i. deprimit, refrenat, humiliat, affligit, stösset jnen zu boden. (Quia Deus resistit superbiæ,) deijcit, præcipitem agit, Quando videlicet homines incipiunt insolescere, venit Nemesis, & eos vicißim humiliat. ἀρίζηλον) .i. insignem, conspicuum, & in illustri loco positum, illustrem, clarum, dignum æmulatione atq; imitatione, Der eines grossen ansehens ist / vnd was er thut/das wil jederman nachthun. Nam ἀρίζηλον proprie significat eum, qui dignus est, quem imitemur, & deriuatur à ζῆλος, quod significat admirationem, quæ fit ex desiderio eius rei, quam quis pulchram existimat & ab ἄρι, (particula inseparabili. Sunt autem particulæ inseparabiles βρι, ἄρι, ἔρι, ζα, θρα, λα, λι, &c.) quæ particula in compositione habet vim augendi. μινύθει) .i. attenuat, minuit, perdit, reddit minorem. Machet jhnen veracht gegen jederman/so er vormals bey jederman wol gehört ist gewesen. ἀπὸ τοῦ μινύθω. i. minuo, vel ἀπὸ τοῦ μίνυος. i. paruus, vnde fit etiam μινυώριον. h.e. breui tempore durans, fluxum, aut cito periturum, das bald vergehet. ἄδηλον) .i. hominem obscurum, vel,

non

non manifestum. Q. d. Gott zeucht offt einen geringen vnd verachten Menschen herfür. & venit ab α steritica particula, & δῆλος. h. e. clarus & manifestus. ἀέξει) .i. amplificat, vel, obscuri nomen adauget, ab ἀέξω. i. augeo. ἰθύνει) .i. rectificat, corrigit, dirigit, reddit rectum, vel reuocat in viam eum, qui deerrauit, Er kan einem balde wider zu ehren helffen. h. e. rursum ad simplicem mentis habitum reducit, quod fit, cum punit subdolam illam vafriciam, ab ἰθύνω .i. rectifico, bringet zu rechte. σκολιὸν) .i. qui obliquam viam incedit, qui per ignorantiam deflectit aliquando à recta via, prauum, obliquum, tortuosum, vel varios & inæquales mores habentem propter astutiam, er macht einen krummen gerade.

Ἀγλώσσα) .i. magnanimum, superbum, contumacem, virilem, strenuum, ferum, einen trotzigen/ hoffertigen menschen. ἀγλώσσ deriuatur ab ἄγαν. i. nimis, & ἀνὴρ .i. vir. Q. d. der alzu mennisch vnd zugehertzt wil sein/ den macht Gott verzagt vnd blöde. κάρφει) Eleganti metaphora hoc loco poëta vsus est, qua significare vult subitam humiliationem superbi & efflati animi, sicut de Monetario dicunt, qui antequam ad supplicium duceretur, adeo fracto & demisso animo fuit, vt sex magnos cantharos vini ebiberit. Adeo siccum fuit cor eius: Ille est euentus superborum. Nam κάρφω significat arefacio, vel desicco. Inde κάρφος dicitur, quod est siccum, vt stipula, festuca, fistile lignum (span) & κάρφη stramen (stro) siue fœnum (hew) sicut palpæ (sprew)

βριάει & sequentia verba nominatiuum habent Ζεὺς ὑψιβρεμέτης .i. altifremus, à βρέμω .i. sono, fremo, & ὕψος altus, vel altitonans. ὑπέρτατα) ab ὑπὲρ ὑπέρτατον, ὑπέρτατον .i. supremam vel summam. ναίει) .i. qui incolit supremas domos, h. e. cœlum, postquam recitauit causam commodorum & incommodorum, conuertit iam orationem ad ipsum Iouem.

κλῦθι) ὦ σὺ ἡσίοδε κλῦθι, ἄκουσον καὶ μανθάνε, Musis post narrationem eum commonentibus. At secundum Vallam ipse Hesiodus velut Musarum impulsu effatus, nunc comprecando Iouem subdit, q.d. Iuppiter annue meis cœptis. Sequitur propositio, Ego enim tradam fratri meo præcepta de colenda Iusticia. Dixit autem κλῦθι poëticè pro κλῦε, quod est factum à κλύω vel κλύμι. h.e. audio. ἰδὼν) est Participium ἄορ. 2. à verbo εἶδω .i. video. ἀίων) ab ἀΐω .i. audio. Q. d. ô Iupiter audi, qui vides & audis. ἴθυνε) .i. dirige, guberna, moderare, ab ἰθύνω, νῶ. 5. Coniugat: Δίκη) Q.d. rectè guberna tu leges. Porrò sicut Germanicum nomen (Recht) est πολύσημον, ita apud Græcos dictio δίκη habet varias significationes. Modo enim significat iudicium, vel actionem iudicij (Gericht) vt cum dico δίκην ἐπάγειν, intendere actionem in iudicio, vel dicam impingere. Alibi verò significat τὸ δίκαιον (Recht) & ipsam Deam iudiciorum præsidem (Gerechtigkeit) quæ ob id Græce δίκη dicitur, quia lites & contentiones dirimat. Hinc dicuntur δικασαὶ. h.e. iudices, quasi litium diremptores.

Θέμι-

Θέμισας) .i. leges seu præcepta de moribus, á nommatiuo ἡ Θέμις, τῆς Θέμιδος, Ionice Θέμιτος, Θέμιδος poëticè. Θέμις autem apud Græcos creditur esse Dea æqui & boni, quæ scilicet suadet hominibus id petere, quod fas est. Alij existimant Θέμιν esse leges scriptas, vel ipsum ius & iusticiam. Nisi enim leges iusticia quadam gubernantur, desinunt esse leges. Hinc prudentissimè dixit Seruius Sulpitius, omnia quæ proficiscantur á legibus, & á iure ciuili, semper ad facilitatem, æquitatemq; referenda esse. τῶν) Quidam putant Poëtam dixisse τῶν Dorice pro σὺ, ἐγώνη pro ἐγὼ, & similia. Alij verò referunt ad verbum μυθησάμην, vt sit potentialis particula. Q. d. Tunc ego bona præcepta de colenda iusticia præscribam fratri, si tu Iupiter me adiuueris. Θέμισας) .i. leges, administrationem, & gubernationem rerum publicarum. Q. d. exerce iusticiam, conserua iusta, administra res humanas, sicuti facis. ἐγὼ) Iam conuertit se ad fratrem Persen. μυθησάμην) á μυθέομαι .i. dico, loquor, á μῦθος sermo. Q. d. ego interim fungar meo officio, & dicam fratri meo Persæ ea, quæ vera sunt. Item, Tu Iupiter esto gubernator, ego interim dabo operam, vt emendem eius vitam, & corrigam dissolutos mores. ἐτήτυμα) pro ἔτυμα posuit. h. e. certa, aut vera. Ferunt Hesiodum fuisse inuisum suis propinquis & fratri, propterea quod eos fideliter docuerit, & dissolutos mores castigauerit.

TEXTVS.

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
εἰσὶ δύω, τὴν μὲν κε ἐπαινήσειε νοήσας,
ἡ δ' ἐπιμωμητὴ, διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.
ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει,
σχετλίη, οὔτις τήν γε φιλεῖ βροτὸς, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
ἀθανάτων βουλῇσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν.
τὴν δ' ἑτέρην (πρεσβυτέρην μὲν ἐγείνατο νὺξ ἐρεβεννή.)
θῆκε δέ μιν ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων,
γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι, καὶ ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω,
ἥτε καὶ ἀπάλαμόν περ, ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.
εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν, ἔργοιο κατίζων,
πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμενόν ἠδὲ φυτεύειν,
οἰκόνδε εὖ θέσθαι. ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων,
εἰς ἄφενος σπεύδοντ', ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι,
καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

VERSIO.

Non vtiq; vnum est contentionum genus, verum super terram
Sunt duo. Alteram quidem queas laudare intelligens,
Altera autem vituperanda. S. est. Diuerse autem animum trahunt
Hæc enim bellum malum & litem auget

Odiosa

Odiosa, nemo hominum illam amat, sed propter necessitatem
Deorum voluntate contentionem hanc colunt grauem.
Alteram autem (priorem enim genuit nox obscura)
Posuit ipsam Saturnius altisedens, in æthere habitans
Terræ in radicibus, & hominibus multo vtiliorem,
Quæ etiam ociosum quamuis, tamen ad laborem excI-
In alium enim aliquis respiciens, ab opere vacans (tat,
Ditescentem, qui properat arare, aut plantare,
Domũq; bene disponere. Æmulatur aũt vicinũ vicinus
Ad diuitias properantem. Bona autem contentio hæc
est mortalibus,
Et figulus figulo indignatur, & fabro faber,
Et mendicus mendico inuidet, & poëta poëtæ.

VALLA.

Sunt geminæ in terris, quibus altercantur in vnum
Mortales causæ, varia quoq; mente trahuntur.
Vna quidem studium laudabile sedula curat,
Altera crudeli rerum depascitur hausiu,
Bella cupit, pugnæq; exercet iniqua tumultus,
Inuisum atq; atrox pestis genus: hanc tamen ipsi
Mortales fugiunt, tandemq; volentibus hanc Dijs
Exoptant, huius nequeunt cohibere furores.
Illam autem prius obscuræ genuêre tenebræ,
Sed fato meliore pater Saturnius illam,
Et generi humano, & terræ radicibus imis
Imposuit, segnes arcus & inertia corda
Excitat: alter enim segnis, cui vita manebat,
Alterius spectans cumulos, mora nulla, boues q;
Iungit, & impresso terram diuertit aratro,
Siue domum curat, siue inserit, alter ad artes
Vicinum vicinus agit. Laudabilis hæc est
Pugnandi ratio, fugienda sed altera, sub qua

Inuidet aut figulus figulo, vel egenus egeno,
Siue faber fabro, dulcisq; poëta poëtæ.

FRISIVS.

Scilicet in terris gemina est contentio, verum
Hanc animaduertens aliquis laudârit, at illam
Dixerit esse malam, sibi nam contrariæ vtræq;
Seminat illa etenim bellum, litesq; maligna,
Hinc hominum nulli grata est, sed sæpe sequuntur
Atq; colunt illam Dijs instigantibus ipsis.
Alteram at ipse (etenim prior atra nocte creata est)
Terris imposuit summi regnator Olympi
Iuppiter, at longè mortalibus vtiliorem,
Nanq; facit, segnem quamuis, meminisse laboris,
Qui cernens alium ditescere, dum piger ipse est,
Festinat quoq; arare, & humi defigere plantas,
Tùm curare domum: nam vicino æmulus vsq;
Vicinus ditescenti: at pugna vtilis hæc est.
Sic figulus figulum, sic & fabrum faber odit,
Sic vates vatem male fert, sic Irus & Irum.

PARAPHRASIS NARRATIONIS DE DVPLICI contentione.

Cum pars hominum per iniuriam ac lites rem facere studeat, pars verò industria ac labore ditescere conetur, Primum omnium statutum habeas frater, duplicem esse contentionem. Alteram quidem vituperandam, alteram verò dignam laude, quam si quis probè cognouerit, non potest non uberrimos fructus inde sentire. Sunt tamen ambæ ita comparatæ, vt homines huc illuc

luc impellant, quo sæpissimè dubitent, vtram sequi velint. Prior enim concitat bella & rixas, omnesq; quidem eam detestantur ac fugiunt, & tamen nescio quo fato id accidit, quod homines eam amplectantur. Posterior verò ita ordinata est diuinitus, vt versetur in quotidiana conuersatione hominum, maioremq; vtilitatem humano generi afferat, vt quæ torpentem ocio sæpe ad laborandum excitet. Si quando enim ociosus videt alium rem facere, qui diligenter colit agros, & inserit plantas, bonusq; est Oeconomus, non poterit fieri, quin vicinus vicinum ista mutua æmulatione accendat. Atq; ista æmulatio est honesta, & valdè conducit mortalibus, vt cum figulus figulo inuidet, faber fabro, mendicus mendico, poëta poëtæ.

DISPOSITIO RHETORICA.

οὖν ἄξα μῦθον) Narratio est, in qua commemorat duplicem esse viam ac rationem augendæ rei familiaris, vnam honestam, cùm labore, cura atq; industria opes paramus: Alteram inhonestam ac turpem, cum quis malis artibus. h. e. per iniuriam ac scelus facultates acquirere aut augere studet. Porrò occasionem huius narrationis à fratris sui iniurijs accepit, à quo apparet eum in diuisione hæreditatis fraude ac dolo circumscriptum fuisse. A litibus igitur ducit exordium. Sed vtranque rationem per παρονομασίαν contentionem vocat. Et posteriorem quidem vituperat, priorem

priorem verò summopere commendat, quo submonet poëta nos in omni labore non tantum aliorum exemplis accendi, sed etiam iuuari. Id enim efficit studiorum societas & frequentia, vt omnia melius & felicius procedant, quàm si solus aliquid agas.

OCCASIO NARRATIONIS paulò altius repetita.

Poëta Hesiodus habuit fratrem nomine PERSAM, quem erga se satis infidum & inhumanum expertus est. Cùm enim Persa in diuidenda hæreditate vteretur varijs technis, vt minor natu & satis delicate in paternis ædibus enutritus, & post obitum patris subtractis potioribus, tenuem admodum portiunculam paternorum bonorum fratri Hesiodo relinqueret, Imò leonina ferè arte in distribuendis reliquijs vteretur, nec tamen contentus sua sorte esset, sed mota lite forensi satis crudeliter exagitaret bonum virum, fratrem suum, sumpsit Poëta ab illa inhumanitate Persæ occasionem dehortandi fratrem ab inferendis iniurijs, idq; facit, vt fratris mores corruptos & ingenium varijs fraudibus refertum emendet.

Cùm autem videret fratrem delectari litibus, incipit suam narrationem á duplici contentione, quarum altera sit turpis & noxia, altera verò honesta & vtilis, & illa distributio contentionum, quæ ponitur, nihil aliud est, quàm occasio sententiarum vel præceptorum, quæ sequuntur. Quia enim est fratrem dehortaturus ab illo

illo studio contendendi, ab ignauo & turpi ocio, à malis artibus parandarum opum, & è contra inuitaturus ad vitam coniunctam cum labore, sedulitate & industria quadam comparandi victum, incipit suam fraternam admonitionem à præmijs & pœnis, & à causis impulsiuis. Duplex (inquit) est motus in animo hominis, quem nominat contentionem. Alter motus extimulat animum ad mutua odia & damna, & est fons omnium calamitatum & miseriarum in hac vita. Alter impellit animum ad studium industriæ, diligentiæ, laboris, & virtutis, & tunc præclare res se habet. Cùm enim homines certant, quis alterum antecellat virtute, honestum est in hoc contentionis studio vincere. Cùm verò certant de præstantia malitiæ, honestius est succumbere in hoc genere certaminis, & se victum fateri, quàm vincere.

Exempli causa, Contigit in Comitijs Augustanis, vt inter quosdam haberentur colloquia de solertia ingeniorum, quænam gens, Italine, Hispani, Germani, Poloni, &c. reliquas gentes ingenij acumine vincerent. Ibi certarunt inter sese de solertia ingeniorum duo, vnus Hispanus natione, alter Germanus. Conuenit inter eos, vt qui ingeniosius furari posset, alteri XX. Ducatos solueret. Hispanus affirmat, se auiculæ incubanti ouis ea subtrahere & furari velle, ita vt auiculæ non sentiret, nec auolaret. Inquit Germanus: ostendas artem tuam quacunq; in re libet, ego vicißim meum ingenium & solertiam ostendam.

Expe-

Expatiantur extra vrbem Hispanus & Germanus, & cum illis delecti iudices. Hispanus inquirit hinc inde nidum in arbore, & auem incubantem, quam vbi inuenit mox vestes fericas, catenam auream, gladium, & pugionem cum reliquis ornamentis propè arborem exuit, & deponit, ac arborem ascendit, in cuius summitatem cum ascendisset, accurrit Germanus, & vestes ac reliqua ornamenta deposita ad arborem, inspectante Hispano ex summitate arboris, subtrahit & ausugit, quo furto artificiosè commisso, pronunciatum est: Germanum ingenij solertia vicisse Hispanum. Hìc non furtum, sed ingenium & solertia Germani laudatur.

Quod si Germanus hanc curam, studium, operam, prudentiam, solicitudinem & solertiam adhibuisset in re honesta potius, quam in re turpi & à DEO prohibita, maiorem ingenij gloriam fuisset consecutus. Illi duo motus, de quibus antea est dictum, animaduertuntur etiam in duobus studiosis artium, quorum alter diligens est, & propter diligentiam est apud bonos viros in honore: Alter verò incitatus inuidia, cogitat, quo modo posit socium studiorum impedire, eique nocere. Illi motus duplices in animo impellunt homines, vel ad honesta, vel ad turpia suscipienda. Simile argumentum de duplicis contentionis studio vide in Somnio seu vita Luciani, & in secundo Xenophontis de dictis Socratis, vbi Prodicus sophista eodem modo Herculi pueritiam egresso, narrat virtutem ac voluptatem apparuisse, & vtranq; illum ad se pertrahere contendisse.

EX-

EXPLICATIO TEXTVS.

Οὐκ) Orditur à generali sententia ad specialem per distributionem. ἆρα) Nonnunquam est particula expletiua, nonnunquam causalis, Sed cum circumflexo est interrogandi particula, ἆρα .i. núm, nónne, vt Demosth. 2. Olynth. μῶνον) Ionice dixit pro μόνον. ἓν ἐστὶ vnum, solum. Adiecit autem υ, vt produceretur syllaba. ἔλω) pro ἦρ Aeolice, & est Enallage temporis, Imperfectum ponitur pro præsenti. ἐρίδωρ) .i. litium, contentionum ab ἔρις, quæ non solum ζῆλος vocatur, qui est bona contentio, sed etiam inuidia, quæ est pessima & sanguine gaudens contentio. Per ἔριν hoc loco intelligit τὸν θυμὸν, animi impetum, studium animi, motum ad aliquid agendum. Δύω) δύο per ομικρὸν secundum Ionas, quod in contextu longum fit, propter ancipitem syllabam. Secundum Dores autem & Atticos δύω scribendum, per ωμέγα. Duplex est contentio in animo hominum, generosa & vtilis. Deinde noxia & inhonesta, quæ ex odio & praua cupiditate oritur. μοὶ) & δὲ sunt particulæ distributionis. μοὶ incipit primum membrum, δὲ verò attexit cætera membra. κεν) & ἄν sunt particulæ potentiales, vt κεν ἐπαινήσειε) h. e. laudaueris, commendaueris, queas laudare ab αἰνέω αἰνέσω, vel αἰνήσω, ἤνησα. Deinde in ἀορ. α. optaui Aeolici habet αἰνήσαμι, vel αἰνήσειαν cum ἐπὶ & σ per ἔκτασιν geminato. Hinc Aeneas nomen habet apud Virgilium, vt ostendit Homerus in hymno Veneris. νοήσας) .i. intelligens. Deest τινὰ .i. aliquis. h. e. postquam agnoueris. Est participium ἀορ. α. à

verbo

verbo νοέω. Q. d. animaduertens, cognoscens. Sententia est, Qui norunt & intelligunt alteram contentionem, possunt eam laudare. ἥδ') Alterum membrum est. ὧν μωμητὴ) .i. altera est vituperanda vel reprehensibilis á verbo μωμάομαι. h. e. subsanno, vitupero. Q. d. omnes illam contentionem calumniantur, sed tamen nescio, quo fato id fiat, vt homines eam amplectantur. Inde Momus nomen habet Deus conuicij, omnia reprehendens, de quo vide Lucianum, & poetarum fabulas.

Διὰ ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν) .i. animum in diuersa trahunt, Sie machen / das ein mensch nicht weis / wo hinaus. Q. d. Duæ sunt contentiones, altera est honesta & laude digna, altera reprehensibilis. Illæ autem contentiones distrahunt humanos animos ad diuersas actiones. Altera enim impellit ad honestatem, & virtutem, altera ad scelera perpetranda, altera ad æmulationem virtutis, altera verò ad nocendum. ἣ μὲν) Additur explicatio membrorum. Q. d. altera contentio deterior & reprehendenda. ὀφέλλει) .i. auget. q. d. noxia contentio est causa bellorum & pugnarum. πόλεμόνδε) πόλεμος differt á μάχη, sicut apud Latinos bellum á prelio. Dicitur autem πόλεμος bellum vel dissentio hostilis, nomen habens, aut quasi πάντων πόλεως λοιμός. .i. pestis reipubl. aut quasi ὁ πόλεας ἀμῶν. h. e. multos metens, aut πολυεμὴς. h. e. magis inuersè, vel ὁ πολλοὺς χέων, quòd multos fundat, opprimat, prosternat. Videmus enim, quomodo alter alterum decipiat, vt modo diteſcat, quo iure, quáq; iniuria, sæpe etiam

etiam maxima bella mouentur pro augendis regnis & imperijs. κακὸν) Ab effectu & obiectis. Q. d. efficit bella, sed noxia & mala. Iuxta illud Tibulli lib. 1.

Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via est.

Idem, lib. 2. Eleg. 3.

Præda feras acies cinxit discordibus armis
Hinc cruor, hinc cædes, mors propiorq; venit.

Huc refer horribile exemplum Imperatoris Constantini, Byzantio occupato, crudelissimè trucidati à Turcis ante annos 120. Δῆριν) .i. litem, auget. χετλίην) .i. pernitiosa, odiosa, detestanda, molesta, nimium violenta. Mala enim sunt violenta & illegitima, Bona verò facilè & expeditè procedunt.

ὅυτις τήν γε) Hic locus diligenter obseruandus est, propterea quod dicit Poëta, homines quidem non amare iniusticiam, sed tamen fatali quadam necessitate concitari ad istam turpem contentionem, nempe, vt per iniuriam & lites quærant pecuniam. Nam hic videmus, quomodo recta ratio prouideat & moneat, Affectus verò recta monenti non obtemperant. Huc respexit Plato, cum rationem vocat aurigam, affectus verò equos, qui & currum & aurigam rapiunt. Quod autem homines interdum intelligant, quibus vitijs obnoxij sint, & tamen ad illa rapiantur, dicunt Physici, quod stellæ præcipuè afficiant hæc inferiora corpora, videlicet, lumine suo, quod cum variè miscet primas qualitates, varia temperamenta gignit in corporibus, Temperamentis autem respondent inclinationes animorum ad certas actiones & studia, sed etiam plærique

euentus. Sacræ autem literæ testantur causas peccati esse voluntatem Diaboli, & voluntatem hominis, qui auerterunt se libere, sua sponte à Deo, nec volente, nec approbante illam auersionem, & hæserunt vagantes extra ordinem in obiectis contra mandatum Dei, vt Euæ voluntas auertens se à voce Dei, & uagata extra ordinem hæsit in pomo.

Φιλῇ). i amat, amplectitur. Φιλέειν autem significat amare & osculari. Inde φίλημα, osculum, suauiolum, ein Kuß oder schmetzlein. Apud Homerum Φιλέειν significat humaniter excipere & benignè tractare hospitem, vt Odyß. α. χρὴ ξεῖνον πρξέοντα φιλεῖν, ἐθελόντα ὃ πέμπειν. Q.d. Oportet te hospitem, quem excepisti hospitio, benignè tractare, et quãdo vult iterum discedere, non debes inuitum retinere tecum, sed oportuno tempore dimittere, ne in itinere accipiat aliquod damnum, præsertim nocturno tempore, sintemal die Nacht niemands freund / id quod experientia quotidiana comprobat. ὑπ' ἀνάγκης) ἀνάγκη hoc loco significat fatalem seriem, et ex eo nomen habet, quod series rerum est catena quædam, causamq; aliam alia veluti funiculo trahit, & futurum esse necesse est, quicquid præsentia consequetur. Alio nomine dicitur εἱμαρμένη à serie rerum conserta, inoffensoq; tenore procedente, Quin et μοῖρα appellatur à partitione rerum. Nam in tota rerum vniuersitate distributa sua singulis officia videmus, & sortem datam, nec fungi alterum alterius officio posse, aut in opus succedere, sed suis quæq; in locis consistere. Plura vide apud Aristotelem in libello de Mundo, & Cælium Rhodoginum lib. 4. c. 20.

Ἀθανάτ-

Ἀθανάτων).i. immortalium ab α priuatiua particula & θάνατος .i. mors. q. d. sine morte. βουλῇσιν, Dixit Ionice pro βουλαῖς. τιμῶσι) per contractionem pro τιμάουσι, á verbo τιμάω. i. colo, & veneror. καρτερὸν) Epitheton aptissimum huic contentioni additum. Quia homines mirum in modum grauantur, quando ab alijs fraude circumueniuntur, et de vindicta interdum cogitant, ὑπ' ἀνάγκης) κ præcedente γ liquescit in lectione, quasi κ esset γ. Nulla vox est otiosa in istis versibus, in quibus Poëta ponit correctionem seu occupationem. Posset enim quis opponere, Ergo nunquam sunt gerenda bella, Respondeo, Imò homines coguntur aliquando se defendere. βουλῇσιν) Bellum est pœna, quæ diuinitus infligitur, Ergo homines coguntur necessario sustinere istam pœnam, vel se aut alios defendere, vel punire alios iussi á Deo.

πολὺ δ' ἑτέρην). i. honestam & generosam. Explicat enim iam alteram speciem contentionis, nempe, honestam & vtilem esse contentionem & approbari á Deo, si homines industria contendant & labore potius quærant victum, quàm per lites & iniuriam. πρότερον) Ionice dixit pro πρότερον .i. inhonestam, bonam contentionem, quæ ζῆλος seu æmulatio vocatur, dicit poëta priorem esse, quam malam, tempore & dignitate. ἐγείνατο) est tertia persona ἀορ. α. verbi medij á γείνομαι ἀορ. α. ἐγεινάμην, οι, ατο. νὺξ ἐρεβεννὴ .i. atra tenebricosa, obscura, Inhonesta contentio dicitur esse filia noctis, quo figmento proculdubio poëtæ significare voluerunt, homines prauæ contentionis studiosos omnia agere fraude & dolo, & quasi in nocte

obscura conari, vt fallantur alij. Interpres verò Græcus hoc modo præsentem locum explicat, Bonam contentionem videri ex nocte natam esse. h. e. ex obscuro, quod omnis, qui aliquem æmulatur, occultè illum subsequatur atq; imitetur. Invidum autem palam obtrectare & conuicia, pugnasq; nectere, Prior tamen sententia mihi magis arridet. ἔρεθεννὴ Aeolice per duplex v scribitur. θῆκε) Dixit pro ἔθηκε, à verbo τίθημι. In ἄος. α. ἔθηκα, ας, ε. μιμ) Est particula Dorica omnium casuum & generum. κρονίδης) .i. Saturni filius. h.e. Iuppiter. Saturnus enim tres habuit filios, Iouem, Neptunum, & Plutonem, Est patronymicum. ὑψίζυγος) .i. altisedens, regnator cœli, vel, qui habet alta iuga, à ζύγος .i. sedens, & ὑψι. i. alte. ναίων) .i. habitans, à ναίω .i. habito, fluo. αἰθέρι) .i. in alto cœlo, ab αἰθὴρ, quem dictum quidam volunt ab αἴθω, .i. flagrare. Aristoteles verò deducit ab ἀεὶ semper & θέω, curro, voluo. Est veluti hoc loco prosopopœia.

ἔρι ζήλησι) pro ἔριδας. γαίης) pro γαίας, α mutato in η vulgari consuetudine Ionica. Q. d. honesta contentio versatur inter homines. πολλὸν) .i. multo. πολλὸν hoc loco aduerbiascit. Quia adiectiua neutri generis tàm apud Græcos, quàm Latinos cùm in singulari, tùm in plurali aduerbiascunt. ἀμείνω) Apocope est pro ἀμείνονα, sicut βελτίω pro βελτίονα. Terra est præcipuum obiectum agriculturæ, per quam intelligit poëta quodlibet honestum studium. Agricultura enim illis temporibus fuit nobilissimum genus vitæ. Ipsi reges fuerunt vel agricolæ, vel hortulani, sicut Laertes apud Homerum,

Homerum, & Minerua dicitur primum inuenisse cultaram olearum. Sententia huius loci est, quod Iuppiter, qui habitat in æthere, qui habitat in radicibus terræ, qui habitat in hominibus, alteram contentionem fecit multo præstantiorem altera. γαίης) Quia hoc est proprium obiectum illius æmulationis. Respublicæ sic crescunt etiam, si homines certant virtute. Idem dici potest de agricolis, quorũ alter alteri inuidet copiosiorem frumenti aut vini messem, vel vindemiam.

Extat lepidissima historia apud Plinium lib. 18. c. 6. de C. Furio Cresino, qui è seruitute liberatus, cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quàm ex amplissimis vicinitas, in inuidia magna fuit, ceu fruges alienas pelliceret veneficijs. Quamobrem à Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum, omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atq; (vt ait Piso) benè curatam ac vestitam, ferramenta egregiè facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos, postea dixit, veneficia mea Quirites hæc sunt, nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes, vigiliasq; & sudores. Omnium sententijs absolutus itaq; est. Profecta opera, non impensa cultura constat. Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Ex illa historia apparet aduersarios Cresini honesta æmulatione exarsisse.

ἥτε καὶ ἀπάλαμνον) ponit effectum seu fructum honestæ contentionis, quæ etiam ignauum hominem ad

aerius ſtudium omnium rerum gerendarum excitat. ἀπάλαμνος enim ſignificat ocioſum, inertem, impotentem, et ad laborem ineptum, qui nihil habet præ manibus, qui nihil operatur, der nichts für hat, et deducitur ab α et παλάμη. q. d. ſine manu, vel, qui non habet manus, aut habet ignauas & ocioſas manus, ſicut ſolet dici: haſtu keine feuſte/ſo kanſtu nicht zugreiffen. Hinc dicitur παλαμναῖος (Manſchlechtig) qui manu interfecit aliquem, qui reus eſt ſanguinis, qui facit iniuſtam cædem. ὁμῶς) Legendum eſt ὁμῶς, quod eſt ὁμοίως, eritq; ſententia, quod ſimiliter excitat. Eſt autem aduerſatiua coniunctio. πῆ) in fine additum efficit, quamuis. ἔργον) .i. opus ſeu diligentiam. ἐγείρει) .i. excitat, ab ἐγείρω. Sie kan auch wol einen faulen zur arbeit treiben. ἰδὼν) .i. conſpiciens, intuitus. εἶδω, ἰδέσκω, vel ἰδέω, vnde ἴδον ὁ ἰδὼν. Iam addit Poëta rationem, cur hominibus ſit vtilis illa honeſta contentio. Quia aliorum exemplis accendantur ad id perſequendum, quod præ manibus habent. ἔργοιο) Ionice pro ἔργου. χατίζων ἔργοιο) οὐδ' ἐμ ἐργαζόμενος. .i. ocioſus, indigens operis, ſeu ab opere vacans, à χατίζω .i. indigeo. ὅς) pro οὗτος .i. qui ſenſus huius loci eſt. Aliquis enim, qui ceſſat laborare & videt alterum diuitem ex ſuis laboribus, dat operam, vt ipſe quoq; aret & plantet. ἀρόμμενοι) Ionicus infinitiuus eſt a verbo ἀρόω ἀρόειν per contractionem ἀρῦν & Ionica extenſione ἀρόμμεναι & propter metrum ἀρόμμεναι. φυτεύειν) .i. plantare, jmpffen. Ipſi enim ex agricultura, maximas vtilitates perceperunt. Hinc Iuriſconſulti

sulti vocant quendam contractum Emphyteosin, seu Emphyteusin, per quem dominus retento dominio directo, & ciuili possessione, transfert in Emphyteotam vtile dominium & naturalem possessionem rei immobilis, ad hoc vt singulis annis ipse vel hæredes eius, domino suisq; hæredibus, annuam pensionem soluant. Et habet nomen à Græco ἐμφυτεύω, quod inserere seu implantare significat, eò quod huiusmodi bona vt deserta & quasi pro derelicto habita, antiquitus excolenda, fruendaq; collocabantur, cuius colonus Emphyteota dicitur, qui si tribus annis pensionem soluere neglexerit, à iure suo decidit, & per dominum moueri potest. εὖ θέσθαι) Infinitiuus est à τίθημι, & significat benè ordinare seu disponere. Quando aliquis paterfamilias videt alterius familiam bene gubernari & institui, cogitat & suam familiam simili modo administrandam esse. οἶκον) .i. domum seu rem familiarem.

ζηλοῖ) .i. æmulatur à ζηλόω, quod Latinis propriè est æmulor. Interpres Græcus existimat bonam contentionem, etiam zelum seu æmulationem appellari, sicut mala, inuidia nominetur. Hesiodum tamen dicit supra abusum vocabulo zeli seu æmulationis pro inuidia. γείτονα) Poëta reuocat illud totum ad locum communem. Idem.n. fit in studijs bonarum literarum, cum aliquis delectatur potius solitudine, quam æmulatione non potest fieri, vt tam acri cura incumbat studijs, quàm incumberet, si haberet æmulum, cuius exemplo excitaretur, γείτονα) Hi versiculi omnes, qui sequuntur, prouerbiales sunt, & describunt honestam æmulationem. Propo-

nit enim Poëta duplex contentionis genus, quorum alterum sit vtile, honestumq; mortalibus, alterum fœdum, & pernicioſum. Hoc homines ad rixas ac bella concitari propter opum, honorumq; certamina. Illo verò tanquam exemplis propoſitis ad induſtriam & honestas artes expergefieri. εἰς ἄφενος) .i. ad opes ſeu opulentiam. ἄφενος in maſculino, & τὸ ἄφενος in neutro genere proprie ſignificat diuitias partas ab vno anno, ein jarzerung oder einen vorrath/temporarium reditum, quaſi ἀπὸ ἑνὸς .i. ab vno anno. q. d. annua collectio, perceptioq; fructuum, ſeu, prouentus vnius anni. σπεύδοντα) .i. diteſcentem ſeu properantem ad opes, à σπεύδω .i. propero, feſtino. Hinc σπεῦδε βραδέως (Thue gemach/ vbereile dich nicht.) ἡδὲ) Illa particula habet vim demonſtrandi. ἀγαθὴ) Quia extimulat homines ad laborem, induſtriam & diligentiam. βροτοῖσι) Iota hic additur extenſione Ionica.

κοτέει) à κοτέω .i. ſuccenſeo ſeu indignor, poſuit verbum generis pro verbo ſpeciei, quod ſæpe ſolet fieri. Verba autem hæc Poëtæ omnia pertinent ad laudem, nec referenda ſunt ad malum contentionis genus, id quod factum eſt à Nicolao Valla, & interprete Græco, qui non penitus videntur intellexiſſe animum Heſiodi: Quia artifex excitatur ad laborandum alterius artificis exemplo. Probat igitur illam æmulationem artificum hoc loco, quo alter altero citius diteſcere conatur. κεραμεὺς) Inde κεράμιον dicitur vas fictile, ein krug / Vide prouerb. In dolio figularem artem diſcere.

scere. Item, figulus figulo inuidet. τέκτων) i. opifex, faber. ἀοιδὸς) Poetæ vocantur ἀοιδοὶ. h.e. cantores. Quia certo quodam modo, certis numeris componunt sua carmina. φθονέει) i. inuidet à φθονέω .i. inuideo, Inde φθόνη .i. inuidia. πτωχὸς) Originem trahit ἐκ τοῦ πτώσσω) quod est formido, seu metu perterreor, aut ὁ πεπτωκὼς τὸ ἔχειν, quasi qui deiectus sit à suis facultatibus.

TEXTVS.

ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐπικάτθεο θυμῷ.
μὴ δέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύ-
κοι,
Νείκε' ὀπιπεύοντ' ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα.
ὥρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε,
ᾧ τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπητανὸς κατάκειται
ὡραῖος, τὸν γαῖα φέρει Δημήτερος ἀκτήν,
τοῦ κεκορεσμένος, νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις
κτήματος ἐπ' ἀλλοτρίοις. σοὶ δ' οὐκ ἔτι δεύτερον
ἔσται
ὧδ' ἔρδειν, ἀλλ' αὖθι διακρινώμεθα νεῖκος
ἰθείῃσι δίκαις, αἵ τ' ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται.
ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθα, ἄλλα δὲ πολλὰ
ἁρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
δωροφάγους, οἳ τὴν δε δίκην ἐθέλουσι δικάσσαι.
νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄ-
νειαρ.

VERSIO.

O Persa, Tu autem hæc tuo impone in animo.
Non autem tuum contentio malo gaudens ab opere animum abducat
Lites speculantem, foriq; auscultatorem existentem.
Tempus enim breue est contentionum & fori,
Cuicunq; non victus intus annuus repositus est
Tempestiuus, quem terra fert Cereris munus,
Quo satiatus contentiones & litem poteris augere
De facultatibus alienis. Tibi autem non amplius iterum erit
Sic facere. At iterum dirimamus contentionem
Rectis iudicijs, quæ ex Ioue profecta sunt optima.
Nam nuper quidem hæreditatem diuisimus, verum tu multa
Rapiens auferebas, valdè demulcens reges
Doniuoros, qui hanc litem volunt dijudicare.
Stulti, neq; n. sciunt, quanto plus dimidium. s. sit toto,
Neq; quam in malua & asphodelo magna vtilitas.

VALLA.

Hæc mea dicta precor toto cape pectore Perse,
Nec te crebra foro speculantem iurgia vulgi,
Auocet à studijs, pugnandi inimica voluntas.
Nemo forum sequitur, quem non fouet annua messis,
Et benè clausa domi Cereris gratissima dona.
Hæc quærenda prius, dehinc si vacat i pete vulgus
Et fora, in alterius rebus certamina pone.
At non illud ages iterum Germane, quod olim
Ausus es infelix, litem hanc data iura resoluent.
Scis quondam inter nos patria est partita facultas,
At tu nil iusta multùm plus parte vereris
Tecum efferre rapax: corruptus munere iudex
Ille tuo est, sub quo toto hæc sententia pendet,

Igna-

Ignarus: non nouit enim, quàm dulcius, aut quàm
Sit melius toto medium, seu viuere malua
Vtilius, quantum vili seu viuere porro.

FRISIVS.

Ast immitte tuis hæc per se cordibus imis,
Ne mala sic placeat, nulla vt sit cura laborum,
Lis tibi, clamosas rixasq́; forumq; sequenti.
Ille etenim lites fugere, & contemnere debet,
Cui non plena domus, cui non sunt horrea plena
Maturi fructus, Cereris quem terra dat alma.
Huius si sat habes, age iurgia dira moueto
Ob res alterius: mecum facere amplius istud
Haud licet, at potius rursum causam experiamur
Iudicijs rectis, quæ vel Deus optima dicat.
Cum fieret nostræ sortis diuisio rapta
Plurima iudicibus sic corrumpendo dedisti
Doniuoris: hanc qui cupiunt discernere litem,
Stulti, quos latet vt toto sit dimidium plus,
Et quanta in molli malua, asphodeloq́; voluptas.

DISPOSITIO RHETORICA.

ᾠ Πέρσῃ) Poëta videns suum fratrem esse hominem, qui inprimis delectetur contentionibus & rixis in foro, adeo vt sibi, qui satis superq́; erat in diuisione paternæ hæreditatis circumuentus, non parcat, exorsus est à duplici genere contentionum, & ab illa occasione statim facit apostrophon ad fratrem Persam, in qua dehortatur eum ab illa altera contentione, videlicet, ne studeat malis artibus rem facere, & in foro rixari.

Additur

Additur ratio istius sui consilij, Quia ille non multum promouebit in foro litigando, cui non sunt nerui litium. h. e. qui non abundat pecunia, propterea quod rabulæ forenses acturi causam multum pecuniæ soleant à clientibus accipere, earumq; diuitias planè exhaurire. Est verò magna suauitas istius loci, vbi admonet Poëta, ne quis facilè litiget in foro, cum sequi lites nihil aliud sit, quàm aureo hamo piscari. Sententia dehortationis hæc est: Ergo cum malum & turpe contentionis genus est alterius incommodo sua comparare commoda, contentionem honestiorem amplectere frater, nec veniat tibi in mentem velle in foro rixari, & malis artibus rem facere. Infeliciter enim is versatur circa controuersias forenses & lites, cui singulis temporibus sui prouentus non adfuerint, quo ius suum persequi possit.

τῷ κεκορεσμένῳ) *Corrigit priorem sententiam suam per concessionem Ironicam, Quando domi suppetit victus & abundas pecunia, nec animus à malo proposito reuocari potest, age per me licebit litigare, quàm diu voles. Etsi autem fas non sit iterum contra me agere causam, de qua antea pronunciatum est, tamen si libet amplius mecum contendere, facias iusta ratione, Habes iudicem, cuius defensione poteris vti, noli me quæso defraudare, quemadmodum antea factum est, cum in diuisione hæreditatis me per pleonexiam quandam deceperis, corruptis scilicet iudicibus largitione.*

Post illam concessionem adijcit elegans epiphonema, quo subocculte indicat, Perfen plus consequi potuisse,

tuisse, si dimidio sortis paternæ citra fori lites & munerum largitionem fuisset contentus, quàm quod bonam communis hæreditatis portionem in corruptos iudices, quo suæ parti plus æquo fauerent, per stulticiam profundendo, tandem nihilominus hac spe frustratus dimidium patrimonij per latam sententiam recipere sit coactus. Epiphonema autem illud commendat nobis auream illam mediocritatem in genere, quam præstat in tota vita, omnibusq; actionibus, studijs ac consilijs obseruare. Q.d. Verum stolidi sunt mortales, quod per fas & nefas studeant parare diuitias, cum multo sit melius exiguas facultates honestè partas habere, quàm magnas opes scelere & fraudibus cumulari. Nam si quis modicis facultatibus iure partis scite & ratione quadam nititur, solet fieri, vt in paruis rebus & commodius viuat, & maiores inde fructus percipiat, quam plærique ex maximis opibus. Germanicum prouerbium est, quod D. Præceptor Philippus, piæ memoriæ, in priuatis & publicis lectionibus sæpius solebat recitare: In grossen wassern fehet man grosse fische/ In kleinen wassern aber fehet man gute fische.

EXPLICATIO TEXTVS.

Ὦ πέρση) Absoluta contentione honesta, incipit nunc Poëta describere pluribus verbis etiam turpem contentionem, & facit apostrophen ad fratrem suum, qua ipsum ab illa altera contentione dehortatur.

πῶ)

τεῷ) Doricum est pro σοῦ. Alij existimant τεῷ positum esse pro σῷ. ἐνικάτθεο) á verbo τιθημι, quod habet in ἀορ. β. Imperatiui modi θέσο, θοῦ, vel θέο, Iam adde ἐνι ☾ κ fit ἐνικατάθεο & poëticè ἐνικάτθεο, & altera præpositionum sublata potest construi hoc modo κάτθεο ἐνὶ θυμῷ. σὲ θυμὸν) Græcismus est. Dixit enim te animum, pro, tuum animum Q. d. hæc in tuo animo observa, illa memineris, quæ dixi, include hæc animo tuo. Virg. 1. Aen. Alta mente repone. Sic ait Homer. α. ἰλίαδ. συδ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι. H. e. Ergo memori mea pectore dicta reconde. κακόχαρτος) h. e. gaudens malis, aut qua, mali gaudent, aut, quæ est causa malorum, Aptißimo epitheto τὴν ἔριν ἐπιμωμητὴν vocat κακόχαρτον. Quia multi litigant in foro, non tam vt ipsi aliquid consequantur, quam vt alios vexent & molestent. Ita contentiosi alienis malis gaudent, nonnunquam & suis, cum ob libidinem suam ad implendam, vel omnia sua bona profundant, Deducitur autem á κακὸν malum, & χαίρω gaudeo. Minimè ociosa sunt epitheta apud Hesiodum & Homerum. Quare hunc nostrum maximè in nominibus occupatum esse scribit Fabius. ἐρύκοι) .i. auocet, auferat ab ἐρύκω .i. arceo, auoco. ἀῶ ἔργου) .i. auertat, aut cohibeat animum ab honesto labore, aut á rerum honestarum studio. Ingenium, vbi intenderis, valet, teste Salustio. Si quis igitur animum applicat ad malas artes, in ijs conatur excellere. ὀπιπτεύοντα) .i. circumspectantem, speculantem, aut obseruantem ab ὀπιπτεύω. Q. d. ad fratrem, Tu cogitas in foro fraude ditescere.

Alludit

Alludit procul dubio ad πλεονεξίαν contentioſorum, Sie lauren ſo lang bis ſie jhr vorteil erſehen einmal gelt zu erwerben mit vnrechter ſache. ὀπιπτεύειν, vmbgaffen/vmbſehen. ἀγορᾶς ἑπακοὴν). i. auditorem eorum, quæ in foro venalitio narrantur, vel ἀγορᾶς h. e. fori, vel in foro. Q. d. vitioſa & noxia contentio non abducat animum tuum ab honeſto ſtudio diteſcendi. Habet autem nomen ἀγορὰ plures ſignificationes. 1. Interdum enim ſignificat forum, vbi exercetur mercatus, ein marckt da man allerley verkaufft. 2. Aliquando curiam ſeu forum iudiciale, ein ort da man Gericht helt. 3. Sæpe multitudinem in vtrisq; congregatam. 4. Tum rumores & ſermones, qui in vtrisq; ſparguntur. 5. Abuſiuè verò poſtea quemlibet rumorem ſiue narrationem. 6. ἀγορὰ etiam dicitur omnis res in foro empta. 7. & numiſma, per quod emitur.

ὥρη γὰρ) Addit iam αἰτιολογίαν dehortationis, Quia illud conſilium tuum tibi non proderit, Cui deſunt nerui litium, non poteſt diu rixari in fore propter rabulas forenſes, qui litigantium crumenas interdum planè exhauriunt. Quod ſi legitur ὥρη ſine aſpiratione, quod ſignificat curam ſeu ſolicitudinem, ſenſus erit, Ille forum & litigium vitare debet, qui ſibi non eſt conſcius magnarum diuitiarum. Sed ſi legas ὥρη cum aſpiratione, vt ſignificet tempus & ſenſus tum erit, Ille lites diu ſuſtentare non poterit; cui non eſt bene inſtructa & opulenta domus. O quanti ſemper conſtitit comparere ante tribunal. Nil moror

artem

artem deglubendi rusticos in nostris aduocatis, seu dicam, rabulis, cum illa tam antiqua sit, profecta ad nos ab ætate Hesiodi. ὤρῃ) Ionico more pro ὥρα scribitur sine aspiratione. ὀλίγῃ) .i. pauca, infrequens. πέλεται) ἀ πέλομαι, quod idem est, quod εἰμὶ .i. sum, existo. Q. d. quibus non est instructa ampla res familiaris, vel amplum patrimonium, illis non conuenit litigare in foro, vel non est pauperis, sectari lites in foro. Quia ad eam rem opus est & ocio & sumptibus, iuxta dictum vulgare, Wer do schmieret / der füret. νεικέωντ' ἀγορέωντε) Duæ synizeses siue contractiones sunt in hoc versu. Prima ibi, κέωρ τ' ἀγο: vt, sit dactylus. Nam illud κέωρ pro vna syllaba scandi debet. Secunda ibi, ρέωντε, vt sit trochæus. Nam ρέωρ pro vna longa ponitur. ἀγορέων) Ionice, pro ἀγορῶν, ἀγορὴ significat orationem, & locum, vnde habetur oratio, & conuentum hominum, ad quos habetur oratio seu concio. Hinc est apud Cicer. lib. 3. Epist. Qui te forum iam Tarsi agere dicerent.

βίον) Non tantum significat vitam, sed etiam victum & viuendi rationem & facultates, quibus vita sustentatur, quæq; ad vitæ vsum pertinent. Hinc Lucianus viros inopes & egenos vocat ἄνδρας ἀβίους, Q. d. qui non habent, quod edant. Significat etiam artem, seu genus vitæ, vt cum dicitur, ille egit philosophicam vitam. Item mores, vt cum dicitur, χρηστὸς βίον ἔστ, bonos mores habet, er iſt eines guten wandels. Item suppellectilem & copias, vt cum dicimus, πολυὺς ἦν αὐτῷ ὁ βίος. h. e. homo fuit copiosus,

seu

seu, magnas opes habuit. Postremò alimenta, quæ ad vitam sustentandam pertinent, quemadmodum hoc loco positum intelligi debet. ἐπετανὸς) .i. continuus, durabilis, annuus, qui per totum tempus sufficiat, das vber das gantze jar weret. ab ἔτος .i. annus fit ἐτανὸς, ἐταυὸς, & per ectasin, ἠετανὸς. κατάκειται) .i. iacet, repositus est, à verbo κατάκειμαι. ὡραῖος) .i. tempestiuus. h.e. singulis temporibus anni repositus, quando opus habet pecunia, vel, qui non habet horrea plena maturis fructibus. In autumno reponuntur vina, In vere solent mella reponi, Alio tempore frumenta & farinæ. τὸν) Dixit pro οὗ. Est articulus præpositiuus pro postpositiuo, quod est vsitatißimum, præsertim in carminibus. Φέρει) .i. fert, producit. Δημήτερος ἀκτιὼ) Dixit quasi γυμήτερος. Appositio est, ἀκτιὼ à nominatiuo ἀκτὴ, quod idem est, quod βίος .i. victus, cibus, flos, robur. Δημήτης autem dicitur Ceres, quasi γημήτης. h.e. terræ mater, mutata γ in δ. Porrò ἀκτιὼ vocat Cererís, Quia Ceres primum inuenisse dicitur rationem agrorum colendorum. Nam homines antea vescebantur glandibus & plantis, id quod apparet ex Meta. Ouidij, cum ait, prima Ceres frugum &c. & Cicerone in 2. lib. de natura Deorum.

τῦ) pro τότυ. Articulus præpositiuus loco pronominis demonstratiui sæpe apud poëtas ponitur. κορεσσάμενος) .i. quo vtiq; dono & victu ex agricultura prouenient satiatus seu abundans. Q. d. quando sustinere potes sumptus, quos te facere oportet, cum es

litigaturus in foro, age per me non stabit, quo minus litiges, quamdiu voles. ἀ κορέομαι, vel κορέννυμι .i. saturo, & alterum σ additur extensione Ionica. Ironice autem ista dicuntur, Q. d. Weñ dich der rücke jucket / so magstu einen hader anfahen. Si tibi essent granaria plena fructibus, si marsupium tuum esset graue & plenum pecunia, & onerarent te nimium, tunc posses aliquod bellum incipere, quo minueretur tibi iste prouentus frugum, aut thesaurus pecuniæ, Sed non cum fratre debes litigare, nisi in opibus alienis, & tamen id non crebro facias. Necessitas enim, quæ durum telum est, sæpe cogit multos ad depellandam iniuriam. Verum crebro litigare in foro, vitiosum est.

κε ὀφέλοις) .i. Excitaueris, pro ὤφελε καὶ ἄυξε. h. e. excita atq; auge contentionem, ab ὀφέλλω .i. augeo. Q. d. poteris litigare, sed me non amplius defraudabis, vt antea. Quia iam habemus iudices, qui non patiuntur se muneribus corrumpi, vt iniustam sententiam ferant, sicut priores iudices fecerunt, quorum ope vtebaris in me defraudando, cum hæreditatem diuideremus. Δῆριν) .i. pugnam, iudicia, streit vnd kampff. Non est existimandum, Hesiodum hortari fratrem, vt fiat studiosus contentionis, sed tali sermone vtitur, quod sciebat, eum, qui operibus & agriculturæ vacabit, non amplius talia curaturum, alijs occupatum. κτήματ' ἐπ' ἀλλοτρίοις) Poëtæ etiam duas literas, vt hoc loco, elidunt Aeolice, & longas abbreuiant. κτήματα dicuntur bona & possessiones à verbo κτάομαι. h.e. acquiro & possideo. κτήματα etiam dicuntur mancipia. h. e. homines in bello capti

capti, & seruituti mancipati. Δεύτερον) .i. iterum, secundo, secunda vice, zum andern mal / vel, non licebit, aut secundum erit. Q.d. non licet amplius tibi mecum contendere, quemadmodum ante feciſti. Aduerbia ſcit autem hoc loco δεύτερον. ἔσαι) pro ἔσεται in Futuro, à verbo εἰμι. ὧδ' ἔρδειν) Apud Græcos ἔρδειν ſignificat facere & ſacrificare, perinde vt apud Latinos verbum facere ſignificat ſacrificare, vt, cum faciam vitula, apud Virgilium. Sententia huius loci eſt, Non licebit tibi amplius mecum litigare, vt antea à te factum eſt, qui non tantum fraudulenter abripuiſti tuam partem hæreditatis, ſed etiam meam decurtaſti, & litem mouiſti, Non amplius concedetur tibi, vt ſic facias.

Ἀλλ') Egregium eſt præceptum, quo monemur, vt lites dirimamus ſecundum leges ſcriptas. Διακρινώμεθα) .i. dirimamus, dijudicemus, vel priuatim componamus. Q.d. Si volueris amplius mecum litigare, facias, ſed tua opinione iam fruſtraberis. Quia omnes cauſæ ex certis legibus dijudicantur à iudicibus, penes quos iam eſt ſumma rerum. νεῖκος) .i. litem, contentionem. ἰθείαισι δίκῃσι) .i. iure recto, vel rectis legibus. Dixit Poëta ἰθείῃσι Ionice pro ἰθαῖς ab ἰθέα .i. recta, vera. ἅτ' ἐκ Διὸς ἔισιν ἄριστοι) .i. quæ ſunt optimæ ex Ioue. Q.d. dirimamus contentionem illo ipſo iure naturæ, quod diuinitus ſcriptum eſt in animis noſtris. Lex autem naturæ monet nos, quod nobis non fieri volumus, id alijs ne faciamus. Satius interdum etiam eſt per arbitros tranſigere litem, ſicut ſolent vicini aut cognati ſe interponere, & honeſtis conditionibus

litem componere. Quod Hesiodus Iouem fingit esse authorem et præsidem iudiciorum, voluit admonere leges, iudicia, & politicas ordinationes esse res bonas, quas DEVS condiderit, & conseruet inter homines, quarum vsus sit licitus. Deinde indicat magistratum timendum esse, non tanquam humanam potentiam, sed tanquam diuinam & insuperabilem potentiam. Magistratus autem vicißim cogitet, vitia punienda & recte facta approbanda esse. Huc allusit Homerus Iliad. α. cum ait: οἵτε θεμίσας πρὸς διὸς εἰρύαται. h. e. Qui Iouis aceptas sub numine leges, Iuraq; constituunt.

Studiosus lector referat huc ἐγκώμιον legum ciuilium, quod extat in prima oratione Demosthenis contra Aristogitonem, cum ait: πᾶς ἐστὶ νόμος, εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινὴ, καθ' ἣν πᾶσιν προσήκει ζῆν ἐν τῇ πόλει. H. e. Lex est inuentum & donum Deorum, decretum virorum sapientum, correctio delictorum consulto, vel inconsulto admissorum, vrbis commune pactum, secundum quod omnibus ciuibus conuenit viuere. Hanc definitionem legis sic explicauit in libro primo Dialectices D. PHILIPPVS Melanthon, dicens causam efficientem legis esse Deum, qui insculpserit rationi nostræ sententias certas de moribus, seu, quod vocant, ius naturæ, vnde leges omnes nascuntur. Proinde primum ait Demosthenes, legem esse inuentum Deorum. Neq; Legis vim habere debet, si quid constituitur, quod à naturali

turali iure dissentit, qualia sunt, patrem senem mactare. Item, Ne vxor marito superstes sit, quæ apud Barbaros fiunt. Item alia Milesiorum lex, Nemo nostrum frugi esto.

Deinde in quo subiecto sint leges, aut quibus inscripserit Deus, adijcit, cum ait, Decretum hominum sapientum, h.e. hoc diuinitus est acceptum, de quo inter sanos & prudentes conuenit. Nam Scythis etiam data est ratio, datum ius naturæ. Sed illi consuetudine deprauati, non animaduerterunt, nec cernunt diuinum donum. Postea finalem causam adijcit seu officium, lege corrigi delicta. Postremo partem causæ efficientis, vrbis commune pactum. Nam non statim omnis sententia de moribus lex est, sed illa, ad quam se populus astrinxit. Apud Athenienses multabatur, si quis viatorem de via interrogantem fefellisset, præclara & honesta lex fuit, sed nobis non est lex, Quia ad eam se nostra ciuitas non astrinxit. Apud Persas capitalis fuit ingratitudo, apud nos non est capitalis, quia magistratus nostri non constituerunt certam pœnam aduersus ingratos. Additur & particula de causa finali, secundum quam omnes viuere conuenit. Nisi enim legibus ex æquo teneantur potentes, & illi, qui propter exiguas opes iniuriæ obnoxij sunt, magni motus existunt in rebus publicis, vt Romæ bellum ciuile exarsit ex eo, quod Iulius contra leges petebat consulatum. Sit igitur legum vis, vt iuxta omnes teneant. Agisou) Deus enim est conditor, defensor, & conseruator legum ciuilium.

ἤδη μὲν) Iam commemorat Poëta etiam fratris iniuriam cum applicatione priorum præceptorum. κλῆρον) κλῆρος dicitur sors, hæreditas, patrimonium, inde κληρονομέω. h. e. hæres sum, hæreditatem adeo, & ἀποκληρόω) h. e. exhæredare. Hinc Monachi vocarunt se Cleros, quasi ipsi essent hæreditas domini. ἐδασάμεσθα) .i. diuisimus, á verbo δάζομαι. In ἄορ. α. medij ἐδασάμην, & postea alterum σ adiecit, vt syllaba produceretur. ἄλλα) plerag; exemplaria legunt. h. e. alia, sed videtur mihi legi etiam posse ἀλλὰ .i. sed. ἁρπάζων) ab ἁρπάζω .i. rapio. ἐφόρεις) à φορέω .i. aufero. πόλλα) .s. extra sortem tuam, vel, præter ea, quæ diuidebantur. Q. d. Tu ita intendisti litem, quæ nec tibi, nec mihi profuit, sed iudicibus vel marsupio iudicum & præconum, h. e. Causidicorum. ἐφώρεις) .i. abstuliſti alia, quæ ad te non pertinebant. κυδάινων) .i. demulcens, honore vel gloria afficiens, honorans, Du verkauffeſt jnen einen Fuchsſchwantz.

Δωροφάγος) Vocat hoc loco magistratus δωροφάγους, eò quod parum sapiant in administranda Repub. & opibus per fas & nefas cumulandis inhiant potius, quam communibus populi commodis. Nam δωροφάγοι propriè dicuntur iudices, corrupti muneribus, nummularij, sordidi, munera deglutientes, & se corrumpi patientes à δῶρον .i. munus & φάγειν .i. commedere, Die die leute vnd ſchaben/oder die ſich mit der gülden büchſſen laſſen ſchieſſen/ oder die ſich mit geſchencken laſſen beſtechen.

Quod

Quod autem munera ius expugnent, testantur vbiq; poëtæ, & præsertim fabula de Danaë. Audiui historiam sanè lepidam in publica concione à Reuerendo viro D. Martino Luthero, piæ memoriæ: Es ist auff eine zeit zu einem Juristen/der doch ein frommer vnd ehrlicher man / vnd nicht ein auffschieber des Rechtens gewesen ist/ein Schinder komen/vnd hat zu jm gesagt / Gott ehre das Handwerck Herr Doctor: Der Doctor wird gleich zornig / vnd antwortet jm also/ Wie bistu mit mir bekandt/oder/ wie bin ich deines Handwercks? Der Schinder antwort jm wider/Ich bin ein schinder der heute/jr aber seid ein schinder der leute/ darumb haben wir ein Handwerck. βασιλῆας) Singularum Rerumpub. iudices vocat reges, vt olim singularum ciuitatum Pastores, Episcopi nominabantur. Quod autem munera accipere in iudice sit periculosum, & si propter munera iudicium peruertat, impium sit, testatur sacra scriptura multis in locis, vt Exod. 23. Non accipias munera, quia excæcant videntes & peruertunt causas iustorum. Deut. 17. Non inflectes ius, nec personam acceptabis, nec accipies munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & peruertunt causas iustorum. Quod iustum est spectaberis, vt viuas & possideas terram, quam Dominus Deus tuus tibi dederit, Vide item Esa. 1. & 5. Mich. 3. Psalm. 26. 1. Reg. 8. 2. Paralip. 9. Cic. de legibus. Deum ne capiunto, neue danto, Quisquis earum rerum ingressit,

noxiæ pœna par esto. h.e. Du solt keine gabe nemen / auch keine geben: Der in diesem fall sündiget/vnd dis gebot vberschreitet/ sol am leibe gestraffet werden. Apud Græcos re et corpore multati sunt illi, qui se munerib. corrumpi passi sunt. Hinc δωροδικίαν vocarunt ipsum crimen & iudicium contra corruptos magistratus. A Reuerendo viro D. Iohanne Aepino hæc quæstio, vtrum præfectis iudiciorum liceat capere munera, satis copiosè explicata est in enarratione Psalmi XV. Qui non accipit munera super innocentem. ἐθέλουσι δικάσαι) .i. volunt dijudicasse. Græcis frequens vsus est ἀορίστων infinitiuorum, quando per ἵνα in subiunctiuum possunt conuerti, ἐθέλω γράψαι pro ἐθέλω ἵνα γράφῳ. Item, κελεύω δ' ἰδ' ἀσκῆσαι, pro, κελεύω ἵνα δ' ἰδ' ἄσκῃ.

νήπιοι) Addit iam egregium de mediocritate præceptum, quod in tota nostra vita est obseruandum. Monet enim dimidium, h.e. mediocritatem, plus esse toto .h.e. Superfluo. Est igitur Epiphonema superioris sententiæ, qua fratris iniurias ac rapinas reprehendit. Vide Cælium lib. 4. c. 8. Et Eras. in prouerb. Dimidium plus toto. νήπιος autem dicitur stultus & imprudens, & videtur deduci à particula priuatiua νὶ & ἔπος verbum, quasi ἄνευ τοῦ ἔπους absq; verbis, quasi qui adhuc fari nequeat. ἴσασι) ab ἴσημι. πάντες) πᾶν hoc loco significat πλεονεξίαν, luxum immoderatum, ἥμισυ verò τὴν ἰσότητα. Requirit igitur hic mediocritatem in omnibus rebus, & monet, vt simus contenti modico honestè parto. Claudianus, Contentus

tentus paruo ſpernebat munera regum. ὀνειαρ) q. d. quàm magnæ vtilitatis ſit iſta herba. ἐν μαλάκῃ) i. malua, (Pappeln) quæ nomen habet à μαλάκειν. h. e. mollire. Quia malua habet mirabilem naturam in molliendo. Veteres olim Malua vtebantur, in victu, in acetarijs, quemadmodum nos lactuca, braſsica, & ſimilibus herbis vtimur. Vide Dioſc. lib. 2. c. 109. Duo ſunt eius genera, hortenſis & ſylueſtris, quæ etiam duplex eſt, Minor, Genßpappel/Keßpappel/Haſenpappel. Maior, Koßpappel/floret Iunio & Iulio, Sententia autem huius loci eſt, Stulti ſunt homines, propterea quod ignorant, quàm magna vtilitas in minimis etiam rebus deprehendi queat. Lucretius lib. 5. Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parce æquo animo, neq; enim eſt vnquam penuria parui. Claudianus in Ruff. lib. 1. Viuitur exiguo melius, natura beatis omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit vti.

Ασφοδέλῳ) Aſphodelus Græcis, Latinis Albricus ſeu haſtula regia, Germanis Goldtwurtz/ſiue Heidniſch dicitur. Apud Theocritus Idyl. 7. inter ruſticanas herbas commemoratur. Dioſc. lib. 2. c. 159. Olim fuit conſuetudo (vt apparet ex commentarijs ſcriptis in Heſiodum) vt ex ſucco maluæ & aſphodeli mixto coqueretur quædam maſſa ſpiſſa, ita vt non poſſit corrumpi, computreſcere, & ſitum ducere. Illud coctum dixerunt ἄλιμον, & reponebant domi, vt ſi quando laborarent fame, aut facturi eſſent iter longinquum, & deſperarent de cibo & potu commederent de ipſo cocto, & ita non eſurirent. Theodorus enim dicit

cit ἄλιμον esse herbam, quæ gustantes esurire non patitur. Plutarchus in Symposio septem sapientum testatur ἄλιμα esse Pharmaca, quæ famem obrepere prohibeant. Et dicunt tantam fuisse vim in ista cocta massa, vt aliquis diu sustinere sitim & famem potuerit. Quia ita erat coctum, vt esset pro cibo & potu. Explicationem vberiorem huius Epiphonematis Aenigmatici, vide in Annotationibus D. Philippi publicè editis.

TEXTVS.

42. κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.
ῥηιδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο,
ὥστε σέ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχῃ καὶ ἀεργὸν ἐόντα.
αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνῷ κατάθεῖο,
ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο, καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.
ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε χολωσάμενος φρεσὶν ᾗσιν,
ὅτι μιν ἐξαπάτησε προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.
τῶνεκ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
κρύψε δὲ πῦρ. τὸ μὲν αὖθις ἐὺς πάις ἰαπετοιο
ἔκλεψ' ἀνθρώποισι Διὸς παρὰ μητιόεντος,
ἐν κοίλῳ νάρθηκι, λαθὼν Δία τερπικέραυνον.

VER-

VERSIO.

Occultantes enim habent Dij victum hominibus
Facilè enim vel vno die tantum posses laborare,
Vt tu per annum haberes satis etiamsi otiosus esses
Statim temonem quidem in fumo reposuisses,
Opera boum autem perijssent & mulorum laboriosorum.
Verum Iuppiter abscondidit iratus animo suo,
Quod ipsum decepit Prometheus versutus:
Ob eam causam sanè hominibus excogitauit dolores tristes.
Occultauit autem ignem, quem quidem egregius filius Iapeti
Furatus est hominibus à Ioue prudente
In caua ferula decipiens Iouem fulminantem.

VALLA.

Hos veterum victus occultauere superni,
Inq; polo retinent cœlestes, tempore quorum
Sat fuit vna dies tenui exercenda labore,
Vna quiescenti tibi dehinc alimenta parabat
Annua, tunc poteras temonis robora fumo
Exploranda dare, & nulli iuga curua premebant
Terga boum, nullum muli sensere laborem
Hos voluit faciles viuendi abscondere mores
Ira Iouis, cum se deceptum fraude Promethi
Sensit, & illius causa mortalibus auxit
Curarum moles, surreptumq; abdidit ignem
Reddidit hunc iterum terris, curuaq; latentem
Surripuit ferula cauto puer ille tonanti
Iapetionides, iacto qui fulmine gaudet.

FRISIVS.

Quippe occultarunt homini nunc numina victum,
At quondam tantum facilè vna luce parasses,
Vnde anno segnis potuisses viuere toto,
Continuo ad fumum licuisset ponere stiuam,
Ac tibi cessarent operæ mulúmq́; , boumq́;.
Abdidit at pater hæc iratus pectore secum
Imposuit quod ei versuta mente Prometheus,
Hinc generi humano mala tristia plurima struxit,
Primum occultauit sæuus mortalibus ignem,
Quem satus Iapeto rursum est furatus in vsum
Humanum, in ferula deportans clàm Iouis summa.

DISPOSITIO

ἡξύλαντες (priusquam præcepta de moribus tradat fratri Persæ, fabulam quandam commemorat, qua explicat causas, cur difficilius sit hoc tempore victum parare, quàm antea. Significat autem & istius mali & aliarum etiam ærumnarum in rebus humanis voluptatem causam & originem esse. Quia verò narratio, fusius est tractata, obseruari debet forma, quam secutus est poëta hoc loco, Primum exponit, quod olim facilè fuerit victum parare, nunc vero non itidem. Ratio additur, quia Iuppiter fuerit iratus Prometheo propter ignem furto sublatum è cœlo ac mortalibus redditum.

PARAPHRASIS.

Superi effecerunt, vt non tam facilè sit hoc tempore parare victum, quemadmodum antea, vbi paruo quidem negocio & vnius tantum diei labore quis laborando tam

do tam copiosum victum poterat acquirere, vt per integrum annum quamuis otiosus existens satis haberet, vnde viueret, facilè enim quis poterat temonem, quo ad culturam agrorum opus habebat, in fumo reponere. Præterea tam facilis erat ratio comparandi victus, vt planè boues & muli nullam aut exiguam operam conferrent ad colendos agros. Verum Iuppiter grauiter commotus, propterea quod à Prometheo circumuentus erat, abscondit modum, quo quis facilè consequeretur victum, & cupiens illum simili retaliare dolo, abdidit ignem, cuius plurimus est vsus in his terris, quem tamen Prometheus in caua ferula iterum suffuratus est Ioui.

EXPLICATIO

TEXTVS.

κρύψαντες ἔχουσι) h. e occultantes habent, pro eo quod est, postquam occultauerunt, abdiderunt, remouerunt, pro ἔκρυψαν, vel κεκρύφασιν, Attice. Græcismus enim est per participium Aoristi primi, & verbum ἔχω. Deducitur autem à κρύπτω .i. occulto, Inde dicuntur ἀπόκρυφα .i. occulta, quæ non licebat publicè in templo legere aut docere. Hesiodus hoc loco reddit rationem, cur hoc tempore sit difficilius parare victum, quam antea, nempe, quod Prometheus Ioui sit suffuratus ignem. Sacra autem scriptura testatur DEVM ideo minuxisse primis nostris parentibus laborem, quia transgressi sint præcepta DEI. Gen. 2. Et sicut dicit poëta de voluptate, quæ impediat homi-

homines, ne laborent & fungantur suo officio. Ita scriptura dicit de Peccato originali, tanquam radice & fonte omnium actualium peccatorum. βίον) Q. d. Dij remouerunt, atq; occultauerunt priorem illum simplicem victum, & iam molestijs ac laboribus inuoluerunt. ἀνθρώποισι) Sententia huius loci cohæret cum superioribus. Q. d. ô Persa, ne teras tempus versando in foro. Qui enim diuturnum victum non habent ex agricultura, illos non oportet otiari. Vbi autem victu ex terra elaborato propriam domum compleueris, tùm si tibi placuerit, alijs litem moueas. Dij enim abstruserunt victum, vt iam occultum illum, obuolutumq; magno labore homines comparare oporteat. Ita supra fuit illud epiphonema, Stulti mortales non intelligunt, quantum plus sit dimidium toto. Iam verò addit causam istius ignorantiæ, nempe, cæcam cupiditatem, quæ multos egerit præcipites. Quia curiositas inanis est mater errorum. Nos natura ita sumus comparati, vt erroribus facilè adblandiamur, & excogitemus varias rationes, quibus ornemus eos & defendamus. Locus igitur communis est de Cupiditate, qua homines sibi vltro accersunt varias calamitates & miserias.

ῥηιδίως γὰρ) Poëta procul dubio significat prauis hominum cupiditatibus difficiliorem factam esse rationem quærendi victus, quàm apud priscos & primos homines fuerit. Q. d. prisci non arabant, non seminabant, sed vnius diei labore potuerunt comparare victum, qui per anni totius spacium vitæ propagandæ suffecit. Deinde erant studiosi frugalitatis & malua &

aspho-

asphodelo contenti viuebant. Verum posteri homines ad voluptatem proni, nec quibuslibet contenti laboriosissimam sibi ipsis vitam compararunt, dum vndique neutri grata quærunt. Non enim intellexerunt vtilitatem, & commodum frugalitatis. κεν ἐργάσαιο) .i. parasses, posses laborare. Est ἀορ. α. ab ἐργάζομαι, Laborem autem hic intelligit non agriculturam, neq; aliam quampiam artem (quæ ambo nondum extiterunt) sed collectionem fructuum. ἐπ' ἤματι) .i. vno die, vel vnius diei labore. Iam describit felicitatem antiquæ vitæ. Similis locus est apud Claudianum & Virg. lib. 1. Georg. Haud facilem esse viam noluit &c. Ipsaq; tellus omnia liberius nullo poscente ferebat.

ὥστε ἔχειν) Græcismus est, pro, ὥς σοι ἔχοις. ὡς cum Infinitiuo construitur, sicut μὴ & πρὶν Græca consuetudine. Ita hic etiam, vt, te habere, pro, vt tu haberes. εἰς ἐνιαυτὸν) .i. in totum annum, ἐνιαυτὸς dicitur annus, quod in seipsum recurrat ab ἐνὶ καὶ αὐτὸς. Virgilius lib. 2. Georg. Atq; in se sua per vestigia voluitur annus. ἔοντα) Atticum est pro ὄντα. Vsus autem est distributione. ἄεργος) .i. ociosus, sine opere, ein Müssiggenger. Olim dicitur fuisse suauissima vita. Tunc enim dicuntur flumina fluere melle, lacte, vino, saccarum fertur distillasse ab arboribus, Terram sua sponte omnia protulisse copiosè. Postea autem homines in tanta copia & abundantia omnium rerum cœpissent insolescere, & petulantes fieri, tunc Iuppiter necessitate adductus omnia ista mutauit. Apparet autem in Hesiodo hæsisse doctrinam sanctorum patrum, qui vtitur hoc loco distributione. Primum enim

descri-

describit illam felicitatem, & antiquiorem victum, cum citra laborem prouenirent omnia.

κε καταθεῖο) .i. *Suspenderes, aut suspendere posses, aut reposuisses, á* κατ τίθημι. πηδάλεον) κατ χρησικῶς *dixit. Nam* πηδάλιον *proprie est clauus nauis. Hinc interpres Græcus dicit hanc esse sentētiam, statim in fumum proiecisti, aut cremasti, aut tanquam fumum & rem nihili seruasti. h.e. non opus erat te nauiculariam exercere, sicut hoc tempore. Verum* πηδάλιον *hic pro stiua ponitur, & stiua pro toto aratro. Nam á parte totum intelligitur, sic indicat primæ ætatis homines non arasse.* ὑπὲρ καπνοῦ) *solent rustici in nonnullis locis peracto opere instrumenta lignea collocare super fumosa laquearia, quo fumus ea corroboret & exploret, ne à vermibus subrodantur, sic in secundo libro infra poëta iubet, vt gubernaculum ratis sub hyemem ponatur ad fumum. Et Virgilius lib. 1. Geor. Et suspensa focis exploret robora fumus.* ἀπόλοιτο) *pro* ἀπώλλοντο .i. *perijssent, seu cessabant opera boum & mulorum, ab* ἀπώλλυμι. *Est autem Græca consuetudo obseruanda, cùm scilicet verbum plurale respondet nomini singulari.* ἡμιόνων) ἡμίονος *significat mulum, ein Maulesel. q. d. Semiasinus, ab* ἥμος *dimidius, &* ὄνος, *asinus. Nam mula est sterilis. Ergo ex mulo & asina nascitur mulus.* ταλασργῶν) .i. *laboriosorum, seu, qui sunt patientes laboris. De explicatione huius loci poterit Lector videre, quæ annotarit interpres Græcus.*

ἄλλα

ἀλλὰ Ζεὺς) Instituta narratione, cur hoc tempore sit difficilius parare victum, quàm antea, ordine iam recitat omnes circumstantias, & primum exponit causam, cur Iuppiter occultarit victum, Quia Prometheus ignem sit subfuratus, q. d. Quia vidit homines in tanta copia rerum insolescere & petulantes fieri. Igitur expediebat, vt adimeretur eis copia, vt discerent & colerent virtutem, cuius comes est labor. χολωσάμενος) .i. iratus, succensus. ἧσιν) pro οἷς ab ὅς, quod est suus. ὅτε) ἕκτασις syllabæ, & est geminatum, vt constaret versus. ἐξεπάτησε) .i. imposuit, decepit scil. in diuisione carnium in sacris ab ἐξαπατάω .i. decipio, propter carmen non habet augmentum, pro ἐξηπάτησε. Inde dicuntur ἀπατηλοὶ .i. defraudatores. προμηθεὺς) προμηθεὺς dicitur is, cui antequam res aggrediatur, suppetit consilium. Hinc προμηθεύεσθαι, quod significat τὸ προνοεῖσθαι. h. e. consilio imminentibus malis occurrere. Illo vero verbo vsus est Demosthen. in Oratione περὶ εἰρήνης, vbi dicit Athenienses προμηθεύεσθαι vel βουλεύεσθαι, vel μετὰ τὰ πράγματα. ἀγκυλομήτης) h. e. homo varius, callidus, astutus, versutus, der listige anschlege hat / ab ἄγκυλος, & μήτης, quod obliqua sint eius consilia & perplexa. ἄγκυλον enim significat curuum, quales sunt chelæ cancrorum.

τόνεκ) pro τοῦ ἕνεκα. ἐμήσατο) h. e. meditatus est, struxit, machinatus est, excogitauit, á verbo μήδομαι. μ. μήσομαι. ἀορ. α. verbi medij,

ἐμπεφάμλω, ο, ατο. κήδεα λυγρὰ) .i. tristes dolores seu curas vocat ab effectu, eò quod illi, qui dolent, plærunq; sunt tristes. κρύψε) ἄορ. α. pro ἔκρυψε abiecto augmento syllabico, à verbo κρύπτω. ϖάϊς) Diæresis pro ϖαῖς, sicut aulai pro aulæ. ἰαπετοῖο) Ionicum pro ἰαπέτου, h. e. Prometheus, Iapetus Titani filius fuisse dicitur, veteres eum pro Deo coluerunt: filios habuit 4. Promethea, Epimethea, Athlantum & Menezea. ἔκλεψε) ἄορ. α. á verbo κλέπτω, quod interdum significat furari, Interdum vero decipere & falsis rationibus circumuenire. μητιόεντ@) á μητιόεις, εντ@, .i. consultus. Nomina in όεις apud Græcos significant similitudinem vel copiam vel imitationem, sicut apud nos nomina in osus. λαθὼν) .i. fallens, vel, cum decepisset, á λανθάνω est ἄορ. 2. participium ἔλαθον. νάρθηκι) νάρθαξ fruticis genus est, latine ferula, nascitur in locis calidis vt in Hispania. Ignem ferulis optime seruari, autor est Plinius lib. 13. cap. 22. τερπικέραυνον) per μετάθεσιν pro τερπικέραυν@ quasi ὁ τρέπων @ κεραυνῶ vertens fulmine, Plinius scribit hanc ob causam Ioui fulmen assignari, quod inter Saturnum & Martem Iuppiter sit medius, quodq; contrariæ qualitates maximè in Ioue coëant, ex superiore videlicet Saturni circulo qualitas nimij frigoris, & ex Marte qualitas nimij caloris. Harum conflictu fulmen cum tonitru emitti veluti ex flagrante ligno carbo exilit cum crepitu propter earundem qualitatum pugnam. Apud Lucianum in Dialogo, qui inscribitur Prometheus seu Caucasius, inue-

nies

nies fabulam Promethei multis circumstantijs depictam, quem Poëtæ fingunt, eò, quod Iouem in distributione carnium decepisset. Deinde & homines formasset, postremo autem è cœlo ignem surreptum terris intulisset, à Ioue Caucaso alligatum, aquilamq; immissum, qui epar illius carpendo attereret. Ad crimina vero obiecta ordine respondisse promethea. πῦρ) h. e. ignem, h. e. veritatem, seu veram doctrinam. Totum illud figmentum de Prometheo est haud dubie quædam phantasia de creatione primi hominis, quam à sacris patribus acceperunt. Ignis significat mentem hominis, tanquam imaginem diuinam, quæ esset perfecta, & integra, si non esset corrupta priorum parentum lapsu.

TEXTVS.

Τόν τε χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα ζεὺς
Ιαπετιονίδη πάντων περὶ μήδεα εἰδὼς,
χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας,
σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι.
τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν, ᾧ κεν ἅπαντες
τέρπονται κατὰ θυμὸν, ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.

ὡς ἔφατ', ἐκ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶντε θεῶντε
ἥφαιστον δ' ἐκέλευσε περικλυτὸν, ὅττι, τάχιστα
γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν
καὶ σθένος, ἀθανάτης δὲ θεῆς εἰς ὦπα ἐΐσκειν
παρθενικαῖς, καλὸν αἶδος ἐπήρατον, αὐτὰρ ἀθήνην
ἔργα διδασκήσαι πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίναιν,
καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσῆν Αφροδίτην,
καὶ πόθον ἀργαλέον, καὶ γυιοπόνους μελεδῶνας.
Εν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
ἑρμείην ἤνωγε διάκτορον ἀργειφόντην.
ὣς ἔφατ', οἱ δ' ἀπίθοντο Διῒ κρονίωνι ἄνακτι.
αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς ἀμφιγυήεις
Γαρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον, κρονίδεω διὰ βουλὰς,
ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη.
Αμφὶ δὲ οἱ χαριτές τε θεαὶ καὶ πότνια πειθὼ
ὁρμούς χρυσείους ἔθεσαν χροΐ, ἀμφὶ δὲ τήνγε
ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
πάντα δὲ οἱ χροΐ κοσμὸν ἐφήρμοσε παλλὰς ἀθήνη.
ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος ἀργαιφόντης
ψεύδε-

Ψεύδεά θ' αἱμυλίας τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
τεῦξε, Διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου· ἐκ δ' ἄρα φωνὴν
θῆκε θεῶν κήρυξ, ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα
Πανδώρην, ὅτι πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῆσιν.

VERSIO.

Hunc q; iratus allocutus est nubicoga Iuppiter,
Iapeti fili super omnes consilia .i. sciens qui omnes in consilijs superas,
Gaudes quod ignem furatus es, quodq; animum meum decepisti?
Tibi ipsi magnum malum .i. erit & hominibus posteris.
Illis autem pro igne dabo malum, quo omnes
Delectentur animo, proprium malum amantes.
Sic dixit, subrisit autem pater hominumq; Deûmq;
Vulcanum iussit inclytum, quàm celerrimè
Terram aqua miscere, hominisq; imponere vocem,
Et robur, immortalibus autem deabus facie assimilare
Virginibus, pulchra specie, peramabili, verum Mineruam .s. iussit
Opera docere, ingeniosam telam texere,
Et gratiam circumfundere capiti auream Venerem .s. iussit
Et desyderium molestũ, & depascentes membra curas

Præterea in ipsam imaginem ponere caninam mentem & fraudulentos mores
Mercurium iussit internuncium Argicidam.
Sic dixit ſ. Iuppiter. Illi vero obtemperarunt Iouis Saturnio regi.
Statim autem ex terra finxit inclytus Vulcanus
Virgine castæ similem ſ. effigiem, ſecundum Iouis voluntatem,
Cinxit autem & ornauit Dea cerulea oculis Minerua.
Gratiæ vero Deæ & veneranda ſuadela,
Monilia aurea circumdederunt corpori eius, Hanc autem
Horæ pulchricomæ coronarunt floribus vernis
Omnem porro eius corpori ornatum adoptauit Minerua,
In eius autem pectoribus internuncius Argicida
Mendacia, blandoſq; ſermones, & fraudulentum ingenium
Fabricauit, Iouis voluntate grauiter tonantis. Imposuit autem nomen
Prece Deorum, ac nominauit hanc mulierem
Pandoram, quod omnes cœleſtes domos habitantes
Donum contulerunt, malum hominibus curioſis.

VALLA.

Luſit fraude ſua, ſubitam tamen arſit in iram,
Hæc puer effatus nubis collector aquoſæ
Iapetionide, cuius prudentia cunctos
Conſilio excellit, magnum ſpreuiſſe tonantem
Arte tua, gaudeſq; dato mortalibus igne,
Heu nociture tibi generi nociture futuro,
Tale mali genus excutiam quo pectore toto

Exultent

Exultent homines, cupidi sua damna ministrent.
Subrisit fatis Diuûm pater, atq; hominum Rex
Vulcanum aspiciens, atq; illi talia mandat.
Vade celer speciem è terra, mixtoq; liquore
Confice mortalem, cui vocem & robora iunge,
Sitq; ea virgineæ cœlestis imago puellæ
Quam sibi quisque velit, Dea quam doctissima Pallas
Instruat & varias percurrere pectine telas,
Adiiciat capiti facilem Venus aurea formam,
Curet vt assidua stimulata cupidine corpus,
Fallacemq; addat mentem, & fallacia verba
Interpres superum victor Cyllenius Argi.
Dixerat, imperio Iouis annuit æqua voluntas
Cœlicolum, extemplo fingit Vulcane puellam
Virginis ora Deæ similem, quam glauca Minerua
Cinxit, & ex omni fulgentem parte poliuit.
Hinc etiam charites, etiam celeberrima Pitho
Aurea candenti posuere monilia collo,
Effusæq; comas ori de flore coronam
Vernali tribuere Deæ, tamen Attica Pallas
Illam præcipue formæ decorauit honore.
Et superum interpres victor Cyllenius Argi,
Fallacem attribuit mentem & fallacia verba,
Sic pater altitonans diuino iusserat ore,
Quandoquidem dederat sua munera quisq; Deorum,
Mercurius merito pandoram nomine dixit,
Exitiale malum mortalibus, & fera pestis,

FRISIVS.

At pater offensus verbis est talibus vsus:
Qui superas cunctos ô calliditate prometheu,
Ob me deceptum ac sublatum lætus es ignem,
Sed dolor hinc ingens tibi erit, cunctisq; futuris,

His dabo namq; malum, mihi quod furatus es ignem
Ob quod gaudebunt cuncti, propriũ malum amantes.
Sic dixit, risitq; parens hominumq; Deumq;,
Vulcanoq; iubet, properanter fingeret vdo
E limo plasma, huic vires hominisq; loquelam
Inderet, ac vultu cœlestibus assimilaret
Virginibus, forma effingens pulchra: inde Minervã
Cum textura alias artes quoq; tradere mandat,
Et Venerem capiti speciosum adhibere decorem,
Atq; comes desiderium, curasq; voraces:
Addere fallaces mores, mentemq; caninam
Mercurium iussit, tibi qui caput abscidit Argo.
Dixit, & implebat patris omnes iussa volentes,
Extemplo è terra primus pede claudus vtroq;
Mulciber effinxit diuæ simile omnia plasma,
At cinxit varieq; ornauit cæsia Pallas,
Vndiq; per totum charites, suadelaq; corpus
Contecta ex auro posuere monilia fuluo
Pulchricomæ vernis cinxerunt floribus Horæ,
Aptauit reliquum mundum Tritonia Pallas,
Instruxit pectus Maia genitrice creatus,
Vafriciam imponens, mendacia verba, dolosos
Mores: consilium Iouis hoc erat, indidit idem
Præco Deum nomen mulieri, nomine recto
Pandoram appellans, illam quod quisq; Deorum
Dono donarat, quod non hominum fuit ex re.

DISPOSITIO.

ἰαπετιονίδην) Oratio Iouis ad Promethea est expostulatio propter sublatum ignem, in qua minatur Promotheo, eiusq; posteris maximum malum. Est autem sententia, Triumphas quidem gaudio, quod mihi subripue-

subripueris ignem, ac mortalibus restitueris, vt qui astutus es, Verum, vt experiaris olim, quemnam deceperis, effectum dabo, vt tu, omnesq; posteri maximis malis premantur. Pro isto enim igne mihi furtim subrepto donabo illis eiusmodi malum, quo omnes delectabuntur, etiamsi omnis generis mala secum trahat. Latenter significat poëta, quod mens humana adeo stulta ac cæca est, vt etiamsi sentiat malum, tamen illo non possit non capi, Iuxta illud Medeæ, Video meliora, proboq;, Deteriora sequor. Deinde voluptas, quam hoc loco per Pandoram significabit, ita in animos hominum irrepit, ita in speciem blanditur nobis, vt nos ab honestate, & à reliquis virtutibus auocet, & postea eam comes subsequatur mœror, id quod nemo facile intelligere potest. Ita THEOCRITVS confingit, quod Cupido non finem fecerit prius suffurandi mella ex alueole & voluptatem suam edendo melle explendi, quàm tandem pingatur ab apibus, atq; ita afflictus discedere cogatur. Quo significat poëta voluptatem suis illecebris nos sollicitare, ac imescare, nos varijs modis titillare, vt nil nisi mel in ea appareat, sed sub hoc melle venenum & dolores non paucos nec modicos tandem subesse, nihilq; esse in ea constans & perpetuum, tum nos fallere maxime, cum minime omnium falsurum esse confidamus.

ἄφαυσον) Obseruanda est series narrationis. Supra enim finxit, quomodo Prometheus Ioui furtim subripuerit ignem, Nunc vero addit, quomodo Iuppiter, vt qui vlturus erat grauissime iniuriam illatam,

Vulcano dederit negocium, vt è luto puellæ simulachrum artificiosissime fingat. Id simul atq; factum est, singulos Deos, Deasq; commonefacit, vt suas quisq; dotes in Pandoram conferant. Mercurius igitur infudit mentem subdolam & fraudulentam, Venus pulchritudinem & venustatem, Minerua texturam .s. Quod autem singuli Dij aliquid operis in Pandoram contulerint, vult poëta significare voluptatem varijs modis & pedetentim titillare.

PARAPHRASIS.

Postquam Iuppiter eiusmodi habuisset orationem ad Promethea, inunxit Vulcano, vt quàm celerrime terra mixta cum aqua fingeret effigium, cui adderet vocem humanam & robur, tamq; pulchram speciem, vt Deabus non dissimilis appareret. Minerua vero eam doceret artificiosissimam texturam, variasq; dotes ingenij tribueret, Venus tanta pulchritudine ornaret, vt omnibus sit gratiosa, ab omnibus vehementissime ametur, omnes deniq; in eam insaniam rapiat, vt curis conficiantur præ desiderio istius potiundæ. Præterea Mercurius, vt qui callidus est & ingeniosus, adderet isti imagini caninam mentem & fraudem, quo omnes illos, qui voluptatibus cooperti & obruti sunt, nihil pudeat, Huic mandato obsecuti sunt omnes. Vulcanus autem, vt satisfaceret voluntati Iouis, statim ex terra finxit imaginem castæ virgini admodum similem. Minerua vero varijs modis eam cinxit & ornauit.

nauit. Deinde tres charites vnà cum veneranda fuadela ornarunt eius collum aureis monilibus, vt eò facilius omnibus hominibus voluptas persuadeat. Horæ Deæ temporum circumdederunt eam coronis verno tempore connexis. Mercurius deniq; ex consilio Iouis indidit isti imagini mendacia, suauitatem sermonis, & fraudem, vt homines facillime decepti illecebris voluptatis eam sequerentur. Quia omnes Dij, Deæq; contulerunt aliquid in illam imaginem merito est vocata PANDORA.

EXPLICATIO TEXTVS.

προσέφη) ἀ πρὸς ηχὴ φημὶ .i. dico. νεφελη-γερέτα) Aeolicum est pro νεφελη-γερέτης, ἀ νεφέλη .i. nubes, & ἠγείρω .i. congrego excito Q. d. nubicoga, nubium congregator. Quia poëtæ tribuunt Iouì nubes & fulmina, & similia. Ιαπετιονίδη) causa, cur Iuppiter iratus miserit in terras Pandoram. Ιαπετιονίδη) .i. fili Iapeti, sunt verba Iouis ad Promethea. Ab ἰάπετος, patronimicum Ionicum fit ἰαπετίων, à cuius genitiuo ἰαπετίωνος, per systolen ἰαπετίονος, Aliud commune fingitur ἰαπετιονίδης. Verisimile autem est Iapetum, de quo loquuntur poëtæ & historici, esse IAPHET filium Nohæ & patrem Græcorum, cuius fit mentio in sacris literis. πάντων πρόσθι) πρόσθι significat excellentiam & est metathesis, πρὸ, πρόσθι, πάντων, Quia præpositio est transposita.

ſpoſita. εἰδῶς) .i. qui ſcis, ab εἴδω. Quia ſolus Prometheus abſtulit ignem. χαίρεις) Alij legunt χάροις .i. gaudeas, ſed eadem eſt ſententia: εἰδῶς pro εἰδηκώς per ſyncopen participium præteriti actiui, & medij ſæpe pro præſenti ponuntur. κλέψας) .i. quod furatus es. Eſt participium ἄορ. α. ἀ κλέπτω. ὑπεροπεύσας) .i. poſtquam me decepiſti, participium eſt ἄορ. α ab ὑποδροπεύω .i. decipio, das einer ein ding vberſicht. Significat enim proprie aliquem ſic defraudare, vt aliquis deerret, ne ſentiat. Inde ὑπερο-πεύτης, h. e. homo doloſus & fraudulentus.

σοί τ' αὐτῷ) Q. d. tibi ipſi furatus es malum & calamitatem. πῆμα) Q. d. Tu tibi ipſi creaſti malum. Vide prouerb. Malum conſilium conſultori peßimum. vntrew ſchleget gerne jhren eignen Herren. ἐσομένοισι) .i. poſteris, vel, viris futuris, vel, toti poſteritati, toti humano generi, ab εἰμί, ἔσομαι, ἐσόμενος, & σ eſt geminatum. Q. d. In eos omnes redundabit iſtud malum, vel illa calamitas. ὤκεν) Qui ſcrutantur inconceſſa, quærunt calamitates. τέρπονται) Enallage temporis, pro, delectabuntur. ἀ τέρπομαι. Q. d. Nos videmus voluptatem eſſe malam, nihilotamen minus illi obſequimur contra rectam rationem. Illa, quæ ſequuntur, ſunt proverbialia. Quia homines plærunq; rapiuntur ad propriũm exitium. κακὸν) .i. malum, calamitatem, miſeriam. ἀμφαγαπῶντες) ἀμφαγαπάω, vehementer, nimium amo, & quaſi ambabus manibus complector præ amore. Contractum eſt pro ἀμφαγαπάοντες

πάοντες ab ἀγαπάω. Inde ἀγαπάων & per contractionem ἀγαπῶν, Omnes errore tenemur, atq; eo delectamur. ἔσν κακὸν) Omnes videmus, quam noxia sit voluptas & tamen eam amplectimur. κακὸν hîc significat calamitatem, miseriam, & crucem. Allegoriam istius loci vide apud Interpretem Græcum.

ἐκ ἐγέλασε) pro δίς ἐγέλασε, ἀορ. α. ab ἐκγελάω. δὲ est interpositа, vt, septemq; triones. Notat autem poëta naturam voluptatum, quæ hominibus solent adblandiri. Dicunt etiam, Sardonium fuisse risum, quem riserit Iuppiter. h. e. qui ex indignatione quadam prouenerit, Vide Eras: in prouerb. Risus Sardonius. ὕφασον) Hactenus tractauit poëta primam partem narrationis, quæ sit scilicet causa, quod victus hoc tempore difficilius queratur, quàm antea sit factum, nempe, praua cupiditas & petulantia hominum, quibus inde obortæ sunt infinitæ calamitates. Hoc notatur ipso figmento, quod Deus illam copiam & abundantiam omnium rerum absconderit & sustulerit. Deinde obseruanda est in primis fabula de prometheo, quæ est allegoria, imò certa historia, quod Prometheus omnium primus commonstrauerit hominibus illud beneficium, vt etsi ignis perijsset, tamen posset restitui & recuperari, videlicet, per excussionem ex silice. Item, omnium primus mactauit bouem in honorem Deorum, Plin. lib. 7. cap. 57. de inuentoribus rerum testatur, Promethea multarum vtilium rerum scientiam ostendisse hominibus.

Iam sequitur congeries de formatione Pandoræ, quæ

quæ reddit rationem vberiorem, dum quid singuli D
in ipsam contulerint, explicatur, & significat poe
varia voluptatum esse genera. primi igitur loci fa
allegoria, quod quando homines in ocio agunt, &
omnibus rebus abundant, tunc fiunt petulantes & ne
gligentes, quam petulantiam deinde comitatur curio
sitas inconcessa rimandi vel scrutandi. Postea, quando
inconcessa scrutamur, tunc amittimus vera & neces
saria, h. e. veritatem. Hoc est, quod Iuppiter sustulit
ignem, quem iterum recuperat Prometheus. Quia ipse
ostendit & tradidit hominibus multarum rerum bo
narum & vtilium scientiam. Mittit igitur Iuppiter
Pandoram, quæ nihil aliud significat, quam obiecta
cupiditatum, inter quæ præcipuum est qualiscunq; vo
luptas corporis. Ergo Pandora est composita ex varijs
dotibus, quibus significatur varietas obiectorum, quæ
mouent cupiditates hominum varias. Alius enim im
modorate appetit opes, quæ cupiditas est ei deinde exi
tio, sicut Crasso amor auri exitio fuit. Alius immodera
te appetit imperium & illa ipsa cupiditas præcipitat
eum in extremam perniciem, vt C. Cæsarem. Alium
euertit amor puellarum, vt Leandrum & Otthonem
tertium, virum præstantem. Cum enim adhuc esset in
flore ætatis interfecit eum mulier, quam amauit. Alio
os aliud genus calamitatum tollit è medio, vt Alexan
drum Magnum viri amor, & libido euertit.

Absoluto primo loco narrationis additur distri
butio, quomodo quatuor Dij, Vulcanus, Pallas, Ve
nus, & Mercurius elaborarint in formanda Pandora.

Acces

Accedunt deinde etiam Horæ, & hæc quinq; in vno quolibet opere perficiendo requiruntur. VVLCANVS præest operibus manuarijs, ad quæ absoluenda requiritur, ein gute/ geübete/ fertige vnnd thetige hand / manus docta & erudita. Deinde oportet accedere intellectum & scientiam, quam denotat Pallas, præterea etiamsi manus sit expedita, & adsit scientia, tamen etiam addenda est gratia & venustas, sicut videmus in picturis, quæ nonnunquam sunt egregiæ & bono ordine dispositæ, Sed tamen deest illis venustas & gratia, Igitur oportet etiam accedere Venerem. Insuper accedat necesse est Mercurius aliquis, h. e. eloquens homo, & orator, qui ornet & commẽndet opus splendidis & ornatis verbis. Tandem accedant etiam Horæ. h. e. illud opus sit tempestiuum & opportunum, & fiat opportuno tempore. Nam etsi cantilena quædam sit suauis, tamen ingrata est, si non tempore opportune canatur. Hæc quinq; igitur ad vnumquodq; opus requiruntur. Quare poëta in formatione Pandoræ hæc quinque descripsit, 1. operam Vulcani, h. e. manum expeditam. 2. Ingenij vim. 3. venustatem & gratiam. 4. linguam, quæ posit illud opus ornare & 5. Horas, h. e. tempus & opportunitatem temporis, Q. d. illud opus sit tempestiuum.

ἐκέλευσε) ἀόρ. α. ἀ κελεύω. Q. d. iussit eum fingere quandam effigiem, robur & vocem inspirare. Ὅτι eandem vim habet apud Græcos, quam habet apud Latinos, quam. γαῖαν) .s. effigiem ex terra. ὕδωρ)

Datiuus

Datiuus est pro ὕδατι ab τὸ ὕδος, εος, ὕδει. Qui enim desinunt in ας, vertuntur Aeolice in ος, Ita ὕδας fit ὕδος, vnde postea per declinationem illud ὕδει. περικλυτὸς) .i. vndiq; clarus & celebris artifex, á περὶ & κλύω .i. audio, περικλυτὸν interpres vertit ἐξάκουστον .i. qui auditur. Differunt autem κλειτὸς .i. gloriosus & κλυτὸς .i. clarus, de quo multum auditur. Nam κλειτὸς quidem semper est etiam κλυτὸς, non autem ècontra. Clarum enim aliquem etiam in malis inuenire licet, Nunquam autem talis est is, qui κλειτὸς appellatur. φύρειν) .i. miscere perturbare, wie man einen Brey menget. Inde φυράτης, qui omnia perturbat. Ita Cicero lib. 7. Epist. 1. ad Atticum vocat Cæsarem φυράτην, quod omnia mira calliditate perturbet, ac misceat in Repub. Ita φύραμα significat aliquid mixtum, einen Deig. Sic hîc dicitur massa ex aqua & terra. Illa vox est apud Paulum 1. Corinth. 15. vbi ait, οὐκ οἴδατε, ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζημοῖ, h. e. An nescitis, quod paululum fermenti totam massam farinæ fermentat? ἐν θέμεν) .i. imponere & immittere illi glebæ. θέμεν pro θῆναι. Ionicus infinitiuus ἀορ. θέμεναι. αὐδὴν) Q. d. Iußit ex terra & aqua inter se mixta fingi hominis imaginem, & illi addere vocem humanam. σθένος) .i. robur, vires. Αθανάτης δε θεῆς) pro ἀδανάταις δὲ θεαῖς, Q. d. vt redderet talem imaginem, quæ similis esset deabus. εἴσκειν) .i. similem reddere, aßimilare, gleich vnd ehnlich machen. εἰς ὦπα) .i. in aspectum.

aſpectum, h. e. aſpectu, vultu, facie. καλὸν εἶδος) Græci multa epitheta apponunt vni ſubſtantiuo ſine connexu. Eſt autem hîc repetendus infinitiuus, ἐνθέμεν. Q. d. iußit, vt imponeret pulchram & amabilem formam. καλὸν) ſynecdoche Græca eſt, κατὰ καλὸν .i. ſecundum vel iuxta pulchram & amabilem formam. Vſitatum autem eſt Græcis duo epitheta vni nomini ſubſtantiuo addere, quod non ſolent facere latini, aut raro, vt in carmine. ἐπήρατος) idem quod ἐπέρασος nomen eſt verbale ab ἔραμαι .i. amo, & hîc eſt medium.

αὐτὰρ ἀθήνῃ) Quia muliebria officia attribuunt Mineruæ. δαιδάσσασθαι) Poëticum eſt, δαιδάσσειν, pro quo Attici δαιδάσκω vtuntur, pro δαιδάξειν, quaſi thema eſſet δαιδάσκω. ποικιλοδαίδαλον) .i. ingenioſum, aſtutum, variatum, ſicut teſtatur Ouid. Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis. ὑφαίνειν) .i. texere, Inde ὕφασμα .i. opus textum, ſiue texile. δαιδάλλω .i. vario. Inde δαίδαλον .i. varie pictum, & multiuarium. Illa ſunt opera Mineruæ texere, nere, & conficere veſtes. Αφροδίτην) .i. deinde iußit Venerem. χρυσῆν) vocat Venerem auream, quia amores conciliantur pecunia. Hunc locum egregio carmine tractauit quondam iuuenis Georgius Sabinus:

Heſiodus pulchre quod ſit Venus aurea luſit,
Et per eam ſiquid rectius eſſe poteſt,
Nunc auro ſolo quia conciliantur amores
Vtq; puto à turpi eſt fœnore dicta Venus.

Senserat hic magnus siquidem Saturnius olim
Cum Deus humano captus amore fuit,
Atq; per impluuium tecti delapsus, auaros
Impleuit Danaês virginis hymbre sinus
Huius ad exemplum quoq; nunc dum munera mittit
Tantisper Dominæ, gratus amator erit.
At nihil attulerit cum pauper, sæpe recluſas
Est opus infœlix excubet ante fores.

ἀμφιχέαι) .i. circumfundere. Infinitiuus ἀόρ. & poëticus á χεύω ἔχεῦσα. Poëtæ abijciunt σ, & additur iota. κεφαλῇ) .i. capiti huius mulieris. χάριν) .i. gratiam, venuſtatem. ὠόθον ἀργαλέον) .i. tale deſyderium, quod noceat hominibus, & tamen ab omnibus ametur vehementer, id quod apparet ex voluptate, quæ mirum in modum obſit & tamen expetatur. Lutherus vocat ein narren kappen, quàm Deus impoſuit illis, qui ambiunt puellas. γυοκόρους μελεδώνας) Epitheton curarum eſt. Quod ſi legatur γυοκόνυς, ſignificat fatigantes membra παρὰ τὸ κοινῶ τὸ ἀγωνιῶ ἤγουν ἐπείγομαι. Alij γυοκόρυς, h. e. ad ſatietatem vſq; arrodentes membra, depaſtinantes membra & voraces curas, γύον ſignificat membrum, inde, verbum γυόω membra frango, & Epitheton Vulcani, ἀμφιγυήεις .i. vtrinq; membra fractus, h. e. vtrinq; claudus, á κορέω .i. corrumpo, tabefácio, rodo, abſumo. Quia corpora curis quaſi Phtiſi quadam abſumuntur. Legitur & γυοτόνυς in quodam Epigrammate. h. e. membra penetrantes.

Quod

Quod autem Poëta dicit curas collatas esse à Venere, significat non tantum amorem esse plenum angorum & sollicitudinum, sed & tristem esse finem voluptatum.

ἤνωγε) præteritum perfectum medium à νωγέω iubeo vel ab ἀναγῶ .i. iubeo. ἑρμείην) Mercurius versiegelt es/vnd machet die wahre gut/ vnd commendirt sie/ das sie kaufft sey/applicat, vt placeat mundo, denn das klappern gehöret auch darzu. Vide Prouerb. Communis Mercurius. διάκτορον) Mercurius fuit internuncius Deorum, id quod refertur ad motum, quod celerrime currat, vel ad dolos, quibus interdum est vtendum in Repub. Nam vulgus non posset regi, nisi nonnunquam vteremur fraude. Ideo tribuit hîc Mercurius Pandoræ fraudem. Mercurium, quem προφορικὸν λόγον esse putant, sic cognominatum tradit Ceporinus, Quia sermo explicat τὰ τῆς ψυχῆς ⊂ τοῦ νοῦ ἐνθυμήματα. h. e. animi, mentisq; cogitationes. ἀργαιφόντην) Argus potest referri ad vim Eloquentiæ. Quia eloquentia ducit homines, quò vult, ad inferos ducit & ab inferis reducit, facit vt cæcent, & rursum lumen ingenij illis restituatur, Vide Ouid. 1. Meta. vbi Sabinus Argi fabulam, si referatur ad mores, interpretatur & docet neminem esse tam oculatum, cui à Mercurio. h.e. ab homine versuto & eloquente imponi nequeat. Mercurius enim olim habebatur pro Deo eloquentiæ & versutiæ, cuius alata talaria significant & velocem ipsius motum. Quia omnium planetarum velocißimè

mouetur & volubilitatem linguæ, quæ in Oratore commendatur. Virga item significat vim eloquentiæ, qua alliciuntur & impelluntur hominum mentes. Tegumen capitis simulationem, quam fronte ac vultu sustinent homines versuti ad legendas orationis fallacias, oportet enim fallacem in dicendo tectum & cautum esse, ἄλλως. ἀργεφόντης *est epitheton Mercurij, vel quod Argum occiderit, vel quia* ὀφιονοκτόνος *fuerit. h. e. serpentis necator, quem vocant aliqui* ἄργω, *vel quasi* ἀργὴς ἀπὸ τοῦ φονεύειν *purus ab occidendo, pacificus enim Deus Mercurius.*

ἐνθέμεν) *.i. immittere, imponere.* κύνεον νόον) *.i. caninam mentem. Intelligit autem caninam. h. e. extremam impudentiam, qua omnes sunt cooperti, qui sectantur potius voluptatem, quam honestatem. Talem impudentiam Achilles quoq; tribuit Agamemnoni apud Homerum lib. 4. Iliad. cum ait,* κυνὸς ὄμματα ἔχων. *Poëta igitur hoc loco vult indicare, eum oportere insigniter esse impudentem & mendacem, qui vult commendari & charus esse in mundo,* **Er muß** *sein* **ſtarck darzu liegen können.** *Hinc dicitur homo canimus, qui est perfrictæ frontis & valde impudens, Vide libellum de Anima Phil. Mel. vbi disputat canum naturam esse cholericam.* ἐπίκλοπον ἦθος) *.i. morem seu ingenium subdolum, fraudulentum, furtiuum. Deducitur enim à* κλοπέω *.i. furor, Q. d. vt Pandora esset apta ad decipiendum. Quia voluptas maxime imponit hominibus,* **Ein Menſch muß verſchlagen darzu ſein.** *Mundus enim maxime*

delectatur

delectatur his artificijs, impudentia & mente subdola, vafra & instructa malis artibus ad fallendum. Hæc autem duo præcipue dominantur in mundo, & hæc est sola sapientia mundi, quam sequuntur infinitæ calamitates in hac vita. Theocritus dicit malam mentem fundere dulcia verba. h. e. non idem sentire, quod sonent. Quare autem Mercurius διάκτορος & ἀγγειφόντης dicatur, vide annotata Interpretis Græci.

ὣς ἔφατ᾽) ἀ φημί. Iam singuli Dij exequuntur mandatum sibi á Ioue impositum. οἱ δ᾽) .i. illi Dij, qui erant iussi á Ioue suam operam conferre ad formandum illud monstrum. ἐπίθοντο) ἀόρ. b. ἀ πείθομαι. Amisit ε & iotam retinuit. Oportuit enim syllabam esse breuem. κεονίωνι) Interpres Græcus per κρονίωνα. h. e. Iouem intelligit fatum, & sic dictum existimat, quod obscure & latenter ea, quæ decreta sunt, perficiantur, ἐκ τοῦ κοζοῦν τὸν νοῦν, quod est turbare mentem. Neq; enim vlla mens humana accurate nouit ea, quæ sunt quodam fato decreta & futura. Vocat fatum etiam regem, quod omnia dispenset & per illud omnia fiant. πλάσσε) .i. finxit, á πλάττω .i. fingo, compono. formo. ἀόρ. α. ἔπλασα. Inde dicitur plasma. h. e. figmentum, vel opus figuli. Sic etiam dicuntur creaturæ plasmatæ. ἀμφιγυήεις) .i. qui vtroq; pede claudus est. Epitheton est Vulcani, quod vtrinq; claudicet membris, & deducitur ab ἀμφὶ .i. vtrinq; & γύια .i. membra. Quia aliquando deiectus á Ioue in terram dicitur fregisse crura αἰδοίην) .i. castæ, pudicæ, venerandæ. Ionicus datiuus est pro

αἰδοίας. αἰδὼς enim dicitur verecundia. εἰκελον) i. puellam vel imaginem similem. κροιδεω) Ionicus genitiuus est pro κροιδος. ε enim absorbetur in longam sequentem.

διὰ βουλὰς) .i. de sententia Saturnij. h. e. Iouis. Παλθένῳ αἰδοίῃ) ω, quæ est longa, fit breuis propter vocalem sequentem. Nam vocalis ante vocalem corripitur. ζῶσε) .i. præcinxit illam puellam. ζωννύω .i. cingo, Defectiuum, futurum ζώσω mutuat à ζόω .i. cingo vel viuo. Nam viuere est, quàm diu anima ligata corpore tenetur. In ἀόρ. α. habet ἔζωσα & abiecto augmento syllabico remanet ζῶσε in tertia persona singularis numeri. κόσμησε) est pro ἐκόσμησε à verbo κοσμέω, aliquid ordine compono, feinzusamen geordnet. Inde κόσμος dicitur illud, quod est ordinatum & compositum. γλαυκῶπις) .i. cæsia, cœruleis vel cæsijs oculis. Est synecdoche, pars pro toto, Vocat autem γλαυκῶπιν, Siue quia glauci oculi sunt perspicatiores, quàm nigri, siue quod aliquid pulchri videatur illi inesse. Cœlius lib. 8. cap. 18. putat Pallada γλαυκώπιδα dictam, non tam quia glaucos habeat oculos, quam deformidoso aspectu, quoniam & glauci dicuntur leones regij. Vide Eras. Minerua felem. Sententia autem huius loci est, omnes dij quædam munera contulerunt in Pandoram. ἀθλώνη) Fulgentius Mineruã dici Græce existimat, quasi ἀθάνατος Παθενος, Quia sapientia nec mori poterit, nec corrumpi, vel ab α, & θηλὴ mamma, quasi sine mãmis educata, dicitur alio nomine ϖαλλὰς à vibranda

hasta,

hasta, vt latine Minerua à minando in contentione cum Neptuno victrix.

ἀμφὶ οἱ) ἀμφὶ cum datiuo hîc positum est, οἱ pronomen pro αὐτῷ. χάριτες θεαὶ) Græci finxerunt esse tres χάριτας perpetuas Musarum comites, nunquam non illis familiariter vti, quo figmento haud dubie aliud nihil indicare voluerunt, quàm bonas literas adferre secum, & requirere suauitatem quandam morum & φιλανθρωπίαν, ac insigne quoddam gratitudinis studium in illis, qui literas discunt, ne ferocia & insolentia imperitæ multitudinis fiant similimi, neúe morositate tanta laborent, vt vix vlli cum illis conueniat.

Ad hoc situm erat templum Gratiarum Athenis in media vrbe, vt testarentur nihil nos tam decere, nihil tam necessarium esse in rebus humanis, quàm vt nos inuicem beneficijs perpetuis deuinciamus. Nam mutua hominum societate ac animorum coniunctione sublata, quid à feris differemus. Atq; hoc est, cur putem M. Ciceronem rectissime dixisse, Solem è mundo tollere, qui amicitiam è vita tollunt. Nam ad hanc imprimis confinxit nos & genuit natura, neq; vlla re propius ad Deos accedimus, quàm beneficia vltro, citroq; dando & accipiendo.

Præterea pingebantur nudæ, vt docerent beneficia libere collocanda esse, beneficijs adstringendos esse homines non ideo, quod antea de nobis sunt bene meriti, neq; etiam in hoc, vt beneficia maiore fœnore ad nos reditura esse speremus, id quod illi

faciunt, qui amicitias vtilitate probant, sed ideo, vt homines nos esse comprobemus, vt natura indita nobis semina proferamus, quibus ad iuuandos alios incitamur.

Postremo sic erant pictæ, vt vna auersa, reliquæ duæ aduersæ starent, quod scilicet officium in nos collatum duplici officio compensandum sit. Hinc M. Cicero 1. offi. satis belle putat referre, vt agros fertiles imitemur, qui multo plus afferunt, quàm acceperunt. Ita scilicet pulchro isto figmento eruditi illi viri indicare voluerunt, quantum alij alijs debeamus, quomodo inuicem affectos esse conueniat, quid proprie homines deceat, nempe, gratitudo, societas, & mutuum studium erga quosuis, erga illos maxime, qui profuerunt. Alioqui non esset suaue viuere, remuneratione beneuolentiæ, vicissitudine studiorum sublata, quibus nihil est iucundius.

πότνια πειθὼ) .i. veneranda Pitho. Pitho dicta est Dea eloquentiæ, quam Ennius Suadam, Quintilianus persuadendi Deam, Suadelam Horatius, Cicero leporem vocat. Hæc & à Græcis cognomento ψυχάγωγος quasi flexanima dicitur, quod animos hominum quoquo vult, ducit. Huc alluſit Lucianus in Hercule Gallico describendo, & Cicero in Bruto, cum ait, πειθὼ vocant Græci, cuius effector est Orator, hanc suadam Ennius. Sententia igitur huius loci est, suadelam etiam addidisse aliquid Pandoræ de sua eloquentia, vt scilicet voluptas facilius persuadeat hominibus, eosq; in suam sententiam pertraheret, vt ipsi assenti-

assentirentur. Hinc Ouidius, *Non formosus enim, sed erat facundus Vlysses.* Ἀμφὶ χροΐ) *i. circum corpus,* χρώς *in genitiuo* χροὸς & χροτὸς, *idem quod* σῶμα *communiter.* ἔθεσαν) θος. *b. à verbo* τίθημι. ὁρμὸς) *dicitur monile, torques, catenula. Q. d.* **haben jhr feine güldene ketten vnnd halsbender vmbgehangen.** Ἀμφισέφον) *i. circumdederunt. Q. d. cinxerunt tam coronis,* **haben sie mit krentzen vmbhenget.** σέφον *autem pro* ἔστεφον *dicitur. Hinc* σέφω & *i. corona & apud Demosthenem inscribitur Oratio* περὶ στεφάνου *i. de corona, qua scilicet coronandus erat Demosthenes ob ingentia beneficia in Rempub. collata.*

ὧραι) *Horæ sunt Deæ temporum, & Homerus Iliad. 5. testatur eas esse portarum cœli custodes. Ait enim* αὐτόματοι δὲ πύλαι μυκὸν οὐρανοῦ, ἃς ἔχον ὧραι. *Et Poetæ per horas significant tantum vices temporum. Alio enim tempore aliud proferunt. Huc alluſit Ouid. 1. fasto. præsideo foribus cœli cum mitibus horis.* καλλίκομοι) *i. quæ habent pulchras comas. Tres recensentur Horæ, Eunomie, Dice, & Irene. Sunt enim tria, quæ efficiunt, vt floreant regna, vrbes, Respublicæ & populi.* 1. *Bona constitutio legum.* 2. *Diligens administratio Iusticiæ.* 3. *Pax quæ fulcit & sustinet ista omnia. Nam sacra scriptura testatur politicum ordinem rem esse bonam, pulchram, gratam humano generi, singulare Dei opus, quod videlicet homines coniuncti legibus in societate ciuili viuunt, quod multitudo regitur à magistratibus, qui*

sunt custodes iusticiæ, exercent iudicia, prohibent pra iuria. libidines, iniurias corporum. Deniq; qui in rant, vt ciuitas sit modestissima schola, in qua lucet Dei noticia, & exerceantur virtutis officia, communis defensio, & aliorum beneficiorum communicatio. εἰαρινοῖσι) .i. vernis. Iota in fine adiecta est more Ionico, Est autem denominatiuus εἰάρινος & ab ἔαρ .i. ver. Interpres Græcus dicit tempora anni, quæ Horas poeta vocat, Pandoræ contulisse coronam, non quidem ex vernis floribus, sed pulcherrimis suis donis, quæ semper virere faciunt: VER quidem fructibus, quos egerminat & pigmentis ac floribus: AESTAS, frugibus, & alijs: AVTVMNVS, vino & alijs: HYEMS, oleo & alijs donis, Aut suis qualitatibus: Hyems quidem humectando & lactando semina: Ver autem, producens illa in lucem, & augens: atq; circumbalans aëre temperato: Aestas vero exiccans & confirmans: ita quoq; autumnus similiter. Vocat autem Horas καλλικόμους, διὰ τὸ καλλίσους κομᾶν, quod pulcherrimè vestiant illos, qui ipsarum donis abundant.

πάντα) .i. vndiq;. Aduerbiasicit hoc loco, estq; Græcismus, οἷ pro αὐτῇ, vt supra. κόσμον ἐφήρμοσε) .i. concinnauit, accommodauit, applicauit, hat sie wol gemustert vnd gemacht/ das jhr alles wol eben war / ab ἐφαρμόζω. ἀορ. α. ἐφήρμοσα. Verbum augetur, non præpositio, Minerua dicitur Pallas à πάλλειν .i. à vibrata hasta. ἀργειφόντης) .i. Mercurius. h. e. sapientia mundi mus auch da

sein.

sein. τεῦξε) .i. struxit, fabricauit, fecit, condidit, ἀ τεύχω .i struo, ædifico, condo, extruo, efficio. ἀορ. α. ἔτυξα & abiecta s more poëtico remanet τυ̃ξα. ψεύδεα) Respicit ad naturam voluptatis, quæ facillime decipit homines. ἐπίκλοπον) .i. dolosum, gehet mit bösen griffen vmb. ἦθος) .i. mentem instructam ad fallendum, vel animum fœcundum dolis, insidijs, fraude, astutijs & fallacijs. βουλῇσι pro βουλαῖς .i. consilio vel voluntate. βαρυκτύπῳ) .i. grauiter tonantis, ἀκτυπέω .i. resono. Mercurius ingerit mendacia. ἐνθῆκε φωνὴν) .i. imposuit ei vocem, vel, indidit nomen, hat sie getauffet, vel, fecit eam loquacem, vel facundam, vel disertam. Eloquentia est donum Mercurij, das klappern mus auch dabey sein. ὀνόμηνε) .i. attribuit ei etiam nomen vel nominauit, ab ὀνομαίνω sine augmento. Si iotam subscribis, perfectum medium est. ἀορ. α. ἐνόμησα, ας, ε. πασιδώρῳ) ἀ πᾶν & δῶρον. Quia omnes Dij contulerunt aliquid in illam. ἐδώρησαν) ἀ δωρέω .i. præbeo donum. Hinc est prouerbium, Hostium munera non sunt munera. πῆμα) .i. quæ esset futura exitio omnibus hominibus. ἀλφησήσιν) Ionice pro ἀλφησαῖς .i. curiosis inuentoribus, indagatoribus, qui solent subinde inquirere res nouas & solliciti sunt de rebus nullius momenti. Est autem proprium Epitheton hominis. Porrò istud vicium grauissime reprehenditur ab Horatio, strenua nos exercet inertia, nauibus atq; quadrigis petimus bene viuere, &c. Homines præstantissimis ingenijs præditi non sunt quieti, sed semper

aliquid

aliquid inquirunt, præsentia fastidimus, noua essi-
mus. Martialis, Quod sis esse velis, nihilq; malis, p
ἁλφήσεαι dicuntur, Quia statim adnatare solem
quid abieceris in piscinam. ἁλφαίνω vel ἁλφάω
inuestigo, scrutor, & inquiro. Inde ἁλφηστής. i. in-
dagator dicitur, ab ἁλφὴ idem quod εὕρησις inuen-
& prima litera Alphabeti hinc vocatur.

TEXTVS.

Αὐτὰρ ἐπεί δόλον αἰπὺ ἀμήφανον ἐξετέ-
λεσσεν,
Εἰς Ἐπιμηθέα πέμπε πατὴρ κλυτὸν ἀργει-
φόντην,
Δῶρον ἄγοντα θεῶν ταχὺν ἄγγελον, ἐδ' Ἐπι-
μηθεὺς
Ἐφράσατ' ὥς οἱ ἔδωκε πρόμηθεὺς, μή ποτε δῶρα
Δέξαιτ' πὰρ Ζηνὸς ὀλυμπίδος, ἀλλ' ἀποπέμψαι
Ἐξοπίσω, μή πῆ τι κακὸν θνητοῖσι γένηται.
Αὐτὰρ ὁ δεξάμενος, ὅτε δὴ κακὸν εἶχ' ἐνόησε,
Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀν-
θρώπων,
Νόσφιν ἄτερ κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵ τ' ἀνδράσι κῆρας ἔ-
δωκαν,
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι

Αλλὰ

Αλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθον μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα,
Εσκέδασ', ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Μούνη δ' αὐτόθι ἔλπὶς ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισι
Ενδον ἔμιμνε, πίθου ὑπὸ χείλεσι: ἐδὲ θύραζε
Ἐξέπτη. πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο,
Αἰγιόχου βουλῇσι θεὸς νεφεληγερέταο.
Αλλὰ ἦ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται.
Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.
Νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ, ἠδ' ὀπὶ νυκτὶ,
Αὐτόματοι φοιτῶσι, κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι,
Σιγῇ· ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητιέτα Ζεύς.
Οὕτως οὔτι πῃ ἔστι θεὸς νόον ἐξαλέασθαι.

VERSIO.

Verum postquam fraudem perniciosam & ineuitabilem perfecit
Ad Epimethea misit Iuppiter inclytum Argicidam
Donum ducentem Deorum celerem nuncium. Non autem Epimetheus
Considerauit, quod ei prædixerat Prometheus, ne vnquam donum
Reciperet à Ioue Olympio, sed remitteret
Retro, ne quando aliquod malum hominibus accideret.

Verum

Verum ille recipiens, postquam malum habuit vo-
gitauit.
Prius enim viuebant in terra familiæ hominum,
Seorsim sine malis, & sine molesto labore,
Morbisq; grauibus, qui hominibus senectutem af-
ferunt,
Statim enim in malicia mortales iam consenescunt.
Verum Pandora manibus pixidis magnum opercu-
lum auferens
Dispersit & Hominibus excogitauit dolores tristes.
Sola autem ibi spes infirmis domibus in domicilio non
penetrabili,
Intus manebat in ipso vase sub labris, neq; foras
Euolauit. Prius enim iniecit operculum vasis
Ægiochi consilijs Iouis congregantis nubes,
Alia autem infinita mala inter homines oberrant.
Plena enim terra est malis, plenum etiam mare,
Morbi insuper hominibus in die & in nocte
Vltro adueniunt, mala mortalibus ferentes
Tacite, Nam vocem exemit consultus Iuppiter.
Sic nequaquam licet Iouis mentem euitare.

VALLA.

Postquam autem tantos confecit Iuppiter astus,
Mercurium ad magnum iubet ire Epimethea, dono
Cui ferat hanc, qui nil veritus præcepta Promethei,
Scilicet à magno caperet ne inuitus Olympo:
Cepit & accepto nouit sua damna Epimetheus.
Nam prius humano generi secura manebant
Tempora, nulla mali species aut cura laboris
Morborumq; genus, tristem qui funeris atri
Corripuere viam, quibus omnis frangitur ætas.
Viuere dulce fuit quondam, sed tegmen ab vrna

Dum

Dum Pandora leuat, totum exiliêre per orbem
Curarum infestæ effigies, spes sola remansit
Intus & è labris ima sub parte resedit,
Obstitit impositum nam tegmen abire volenti.
Sic qui fulmen ait nubis collector aquosæ
Iusserat, innumeræq; etiam mortale vagantur
Per genus infandæ species, quibus æquor & omnis
Terra infecta tumet, morbi noctesq; diesq;
Sponte sua sine voce ruunt, Namq; ab Ioue summo
Ablata est illis quæcunq; potentia fandi,
Sic impune parens offenditur ille Deorum.

FRISIVS.

Postquam igitur factus dolus insuperabilis esset,
Tum pater omnipotens cum dono Epimethea adire
Iussit Mercurium, qui nuncius astricolarum est.
Immemor ast erat hic, frater quod iusserat olim,
Ne Iouis acciperet donum, sed sperneret, à se
Dimittens iterum, ne cladis origo sit orbi:
At miser accipiens, malum habens tum deniq; sensit.
Ante Epimethei erratum mala cognita nulla
Prorsus erant, facilis sed vita erat absq; labore,
Difficiles aberant morbi senium accelerantes,
(Namq; statim inq; malis homines, morbisq; senescunt)
At mulier digitis dum tollit opercula vasi,
Omne malum, lædens homines graue, sparsit in orbẽ,
Sola ibi se infirmis tenuit spes ædibus, intus
Pixidis ad labrum latitans non euolat extra,
Atq; etiam citius rursum vas tegmine clausit,
Consilium mentemq; Iouis Pandora secuta.
In terram exiliit reliquum genus omne malorum,
Hinc mare nunc illis est plenum, plenaq; terra,

Nocte

Nocte dieq; homines miseros inuadere nunquam
Exangues cessant morbi, mala multa ferentes,
Et tacite aduenium, Nam vox est à Ioue dempta,
Sic non vlla Iouis mentem euitare potestas.

DISPOSITIO.

αὐτὰρ ἐπεὶ) Pergit Poëta in descriptione Pandoræ & describit eleganter & suauiter, quomodo Pandora mittatur ad Epimethea & recipiatur. Quia vero poëtæ præcipue in duobus versati sunt, nempe, in describenda rerum natura, & in vita hominum formanda, considerandum est diligenter, quid Hesiodus fictione istorum nominum, quibus in hac fusa narratione vsus est, significare voluerit. Per Prometheam igitur haud dubie hominem sapientem & nihil temere agentem, aut rectam rationem significat. Per Epimetheam vero appetitus seu affectus, qui non obtemperant rectæ rationi, aut hominem post factum primum sapientem, qui contra omnia temere tractat sua consilia & pensi habet nihil. Quia sequitur, quocunq; eum rapit affectus, idq; Etymologia vocabulorum indicat. Nam Προμηθεὺς significat deliberantem ante factum: Epimetheus, deliberantem post factum.

Porrò Pandoram producit singulis deorum dotibus auctam & ornatam, qua varios rationis humanæ affectus & imprimis voluptatem significare voluit, quæ recipitur ab Epimetheo, dissuadente etiam Prometheo. Sic enim natura sumus homines, vt plerunq;

contra

contra iudicium rectæ rationis voluptatem sectemur, & sero pœnitet nos nostræ stulticiæ, postquam malum accepimus. Est enim euentus stultorum magister. Quod vero de igne supra fingit, quem Iuppiter iratus abdiderit, ad veritatem referendum est. Hæc enim in tanta caligine rerum humanarum latet, & quanquam à Prometheo. h. e. sapientibus viris ostendatur mortalibus, tamen Pandora. h. e. voluptas efficit, vt hac frui non possimus. Hæc enim recta & honesta consilia pessundat, atq; opprimit.

πρὶν μὲν γὰρ) Est amplificatio. Q. d. priusquam Pandora ab Epimetheo recepta est. h. e. voluptas in terras irrepsit, homines viuebant tranquillissimè, non erant obnoxij tot tantisq; laboribus & molestijs, non laborabant tam infinitis morbis, qui eis afferunt senectutem. Verum, quod citius nunc defungantur vita, quam olim, malitiæ humanæ attribuendum esse duco.

ἀλλὰ γυνὴ) Per Pandoram voluptatem significari supra indicauimus. Hæc enim in terras affert ac dispergit maxima mala ac ærumnas, quas perpetiuntur homines, vnde etiam dici solet, mœrorem esse comitem voluptati. Cæterum eleganter fingit Poëta Pandoram, h. e. voluptatem, posteaquam ex illa sua Pyxide effundit omnia pene genera malorum ac calamitatum humanarum, solam spem istic reliquisse in fundo vasculi. Quo significatur in maximis erumnis ac aduersitatibus vnicam spem esse reliquam, qua nos sustentamus, ac consolamur, sicuti dici solet. Aegroto dum anima

est, spes est. Elegantißimus versiculus in hanc sententiam extat apud Theocritum Idyll. 4.

Θαρσεῖν χρὴ φίλε βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον
ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες. h.e.

Fidere Batte decet, melius cras forsan habebis,
Sperandum est viuis, non est spes vlla sepultis.

Et apud Tibullum in lib. 2. circa finem,

Spes fouet, & melius cras fore semper ait. Item Ouid.
Spes bona dat vires, animum quoq; spes bona firmat,
Viuere spe vidi, qui moriturus erat. De spe autem, quod sola ex omnibus Dijs versetur adhuc apud homines, optimos legimus apud Theognidem versiculos, quos non grauabor hîc ascribere,

Ελπὶς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστι,
ἄλλοι δ' οὔλυμπον ἐκπρολιπόντες ἔβαν.
ὤχετο μὲν πίστις μεγάλη θεὸς, ᾤχετο δ' ἀνδρῶν
σωφροσύνη, χαριτέστ' ὦ φίλε γῆν ἔλιπον.
ὅρκοι δ' οὐκ ἔτι πίστοι ἐν ἀνθρώποισι δίκαιοι
οὐδὲ θεοὺς οὐδεὶς ἄζεται ἀθανάτους. Id est.

Spes homines inter versatur sola Deorum,
Nam petijt celsos cætera turba polos,
Cana fides abijt, perijt pudor, ipsaq; mentis
Sobrietas, charites deseruere solum,
Nulla manent homines inter nunc fœdera firma,
Non superest vnus numina rite colens.

Hæ sen-

Hæ sententiæ & si quæ extant similes, cum hoc Hesiodi figmento consentiunt. Quod enim in summo labro Pandoræ Pixidis sola spes hæserit, reliquis omnibus morbis euolantibus, monent spem omnium malorum extremum refugium atq; solatium esse. Nemo enim obrutus est malis, quin speret meliorem fortunam.

ἀλλὰ δὲ μύριαι) Postquam dixit satis eleganter per prosopopeiam de miseria rerum humanarum, quomodo scilicet omnia sint repleta malis, morbosq; sensum irrepere & obambulare noctu, diuq; tanquam animalia, addit tandem Epiphonema, quo declarat neminem tanta astutia, aut tam vafro ingenio præditum, qui Deum decipere queat. Is enim habet ἐκδικον ὄμμα, & est perscrutator cordium, & seuerus iudex viuorum & mortuorum. Huc referatur etiam versus Homeri. Iliad. 5. Dura quidem res est mortalibus ira Deorum.

EXPLICATIO TEXTVS.

αὐτὰρ ἐπεὶ) Sunt particulæ completiuæ. Huc vsq; Poëta dixit de formatione Pandoræ, & quis nam ex Dijs præcipuam contulerit operam ad eam formandam, nempe, quatuor Dij, Vulcanus, Pallas, Venus, Mercurius, & Horæ. Iam vero pergit describere, quomodo illa Pandora ad Epimethea fratrem Prometheï sit missa. Mandauerat autem Prometheus discedens,

dens, ne frater se absente interim vllum donum à Ioue missum reciperet, sed Epimetheus immemor præcepti fraterni, cum vidit mulierem præstanti forma præditam & instructam blandis sermonibus, recepit eam in donum suam, quæ cum apperuisset suam Pixidem, euolarunt ex illa morbi, calamitates, aëris intemperies, tempestates, difficultas annonæ, bella, scelera, & quicquid est malorum in hac vita. Etsi autem est fabula & allegoria, tamen subest quædam historia. Nam ista Pandora dicitur nupta Epimetheo, & Pyrrha vxor Deucalionis dicitur fuisse filia Epimethei & Pandoræ. Deucalion fuit vnus ex antiquissimis regibus Græciæ eo tempore, quando Græcia maxima ex parte adhuc fuit vasta, & tenuit locum circa montem Parnassum.

αἰπὼν) .i. βαρὺν, grauem, pernitiosam, exitiosam, calamitosam, tristem, præcipitem. ἀμήχανον) .i. insuperabilem, difficilem, incuitabilem. ἀμήχανῳ, contra quem non licet aliquid machinari. μηχανάομαι, machinor, seu struo, inuenio vel excogito aliquid. ἀμηχανία dicitur mentis inopia, das einer nicht weis wo aus. κακὸν ἀμήχανον dicitur malum ita necessarium, vt nulla arte possis deuitare. Vide Prouerb. Deus ex improuiso apparens. ἐξετέλεσσεν) .i. absoluit, perfecit Vulcanus. ἀορ. α. ab ἐκτελέω .i. perficio. ἀμήχανον) .i. inexplicabilem. Sæpe ponitur pro tristi & exitioso, vt apud Homerum in Odyss. Nunc mihi præsto adest triste exitium, cum videret tempestatem ingruentem. εἰς) Mittitur Pandora ad Epimethea. πατὴς) .i. Iuppiter.

ter. ἀργεφόντην) .i. Mercurium per Antonomasiam. Q. d. interfectorem Argi. δῶρον) .i. Pandoram. ἄγοντα) .i. ferentem, ducentem, ab ἄγω .i. duco. Q. d. der Mercurius solte das geschencke vberantworten. ἐφράσαθ') .i. cogitauit, considerauit, perpendit, à φράζομαι .i. considero. Q. d. non venit ei in mentem, vel, exciderat ei fraternum mandatum. Quando enim cupiditas praua præualet, tunc excutiuntur nobis præcepta & monita salutaria, vel, excutitur nobis melior sensus, propterea quod mens & oculi sunt occupati isto obiecto cupiditatis. ἔειπε) εἶπα. ἀορ. α. ab ἔπω. Attici solent adijcere ε. δέξασθαι) Est infinitiuus medij ἀορ. α. à δέχομαι .i. ne reciperet. Græci ponunt infinitiuos plærunq; in præceptis pro imperatiuis. πὰρ) pro παρὰ dixit propter versum. ἀποπέμπειν) .i. remittere .i. præceperat. Quia hostium dona non sunt dona. Iuppiter enim erat hostis propter furtum Promethei & cupiens se vlcisci, misit Pandoram. ὃ) pro οὗτος. Vide Prouerb. Malo accepto stultus sapit.

δεξάμενος) Illud νος in fine est anceps syllaba & fit longa. ἐνόησε) ἀορ. α. à νοέω, da gedachte er allererst an seines Bruders wort .i. animaduertit, cogitauit. θνητοῖσι) à θνήσκω .i. morior, Inde est nomen verbale θνητὸς .i. mortalis. Hæc omnia sunt allegorica hoc loco. Per Pandoram enim intelligitur voluptas seu obiectum cupiditatum, Alia alij est Pandora, nempe, quod quisq; expetit maxime, vt opes, amor erga puellam, venatio, luxus,

cura Veneris, honores, ambitio, Epimetheus autem designat prauos & vitiosos affectus, quibus rapiuntur homines ad obiecta cupiditatum. Prometheus denique denotat rectam rationem, qua regantur affectus, ne longius euagentur, & designent contra rationem. Nam & leges hanc mediocritatem requirunt, cum non affectus, sed facta puniunt, quemadmodum dicitur, Cogitationis pœnam nemo patitur, etsi Philosophia in ipso etiam affectu moderationem requirit.

Vt igitur Homerus pingit Achillam, cum iratus gladium stringeret aduersus Agamemnonem, retrahi capillicio à Pallade, Ita sciamus ardentes, & concitatos animi motus ratione cohibendos esse. Cæterum & sacræ literæ docent in natura hominis oportere affectus existere, & partem quandam affectuum quamuis in hac imbecilli natura, tamen bonam esse. Sed de bonis præcipiunt, vt lege Dei regantur, videlicet, vt ne vitam nostram, aut liberos nostros anteferamus voluntati. Deinde iubent, vt malis affectibus resistamus, qui videlicet, cum lege diuina pugnant. Interim vero monent sacræ literæ, ne malos quidem affectus ex animis penitus eijci posse in hac vita, & tamen hanc disciplinam approbat Deus, si coherceantur mali affectus, quemadmodum Paulus inquit, Si spiritu facta carnis mortificabitis, viuetis. Atq; ea indulgentia ingens significatio est misericordiæ.

πρὶν μὲν γὰρ) Iam per antitheſin deſcribit, quæ fuerit felicitas prioris vitæ, antequam homines indulgerent voluptatibus. Q. d. Quàm felix & beata futura

futura esset vita, si homines possent cohibere affectus, & imperare prauis cupiditatibus. Nunc mores submde degenerant & omnia in peius vertuntur. Quare quo citius senescit mundus, eò magis vergit ad corruptionem. χώεσκον) pro ἔχωον præteritum imperfectum. κόν addi solet per paragogen more Ionico. Quia Iones σ & κ interponunt, & incrementum præcidunt. χώδιον, animalculum. Inde χωδιακός circulus, in quo duodecim sunt signa & ob id á Latinis significr dictus. χθονὶ) .i. terræ, ἐκ τοῦ χῶ .i. capio, Inde χωρὸν & χθὼν, eò quod omnium rerum sit capax. φῦλ) .i. familiæ, genera, est ὡρίφρασις φῦλα ἀνθρώπων pro οἱ ἄνθρωποι. νόσφιν) .i. citra, seorsum, pleonasmus est. χαλεποῖο πόνοιο) Ambo genitiui Ionici sunt. νόσων) pro νόσων. Adiecit enim υ propter syllabam producendam, sicut nos plaustrum dicimus pro plostrum. νοσοδόχια, seu νοσοκομεῖα dicuntur publica loca seu diuersoria, in quibus ægrotantes curantur .i. Spietal oder Siechhaus. ἔδωκαν) Quia homines sese conficiunt curis & laboribus, vt quærant victum. Quam multos morbos nobis ipsis accersimus saltem nostra intemperantia, adeò vt vere ille dixerit, plures mori crapula, quàm gladio. h. e. iusta morte, aut naturali genere mortis. γῆρας) Q. d. homines cito consenescunt in morbis, vel, morbi afferunt præmaturam senectutem. κακότητι) κακότης significat maliciam, Paulus cap. 1. ad Rom. dicit κακοηθείαν maleuolentiam vel malignitatem, vt studium calumniandi vel deprauandi recte facta, estq;

oppositum candori. καταγηράσκω) .i. consenesco. Generalis est sententia, homines statim in ærumnis consenescere, & ante tempus extingui.

ἀλλὰ γυνὴ) Iam sequitur, quomodo sparsa sint mala in genus humanum. Haud dubie subest aliqua historia. Apparet in Græcia ante Epimethei regnum seu tempora faciliorem fuisse viam comparandi victus, quám nunc sit. Regnante vero ipso cæperunt esse tempora asperiora, difficiliora, & duriora. Ideo finxerunt ab eius vxore sparsa esse illa mala. Et ille haud dubie addidit etiam aliquid difficultatis & asperitatis, sicut solet fieri, quando tempora sunt difficilia, tunc exasperantur etiam imperia, Videmus nunc nostrum tempus esse velut infernum, & maiores nostros veluti in cœlo vixisse. Item, imperia sunt facta duriora & asperiora, Homines sunt etiam adeo immutati, vt propemodum etiam species alia sit animantium, quám fuit ante annos quindecim, Animis autem hominum immutatis mutantur etiam mores & vita. Illi enim, qui nati sunt ante annos 40. aut 50. & meminerunt, quam fuerint aurea secula, solent conqueri de difficultatibus temporum. Naturæ hominum mutantur pro mutatione temporum. γηράσκω καὶ γηράω .i. senesco. Inde γερουσία senatus á senibus nomen habet, autore Cicerone in Catone. Item γῆρας .i. senectus quoq; dicitur. γυνὴ) In genitiuo habet γυναικὸς, perinde vt nominatiuus esset γύναιξ. χείρεσσι) Alterum σ additur ad producendam syllabam. Datiuus construitur cum ἀφελοῦσα .i. auferens, adimens,

abstra-

abstrahens ab ἀφέλω, vel ἀφαιρέομαι quod est vsitatius. ἀορ. 2. ἄφελον, Inde participium fœminnum ἀφελοῦσα .i. cum ademisset.

πῶμα) .i. cooperculum, die decke von der Büchsen. Q. d. cum aperuisset dolium. Hic à Poëta describitur propagatio & origo humanorum malorum. πίθῳ) .i. dolium. Inde est prouerbium, In dolio artem figularem discere, de ijs, qui protinus maximis in rebus artificij sui capiunt experimentum cum paulatim à minutis ad summa proficisci conueniat. Homerus 24. lib. Iliad. fingit in cœlo posita esse duo dolia, alterum miseriarum & malorum, alterum felicitatis & bonorum, & Iouem sic solere spargere inter homines, vt modicum sumat de bonis, & addat plusculum malorum. Ita Iuppiter temperat hominibus ex istis duobus dolijs bona & mala, quando dat vnum bonum admisçet tria mala. PINDARVS dicit Deum, quando dat vnum bonum, plærunq; addere duo mala. Verum cum mali non intelligant, ideo amplectuntur mala, At boni recipiunt bona. Quia Homericus locus de duobus dolijs elegantibus versibus est redditus ab Eobano Hesso, non grauabor eos hic subijcere,

Sic etenim statuêre Dei mortalibus ægris,
Vt vitam mœrore refertam & luctibus ægram
Traducant: sine tristitia cœlestibus æuum
Omne sit, & nullos possint sentire dolores.
Præterea posuisse Iouem duo vasa loquuntur
Ante fores, primoq; domus in limine cœli,
Quæ sint muneribus dandis mortalibus ægris

Plena, bonis aliud, peioribus illud abundet,
E quibus, vt voluit, DEVS omnia sortibus æquis
Distribuat generi humano, simul omnia miscens,
Nunc bona, nunc mala, nunc læua, nunc lance fecunda
Cui mala contigerint, curæ hunc exponit iniquæ,
Tristibus ærumnis, miseriq; laboribus æui,
Viuet enim neq; Dijs gratus, neq; gentibus vllis.

ἐσκέδησ᾽) ἀορ α. à verbo σκεδάζω .i. dispergo, dißipo, vel σκεδάννυμι. ἐμήσατο) .i. struxit, confecit, machinata est, excogitauit, à μήδομαι .i. meditor, paro, struo. Indicat Poëta voluptatem esse causam maximorum morborum & malorum, Estq; hoc loco elegans prosopographia Pandoræ.

μοῦνη) Causa syllabæ adijcitur υ more Ionico. Insignis est locus, quod tamen spes in fundo relicta sit. αὐτόθι) illic .i. in Pixide. Est enim aduerbium locale. ἀῤῥήκτοισι) ἄῤῥηκτον dicitur firmũ, validum, q̃ non rumpitur, ἀπὸ τοῦ ῥύγνημι .i. rũpo & ab α priuatiua particula. Q. d. in illo dolio integro, in domo infracta seu irrupta. Metaphorice dixit, pro, in fortibus operculis. Quis enim nouit, vtrum ea, quæ speramus, contingent? δόμοισι) Iota adijcitur in fine Ionico more. Domum autem vocat Pixidem, in qua remansit sola spes. Interpretes intelligunt animum hominis ad quem nemo potest penetrare, Sperandum est viuis, spes non est vlla sepulchris. ἔνδον) .i. in ipsa pixide. ἔμιμνε) à μίμνω .i. maneo. χείλεσιν) am liede d' Büchsen. Q. d. spes etiam penè euolasset, ν vero adiectum est propter sequentem vocalem, à nominatiuo

tiuo χείλ@ .i. labrum, χείλευς, χείλεσι. Docet Poëta in medijs malis semper sperandum esse, quod aliquando meliora contingere possint, iuxta illud, Aegroto, dum anima est, spes est. Et Euripides testatur in Oreste, nullum genus calamitatũ esse, quod non cogantur degustare, aut perferre homines, & tamẽ ita sumus à DEO conditi, vt possimus perdurare, Et Theocritus inquit, Spes manet in viuis, sine spe sunt morte perempti. θύραζε) proprie ẽ, extra fores, ἔξω τῆς θύρας, Nunc aũt abusiuè & magis figuratè, simpliciter foras. ἀργαλέον. i. graue, et difficile. ἐκ τοῦ ἔργον, aut ἐκ τοῦ ἄλγ@ ἐμποιεῖν, ἀλγαλέον ἢ ἀργαλέον, quod dolorem efficiat. ἐξέπτη .i. euolauit. Metaphorica autem est etiam hæc locutio, pro, exiuit, ἀ πτάω vel πτήμι .i. volo. μ. πτήσω. ἀορ. 2. ἔπτλω. Acutum profectò, & ex intimis sacrarijs Musarum depromptum figmentum, quandoquidem alijs malis omnibus præsentaneis, solius autem spei malo absente mortalium animi discrutiantur. ἐπέμβαλε) Est ἀορ. 2. ab ἐπὶ ἢ ἐν ἢ βάλλω .i. mulier. ϖίθοιο) pro ϖίθ. αἰγιόχ) αἰγιόχ@ quasi tenens Aegidem, estq; epitheton Iouis. Est autem Aegis clypeus Iouis, à fabula nomen habens. Nam in eo clypeo capræ imago aut effigies depicta erat in perpetuam memoriam, quod aliquando Iuppiter à capra enutritus esset. βυλῇσι) Ionicum pro βυλαῖς. νεφεληγερέταο) i. nubicogæ, cogentis nubes, coactoris nubium. Ionica est Dialectus τάο pro τοῦ. νεφέλη dicitur nubes, & ἠγείρω .i. congrego.

ἀλλὰ

ἀλλὰ δὲ μύρια) De miseria rerum humanarum addit epiphonema, quomodo scilicet reliqua mala, calamitates, ærumnæ, morbi, sparsi sint per totum mundum, ita, vt nullus locus, nullum tempus, nullum genus vitæ sit vacuum calamitatibus, wie man pfleget zu sagen / Es komme einer hin / wohin er wölle / so findet er den Wirth daheime / Wo er aber nicht daheime ist / so kompt er doch balde. In omni genere vitæ plurimum est malorum, miseriarum, & calamitatum. μυρία) Cicero vertit sexcenta, vt de diuinatione, sexcenta licet eiusmodi proferri. Vtitur certo numero pro incerto. Nam mala non possunt numerari. Hinc Homerus rectissime dixit Iliad. ε. οὔ μοὶ γὰρ τίπτον ἐξὶν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς πάντων, ὅσσατε γαῖαν ὀπνείετε καὶ ἕρπετα. H. e. Nec enim de semine natis Mortali, & superas vitæ carpentibus auras, Humano est vsquam genus erumnosius vllum. Apud Herodotum. Solon cum Cræso de humanæ vitæ miseriis disputans, addit epiphonema, πᾶν ἐσὶ ἄνθρωπος συμφορή. h. e. Hoc totum, quod est homo, est calamitas. Et Euripides, ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ συμφορά. h. e. Humana vita, reuera non est vita, sed calamitas. ἀλάληται) ab ἀλάλημαι. Græcismus est, mala errat, pro, errant. πλεῖν) Iste versiculus est prouerbialis, qui indicat omnia repleta esse malis, Es sey hie auff Erden nichts denn eytel Jammerthal. Nullum vitæ genus expers est calamitatum. νῆσοι) pro νόσοι. ἔφ) Tenuis mutatur in aspi-

ratam

ratam propter sequentem vocalem. νυκτὶ) Q. d. nullo momento sumus tuti à morbis. Q. d. miserrima est vita humana. ἀυτόματοι) .i. spontanei, sua sponte, vltrò, non accersiti. ὁ καὶ ἢ αὐτόματος καὶ τὸ αὐτόματον, id quod vltro & sponte fit. ἢ τύχη καὶ τὸ ἀυτόματον, quorũ hoc casum, illud fortunam interpretantur, prolixas in physicis Aristotelis disputationes pepererunt. Deinde τὸ αὐτόματον dicitur etiam instrumentum ponderibus ita confectum, vt vltrò moueatur. ἡμέρη) α mutatur in η more Ionico. φοιτῶσι) φοιτάω aliàs proprie significat in ludum literarium eo, frequento scholam, ich gehe in die schule. In qua significatione vsus est Lucianus in suo somnio, cum ait, ἀρτιμαθὴ ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν. ἀγείλετο) ab ἕλομαι εἱλόμην. σιγῇ) .i. tacitè. Verissime contra Hesiodum dicit Plutarchus in præceptis sanitatis, non omnes morbos solere tacite & furtim muadere in ipsos homines, sed plurimi, καθάπερ προαγγέλους καὶ πρόδρομους κύρκους ἔχουσιν ἀπειλίας καὶ δυσκινησίας. μητιέτα) Aeolice pro μητιέτης .i. author consilij. Est elegans prosopopeia, quod fingit morbos obrepere hominibus non sentientibus, &c. Iuppiter ademerit eis vocem. σιγῇ) .i. tacite, clàm, furtim. φωνὴν) Q. d. non excitant magnum strepitum, sed furtim & quasi ex insidijs aliquem opprimunt. Q. d. Terra plena est bellorum, mare plenum periculorum. Quis autem morbos nescit? qui de improuiso adsunt.

οὕτως) Epiphonema, Nemo mortalium potest

iram

iram diuinam effugere. Ista sententia Poëtæ Ethnici non dissimilis est multis sententijs sacræ scripturæ, vbi Deus comminatur exitium, & bonis vitam æternam. ἐξαλέασθαι) .i. effugere, decipere, euitare. ἀλέω ἀλέεσθαι ἀλεῖσθαι ἀλέασθαι. Q.d. Prometheus grauiora mala retulit. ἐστὶ) .i. est vel licet. Q.d. Quod DEVS decreuit, nemo potest euitare. Morbi autem sunt pœnæ diuinæ, Ergo nemo potest effugere morbos.

TEXTVS.

Εἰ δ' ἐθέλεις, ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω
Εὖ καὶ ἐπισταμένως. σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.
Ως ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ, θνητοί τ' ἄνθρωποι,
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Αθάνατοι ποίησαν, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν.
Ως τε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἄτερτε πόνων καὶ ὀΐζυος, οὐδέ τι δειλὸν
Γῆρας ἐπῆν, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὅμοιοι
Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων.

Θνῆσκον

Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. ἐσθλὰ δὴ πάντα
Τοῖσιν ἔην. καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη, πολλὸν τε καὶ ἄφθονον. οἱ δ' ἐθελημοὶ,
Ησυχοι ἔργα νέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
Εσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ηέρα ἐσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
Πλουτοδόται, καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.

VERSIO.

Si autem vis, alium tibi ego sermonem recitabo
Bellè & scitè, Tu vero in animo repone tuo.
Postquã simul extiterunt Dij, mortalesq; homines
Aureum primum genus hominum articulatas voces habentium
Immortales fecerunt, cœlestium domorum incolæ.
Hi quidem Saturni tempore erant, cum in cœlo regnaret,
Quemadmodum Dij autem viuebant, à curis vacuum animum habentes,
Seorsim sine laboribus & ærumnis, nunquam molesta
Senectus aderat, semper aũt pedibus & manibus similes,
Oblecta-

Oblectabantur conuiuijs, extra omnia mala
Moriebantur autem tanquam somno domiti, Bona vero omnia
Illis erant, fructum autem proferebat fertilis terra
Sua sponte, multum & copiosum, Hi autem volentes
Quieti negocia distribuebant cum multis alijs bonis.
Verum postquam & hoc genus occultauit terra
Hi quidem Dij facti sunt Iouis magni propter voluntatem
Boni super terram custodes mortalium hominum,
Qui sanè obseruant, & iusta & praua opera,
Aere induti, vbiq; euntes supra terram,
Largitores diuiciarum, & hoc munus regium habebant.

VALLA.

Si vacat ô frater, si non audire recusas,
Ordine plura canam. Genus immortale creatum
Ac mortale simul credendum est, aurea primum
Secula Dij superi totum sparsere per orbem,
Tempore quo cœli imperium Saturnus habebat:
Tunc homines diuûm viuebant more, neq; illos
Anxia curarum moles, operumq; labores
Lassabant, aberat tristi cum mente senectus,
Semper & in valido regnabant corpore vires,
Nulla mali labes, conuiuia læta placebant.
Mors similis somno fuit, atq; vberrima tellus
Omnia liberius nullo cogente ferebat,
In commune bonum, nec quisquam inuidit habenti.
Quàm fœlix ætas? erat omnibus vna voluntas,
Et taciti lætos soluebant pectora in vsus.
Aurea postquam hominum paulatim defuit ætas,
Hi pater altitonans meritos adiunxit honores,

Sub

Sub terrīs habitare dedit: qui numina facti,
Et genus humanum, sancte quoq; iura tuentur
Iusticiæ, tenebrīs circumfusiq; peragrant
Terrarum fines, & opes mortalibus augent.

FRISIVS.

Nunc aliud referam, si non audire graueris,
Ordine quodq; suo memorans, tu mente reconde.
Postquam vnà nati, Dij, mortalesq; fuerunt,
Primum fecerunt hominum genus aureum Olympi
Qui celsas habitant ædes Dij sine curis,
Hiq; homines, cœli Saturno sceptra tenente,
Viuebant, & erat Dijs vita simillima, curis
Ærumnisq; vacans nunquam quassata senecta,
Robore semper erant simili manuumq; pedumq;,
Perpetuas epulas agitabant pectora lœti,
Mors accedebat tanquam sopor illa fuisset,
Commoda nulla aberant, immensos terra ferebat
Sponte sua fructus, illi sine murmure donis
Diuûm viuebant, inter se pace fruentes.
At genus hoc postquam tellus contexit in aluo,
Continuo facti sunt diui mente tonantis,
Atq; colunt terras, hominum custodiam agentes,
Qui nunc quid iuste obseruant, quid fiat inique,
Aëre vestiti, peragrantes vndiq; terram,
Diuicias tribuunt, regale hoc munus eorum est.

DISPOSITIO.

Absoluta fabula de Pandora, qua indicauit Poëta causam, quare vita hominum nunc calamitosior, atq; olim fuit, fingit iam quosdam gradus ætatum,

quibus nihil aliud significatur, quàm propagato genere humano mundum paulatim degenerasse, ac subinde factum esse deteriorem. Hæc est enim rerum humanarum conditio, vt successu temporum omnia in peius ruant, ac quemadmodum semina & plantæ paulatim degenerant, ita quoq; homines singulis ætatibus deteriores nasci manifestum est, Quod vt significarent Poëtæ, confinxerunt metamorphosin ætatum, ac fabulati sunt, primam ex aurea factam esse argenteam, Deinde ex argentea factam esse æneam, ac postremo ferream.

Indiderunt autem istis ætatibus nomina à metallis, vt discrimen facilius intelligi queat. Dicitur enim prima ætas aurea, tum propter naturam & bonitatem hominum, tum propter facilitatem victus, ac tranquillitatem vitæ. Primi enim homines & natura erant præstantiores, atq; viuaciores, quàm nunc sunt, & sapientia excellebant, id quod iudicant variæ artes ab illis inuentæ, & pie, iuste, temperanterq; viuebant, cumq; initio & aër salubrior esset & terra fœcundior, non solum quia natura propior erat origeni, sed etiam quia minus erat scelerum, victus facile parabatur, qui nunc multa cultura & magno labore quæritur, omnesq; vt erant liberi, ita nemo laborum sollicitudine, nemo opum cupiditate angebatur. Hinc boni homines apud Theocritum aurei viri dicuntur. Et Socrates apud Platonem in Cratylo, siquis (inquit) nunc ex nostris bonus sit, an ne putes hunc aurei generis ab Hesiodo æstimari? Ac videtur hæc fa-

bula

bula de quatuor ætatibus nata ex Danielis historia de illa statua in somno à Rege visa, in qua prima monarchia pingitur aurea, secunda argentea, tertia ænea, quarta ferrea, estq; verisimile, hanc ipsam historiam Græcis fuisse non ignotam, vtpote qui multum commertij olim cum Aegyptijs habuerunt. Nec dubium est, quin Hesiodus huius historiæ primus fuerit imitator, quem deinde imitati sint Aratus in Phænomenis, Virgilius in Eclogis, & Ouidius in Metam:

PARAPHRASIS.

Si modo vis benignas aures mihi prebere ô Persa, alium sermonem tibi tanquam ab initio recitabo, quem diligenter pectori tuo infigas. Posteaquam simul nati sunt Dij & homines, effectum est à Dijs, vt genus quoddam hominum aureum esset, imperioq; Saturni subijceretur. Vivebant autem instar Deorum, sine vllis doloribus, laboribus & ærumnis, nulli morbi efferebant senectutem, semper eodem robore manuum & pedum erant præditi. Deinde tanta fuit tranquillitas omnium rerum, vt in conuiuijs lautissime instructis delectati sint sine vllis malis, omnibusq; suauiter conuixerunt. In moriendo nullos cruciatus perpetiebantur, sed veluti somno sopiti obdormiebant, habebant omnia commoda, Terra sponte sua ferebat vberrimos fructus, in summa pace viuebant, & nullis legibus coacti fungebantur suo officio. Verum cum illi homines aureæ ætatis mortui sunt, ex singulari consilio Iouis

velati sunt in numerum Deorum, & conseruant in terris iudicia & leges. deq; prauis hominibus sumunt pœnas ob flagitia commissa, bonos ornant præmijs. Non cernuntur autem oculis, cum versantur in terris, & sua munificentia instar regum, bonos viros solent ditare.

EXPLICATIO TEXTVS.

εἰ δ' ἐθέλεις) In proxima parænesi dixit Poëta, primum quidem facilem comparatu fuisse victum, & simplicem, ac sine negocio acquisitum. Postea vero factum esse valde difficilem, & cum damno coniunctum. Nunc addit epilogum superiorum, in quo adhortatur fratrem, vt sequens commentum de quinq; ætatibus hominum animaduertat. Quia postea inferret hanc conclusionem, Ergo cum homines tanta malitia laborent, tamen omnino danda est opera, vt iustitia in terra conseruetur.

ἐθέλεις) i. si placet, aut si non audire grauaris. ἕτερον λόγον) Alludit Poëta ad locum communem, sic omnia satis in peius ruere & retro sublapsa referri. Q. d. Quotidie magis atq; magis vicia & prauas cupiditates augeri, & pœnas quoq; exacerbari. Ponit autem postremum gradum malorum, nempe, ciuiles discordias, quibus nihil est calamitosius, iuxta versum, En quò discordia ciues perduxit miseros. Mores denique hominum hoc tempore deficiunt seu

degene-

degenerant propter tres causas. PRIMO, propter naturæ infirmitatem. Quia enim mundus senescit, ideo natura humana paulatim fit imbecillior. SECVNDO, propter crescentem furorem Diaboli hisce postremis temporibus. TERTIO, propter exempla. ἐκκορυφόω) h. e. aggregabo, colligam, vel referam summatim ac breuiter perstringam, tanquam à vertice ordiar, & recitabo ætates. Deriuatur autem à κορυφόω. h. e. accumulo. Inde venit ἐκκορυφόω: tanquam à summo vertice repeto, Ich will oben anheben. & trahit suam originem à κορυφή, h. e. vertex, scheitel. Hinc dicitur κορυφαῖος .i. caput, antesignanus, vel dux alicuius facti vel rei gestæ. τοι) pro σοι. ὠισαμένως) i. scite, sapienter, ordine, ab ἐπίσημι .i. scio. βάλλεο) Ionicum est, βάλλω. Q. d. diligenter memineris ea, quæ iam sum dicturus, habe achtung drauff. Reconde mente, sensibus hæc imis (res est non parua) reponas. Virg. Eclog. 3. σῆσιν) pro σαῖς. Q. d. Dicam tibi bene ac prudenter, Tu vero ausculta & perpende diligenter. ὧς ὠμόθεν) θεν non significat locum, sed simpliciter, simul, aut, quonam pacto, in dictione ὠμόθεν. γεγάασι) h. e. nati fuerunt, extiterunt. Ionicum est à γίνω vel à verbo γάω idem quod γίνομαι nascor, quod habet γέγηκα. Iones autem dicunt pro γέγηκα, γέγαα, μέμαα pro μέμηκα. Dicit Poëta homines & Deos simul natos esse. Quia cum homines cæperunt colere terram, sunt facti Dij. Inde terra dicitur mater omnium Deorum, sunt facti Dij arbitrio hominum.

Hinc Tertullianus Poëtas vocat figulos Deorum. θνητὸς) .i. mortalis, à θνήσκω .i. morior.

χρύσεον) Scandendum est χρύσον. Longa enim concipit breuem, ε. Iam sequitur narratio, & descriptio aureæ ætatis, in qua regnauit Saturnus, qui omnia sua sponte prouenerunt, homines vixerunt recte sine legibus, sine iudicijs, nec erant morbis obnoxij, sed semper erant firma, bonaq;, valetudine, quilibet honestatem colebat nullis legibus coactus, sed sua sponte. Hæc autem sunt petita à sanctis patribus primum, Deinde inuoluta alijs atq; alijs phantasijs. Inde apparet, quomodo paulatim illa pura & sancta doctrina cœperit degenerare, & corrumpi. Sathanas enim induxit varios errores, quibus sana doctrina obtenebrata est, & ex animis hominum erepta, ne intelligi posßit. πρώτισα) pro πρῶτον. Aduerbiascit enim Græca consuetudine. χρύσ) Sic inquit Ouidius, Aurea prima sata est ætas. μεροπων) .i. loquentium. Est autem proprium epitheton hominum. Vocantur autem μέροπες à diuisione vel diuersitate linguarum, vel à vario vsu vocis ad discrimen animalium. Nullum enim genus animantium habet ita variam & articulatam vocem, & aliquid certi significantem, atq; homines vtentes varia voce, vel varijs Dialectis. Ego enim simpliciter refero ad illum vsum vel instrumentum sermonis. Deriuatur autem ab ὄψ .i. vox, & μερίζω .i. diuido. Homines enim habent vocem diuisam, id est, distinctam, articulatam. Vide Encomium linguæ in libello D. Phil. Mel. de Anima. Merops alio-

quin

qui dicitur auicula, Krinitz vel windhals, quæ est acerrimi morsus. Rostro enim caueas omnes præter ferreas confringit. ποίησεν) ἄορ. α. pro ἐποίησεν, á ποιέω. ὀλύμπια) i. cœlestes. Est periphrasis Deorum. ἐπὶ) cum genitiuo significat, sub, vel tempus, vt ἐπὶ τοῦ τιμοθέου tempore Timothei.

κρόνου) Dicit nunc, quo tempore fuerit illa aurea ætas, videlicet, sub Saturno, quem dicunt regnasse in Italia pulsum ex Græcia á filio suo Ioue. Notus est locus Virgilij lib. 8. Aen. in oratione Euandri, Aureaq; , vt perhibent, illo sub rege fuerunt secula, &c. Κρόνος & est Deus temporum. Græci nonnunquam κρόνους nugas ac deliramenta vocant, de qua re vide Prouerb. Saturniæ lemæ. οὐρανῷ ἐμβασίλευεν) pro, ἐν οὐρανῷ βασίλευεν. h. e. qui sceptra cœli tenuit. Verbum compositum construitur cum datiuo & sic sonat, vt latini dicunt, Immoritur studijs, pro, moritur in studijs. ὥσε θεοὶ ἔζωον) .i. more diuûm viuebant. Pulchre describit illam auream ætatem, in qua dicit primum homines vacuos fuisse á curis. Cura dicitur filia Cupiditatis. Quia quando animi vacant cupiditatibus, vacant etiam curis. ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες) .i. vacuum dolore animum habentes. Ouid. Mollia securæ peragebant ocia gentes. κῆδος enim significat curam. Inde dicitur ἀκηδὴς .i. sine cura. Descriptio est per enumerationem, Catullus, ô quid solutis est beatius curis. Homines enim, qui norunt pellere curas, dicuntur etiam diutius viuere, & firmiorem valetudinem corporis & membrorum retinere. νόσφιν)

Est pleonasmus. Secundo dicit homines ætatis aureæ caruisse etiam morbis. (οἰζυοῦ) ab οἰζυς. h. e. calamitas, ærumna, miseria. πόνου) τὸ (πο) communis est syllaba. Nam propter literam ν immutabilem potest produci. Q. d. viuebant expertes laboris & tristitiæ ac miseriæ, tum dolorum quoq;.

δ᾽ἕλου) .i. misera, molesta, quassata, tristis. ἐπιλῶ) ab ἐπὶ & εἰμὶ. Tertio dicit homines non ita præmature senuisse, sicut posteri. Q. d. magna constantia virium fruebantur, nec grauis erat ipsis senectus, quemadmodum nobis hoc tempore, Aut hoc modo, præterea nondum senectutem habebant grauem & ærumnosam, aut plenam curarum. Et recte quidem dicit, Immatura enim morte decedebant & priusquam ad senectutem peruenirent, aut æqualiter & sine curis viuentes, non consenescebant. Hæc Interpres. πόδ᾽ας) Græcismus est, pro eo, quod dicimus, semper eodem robore membrorum præditi erant. Nunquam laborabant aduersa valetudine, semperpariter valebant manibus & pedibus, Non erat hoc, quod est apud Homerum, vbi Agamemnon dicit ad Nestorem, Nunc tibi chara genua soluta sunt. h. e. nunc deficit viribus, nunc destitueris, robur tuum iam consumptum est senio & ætate. Q. d. robur ipsum & ipsa integritas non decrescebat, vt factum est posterioribus temporibus, & nostra ætate fit. Nam illi, qui iam attigerunt vix quadragesimum annum, statim fiunt senes. Qui olim erant quadragenarij, erant iuuenes in optimo flore ætatis. Nunc in ea ætate homines sunt

senis.

senes. χεῖρας ὅμοιοι) Interpres sic interpretatur, Nunquam incedendo titubabant, sed pedibus insistebant constanter, Tum manibus quoq; æqualiter valebant, neq; aliquando tremuli atq; imbecilles fiebant, sed semper easdem vires corporis retinuerunt.

τέρποντ') Quarto dicit fuisse pulcherrimam & placidißimam pacem. ἐν θαλίῃσι) pro θαλίαις .i. conuiuijs aut sacris epulis, ἀπὸ τοῦ θάλλειν .i. florere. ἑορταῖς exponunt. Est autem hoc loco pacis seu tranquillitatis ἐγκώμιον. Quia illa conuiuia erant lautius instructa, omnibus rebus abundabant, erant lauta, & veluti florida. h. e. læta. Indicat autem Poëta obiter, quod id temporis fuerit summa tranquillitas. Quia conuiuia agitarint, in quibus conuixerunt plane omnibus curis & malis vacui. Quando vero hominibus non licet libere conuiuari, aut animos interdum compotationibus exhilarare, indicium est summam esse rerum perturbationem & turbulentum rerum statum. Aratus hunc locum sic imitatus est in Phœnomenis.

οὔπω λευγαλέου τότε νείκεος ἠπίσταντο,
οὐδὲ διακρίσιος περιμεμφέος, οὐδὲ κυδοιμοῦ,
αὔτως δ' ἔζωον. H. e.

Nondum pernitiosam tunc contentionem sciebant,
Neq; litem querulam, neq; seditionem,
Simpliciter aũt viuebant. Ouid. I. Meta Sic reddidit,
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat, sine militis vsu, &c.

Interpres Δαλίαν solenne aliquod & magnum conuiuium appellari existimat. Hoc autem loco intelligit communem & mutuum conuictum atq; societatem hominum primo seculo viuentium, quo solebant prodire homines ad collectionem glandium, aliorumq; fructuum annuorum, qui esui essent. κακῶν ἔκτοσθεν) pro ἔξω, .i. exclusis omnibus malis, vel, extra omnia mala, vel, in summa lœticia, mit allen frewden. Q. d. summa erat tranquillitas inter homines. ἀπάντων) h. e. sine mutuo odio, sine iniurijs, sine inuidia, & alijs eiusmodi. Alijs enim malis satis, superq; abundabant, premebanturq;, frigore nimiorum, æstu, inuasionibus ferarum & alijs, quamuis ista non videbantur ipsis dolorem afferre, quod assueti essent, nec dum scirent de alio vitæ genere. Hæc Interpres.

Δυσκον) Quinto dicit de genere mortis, eos scilicet mortuos esse, tanquam somno sopitos & oppressos. Q. d. mors inuadebat eos, tanquam sopor illa fuisset. δεδμημένοι) .i. sopiti, à δαμάω, domo vel supero. Præterito δέδομαι, pro quo posuit, δέδμημαι, Inde participium est δεδμημένος. ἐσθλὰ πάντα) Q. d. ipsi affluebant omni genere felicitatum & bonorum. καρπον) Glandes, & omnes annuos arborum fructus intelligit, & quæcunq; terra sua sponte fundit. Dicit de fertilitate terræ, quàm scilicet vberrimus & felicissimus prouentus fuerit omnium rerum & fructuum. Quod autem Hesiodus dicit terram copiosum fructum vltro protulisse, id amplificarunt

ficarunt multis circumstantijs alij Poëtæ latini. Virg. Ipsaq; tellus Omnia liberius nullo poscente ferebat. Ouid. Ipsa quoq; immunis, rastroq; intacta, nec vllis Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus. Aratus attribuit illam spontaneam terræ fertilitatem Iusticiæ, cum ait,

ἀλλὰ βόες ἀρότραι, καὶ αὐτὴ πότνια λαῶν
μυρία πάντα παρῆκε δίκη δώτειρα δικαίων.

Hoc est:

Verum boues, aratra, & ipsa veneranda populis
Innumerabilia omnia exhibebat Iusticia datrix iustorum.

ζείδωρον) .i. fertilis, frugifera. Elegans epitheton est terræ, quod vitæ necessaria det. Sic etiam Venus dicitur ζείδωρος. Quidam deriuatum volunt à ζεία .i. zea, & δῶρον .i. donum, Quia terra donat & profert zeam, h. e. frumenti speciem, quod panicum vocant, spelten. Hîc species ponitur pro genere. Etsi quidam olyram intelligant, spelten, & panicum heydenkorn. Interpres terram ζείδωρον vocatam existimat, quod feruens & calefacta, à sole nimirum, munifice donat omnia, non solam speltam, quam zeam vocant, sicuti quidam volunt. αὐτομάτη) .i. sua sponte, vltro, & sicuti dici solet, citra arationem & sationem. Omnis feret omnia tellus, Non rastros patietur humus, non vinea falcem. πολλὸν) .i. multum. Illud vero πολλὸν hoc loco non est aduerbium, sed nomen. ἄφθονον) .i. copiosum, immensum, affluentem.

fluentem. q. d. sine inuidia. h. e. benigne & large. vel, benigno & largo prouentu. ἑθελημοι) .i. sine murmuro, volentes, vel, cum sua voluntate. Q. d. nulli erant iudices constituti, qui discernerent causas, sed homines sine legibus & iudicijs rectè viuebant. Ouid. Nec supplex turba timebat Iudicis ora sui, sederant sine iudice tuti. ἥσυχ) .i. quietus. Inde dicitur φιλήσυχ, homo amans quietis & pacis, & ἡσυχία, quies seu pax. Aristoteles dicit animosum principem debere esse fortem virum. h. e. qui ausit aliquid agere & tamen amantem pacis h. e. non turbulentum. νέμοντο ἔργα) .i. fruebantur suis operibus. h. e. parto labore. Quilibet fungebatur suo officio quiete, nullis legibus coactus. Nam νέμω significat aliquando frui. Interpres putat ἔργα hoc loco collectionem spontaneorum fructuum appellari & illud ἐνέμοντο significare aut edebant, aut diuidebant sibi inuicem. ἥσυχοι) Alij sic reddunt hanc sententiam, illi vnanimiter viuebant donis diuum, & inter se pace fruebantur. Et taciti lætos soluebant pectora in vsus.

αὐτὰρ) Describit eorum vitam post hanc vitam, Illa enim sententia hæsit in animis hominum, restare alium statum animarum. ἐπεὶ κεν) Interpres censet legendum esse κε & dicit esse longum, quasi communis syllaba. In partem enim orationis desinit. κατακάλυψεν) .i. abscondit, occultauit, tegit, ἀπὸ τοῦ καλύπτω. Q. d. postquam desierunt esse, aut mortui sunt. τοι pro οἱ. Quia Dores sæpe vtuntur τ pro

pro aspiratione. γαῖα) Iam sequitur, quid post mortem illis contigerit, vel, quæ conditio, vel, quis status post mortem fuerit. γένος) i. cum illud genus hominum est extinctum, seu mortuum. γαῖα) Nostri dicunt die pewe. h. e. terram, quæ colitur, & quæ fert frumentum. δαίμονες) vocat hoc loco δαίμονας homines aurei seculi, qui erant relati in numerum Deorum. Vide prouerb. Malus genius. Putant autem quidam, δαίμονας dici, quasi δαΐμονας, quod Dij omnia sciant, vt Plato ait in Cratylo, ἀπὸ τοῦ δαΐω .i. scio & teneo. Plura vide de Etymologia apud Macrobium lib. Saturnal. 1. cap. 23. Apud eundem hi versus in latinam linguam traducti leguntur,

Indigetes diui fato summi Iouis hi sunt
Quondam homines, modo cum superis humana tuentes
Largi ac munifici, ius regum nunc quoq; nacti.

εἰσι) i. post mortem tales forsitan facti sunt, quos vocamus Genios bonos. Nam hos Græci vocant δαίμονας .i. indigetes, qui gubernant seu disponunt res humanas. Q. d post mortem iam obambulant in mundo, vel, sunt facti angeli. βλακὰς) h e Ioue sic volente. φύλακες) i obseruatores humanorum operum, vel, qui custodiunt vel obseruant à φυλάττω .i. custodio. ἠλιθόγιοι) .i. colunt & habitant sub terris. Plane est hoc loco imaginatio de Angelis.

φυσάσσατι) Q. d. Iuppiter vult eorum, qui ita in numerum Deorum relati sunt, officium esse debere, vt in terra obambulent, perinde ac lemures, ac iniuste agentes puniant, probos vero non solum defendant

aduersus

aduersus iniuriam aliorum, sed etiam diuitiae eorum augeant & fortunent. κέτλια ἔργα) Q. d. obambulant in mundo & obseruant, si quid fiat iuste vel iniuste. Interpres exponit κέτλια. h. e. iniusta & improba. Mala enim & illicita sunt valde κετικὰ καὶ κρατητικὰ, quasi quae teneant & occupatum faciant aliquem, & non facile succedunt, sicuti iusta & bona. ἠέρα ἑσσάμενοι) Q. d. aëre vestiti, obducti, induti aëremi h. e. aërij sunt, non cernuntur, man sihet sie nicht, ab ἕω, quod est induo, ἕσω, εἷσα, vnde etiam descendit εἷμα, vestimentum. Poëta hoc loco occurrit praeoccupationi, fortasse enim Perses potuit dicere, si sunt in terris, quomodo non videmus ipsos? Huic igitur obiectioni respondet. Aërem autem vocat inuisibilitatem. Est enim aër natura caliginosus, nisi à sole illustretur. φοιτῶντες) Participium est contractum pro φοιτάοντες. i. euntes, peragrantes, à φοιτάω, ab vmb zugehen. αἰῶν) pro γαῖων per aphaeresin. πλουτοδόται) Egregium epitheton est. Quia reges solent sua munificentia bonos viros ditare. Q. d. sunt dispensatores donorum Dei. Hoc dicit Poëta, vt simul fratrem hortetur, eiq; persuadeat, vt bene agat propter spem futurae compensationis, & vt iudices dehortetur ab acceptione munerum, cum inquit, esse plane regium munus, & dominantium manifestati conueniens, munificentia sua miseros homines inopia & aegestate leuare, & non ab illis accipere, quod facere solent. βασιλήϊον) .i. administrant hoc officium regium. Obiter hic notandum est, quod munificentia

nificentia erga bonos & studiosos inprimis deceat reges, principes, & omnes, qui gubernacula rerum publicarum tenent. ἔχον) ἀ χῶ, idem est, quod teneo. Q. d. principes sunt quasi vicarij Dei in hac vita, Ideoq; Dij vocantur in sacris literis, vt in Psal. Ego dixi, Dij estis.

TEXTVS.

Δεύτερον αὖτε ἠΐθεον πολὺ χέρότερον μετόπισθεν
Ἀργύρεον ποίησαν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Χυσέῳ ἅτε φυλῷ ἐναλίγκιον, ἅτε νόημα.
Αλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
Ετρέφετ' ἀβάλλων μέγα νήπιος ὢν ἐνὶ οἴκῳ.
Αλλ' ὅταν ἡβήσῃ. καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
Παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον ἄλγε' ἔχοντες
Αφραδίας. ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο
Αλλήλων ἀπέχειν, ἐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
Ηθελον, ἐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς,
Η θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα. τὸς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος, ἕνεκα τιμᾶς
Οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς, οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν.

Αὐτὰρ

Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
Τοὶ μὲν ἐποχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται
Δεύτεροι, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.

VERSIO.

Secundum deinceps genus multo deterius post illud primum
Argenteum fecerunt cœlestes domos inhabitantes
Aureo neq; moribus simile, neq; animis,
Sed centum quidem annos apud matrem sedulam
Alebatur adolescens valde stultus, in sua domo.
Verum quando puber factus esset & pubertatis mensuram attigisset
Paululum viuebant ad tempus dolores habentes
Per stulticiam. Iniuriam enim temerariam non poterant
A se mutuo abstinere, neq; Deos colere
Volebant, neq; sacrificare Deorum in sacris aris,
Quemadmodum decet homines secundum regiones.
Hos quidem deinde
Iuppiter Saturnius occultauit iratus, eò quod homines
Non dabant beatis Dijs, qui Olympum tenent.
Verum postquam & hoc genus terra occultauit
Hi quidem subterrestres beati mortales vocantur
Secundi, verum tamen honor etiam hos sequitur,

VALLA.

VALLA.

Proxima ſucceſſit terris argentea proles,
Auro deterior, ſenſuq; & moribus impar,
Tunc ſibi quiſq; ſuæ fecere ſub vbera matris
Ocia mortales, paulatim adoleuit in annos
Ingenij rude principium, quo decolor ætas
In proprijs etiam laribus rude pectus agebat.
Aucta tamen poſtquam ad ſummos peruenerat annos
Viuendi breuius ſpacium fuit, anxius ardor
Curarum incumbens aderat, quas improba mentis
Gaudia fecerunt, alterna iniuria nunquam
Deſtitit, & nulla in ſuperos reuerentia, nullos
Sacrorum ritus ætas argentea vidit,
Hanc Deus extinxit meritam flammatus in iram.
Poſtquam hominum occuluit argentea ſecula tel-
Non tamen illorum ſine nomine vita receſſit, (lus,
Sub terriſq; Dei ſedes coluere ſecundas.

FRISIVS.

Inde genus ſuperi fecere argenteum Olympi,
Longe deterius multis in partibus aureo,
Haud mentis probitate valens, haud indole tantum.
Tempore at hoc hominum, bis quinquaginta per an-
Matris lacte domi viuebat paruulus infans, (nos
Sed quum pubertas iam plenaq; contigit ætas,
Tempus ad exiguum poſt illis vita manebat.
Plurima viderunt mala, Namq; iniuria nunquam
Mutua ceſſabat, reuerentia nulla Deorum,
Nullus erat cultus, nulla aris ſacra ferebant,
Vt mos eſt alijs mortalibus: hinc pater altus
Iuppiter accenſus merita illos perdidit ira,
Quod ſuperis nullos dare dignarentur honores.

At genus hoc postquam tellus quoq; texit in alue,
Illi sub terris sedes habitare secundas
Sunt iussi, atq; illic non sunt ab honore remoti.

DISPOSITIO.

Δεύτερον) Iam sequitur secunda ætas, Gigantum scilicet, quam fingit Poëta argenteam aurea ætate deteriorem. In sacris autem literis habemus testimonium Genes. 6. quod ante diluuium super terram quoq; fuerint Gigantes, quibus tribuitur primum stultitia in intellectu, deinde violentia in factis, Deniq; impietas erga Deum, & in Hebræa lingua vocantur Niphlim, per quos D. Lutherus intelligit Tyrannos & Cyclopes, non à magnitudine terribili corporum, sed à Tyrannide & oppressione dictos, quod freti sua vi & potentia, non curantes Deum & homines, vi grassati sunt, nulla habita ratione legum, aut honestatis, sed simpliciter indulgentes suis voluptatibus & cupiditatibus, quales Poëtæ adumbrant in descriptionibus Cyclopum, & quales Tyranni & Cyclopes etiam in hoc fine dierum multi sunt. Nam qui iure regunt, hos scriptura pastores & principes appellat. Qui autem per iniuriam & violentiam regunt, hi recte Niphlim vocantur, quod obruant & opprimant infra se positos.

Hinc orta est apud Poëtas fabula de Gigantibus, qui perhibentur tantis, tamq; prævalidis fuisse viribus, vt ad oppugnandum cœlum altissimos montes humeris

meris suis comportarint. Hæc autem Gigantomachia potest accommodari ad conspirationem hominum in Republica præpotentum, quales olim fuerunt Sylla, Marius, Catilina, Antonius, & si qui alij viribus suis freti, iniusta & nefaria bella mouerunt aduersus Rempub. Ac quanquam alij quoq; infimæ sortis homines, qui vel in Repub. aduersus leges seditiose tumultuantur, vel impuro ore conuicia in principes euomunt, in Gigantum numero habendi sunt, tamen qui non habent vires gestandis montibus pares, vix Gigantum fraterculi dici possunt.

Non dubium est autem fabulam in istos confictam esse, quicunq; aduersus leges ac magistratum arma sumunt. Nam cum diuinitus constituantur Respublicæ, quid est aliud aduersari legibus & magistratui, quàm ipsi Deo? Potest etiam accommodari ad hostes Ecclesiæ, qui aut falsa doctrina, aut vi conantur labefactare veram religionem. Sacræ autem literæ, vt supra dictum est, testantur Gigantes fuisse homines à vero DEI cultu, & à iustitia alienos. Est igitur in hac fabula cœlum, vel Respublica vel Ecclesia, Iuppiter supremus magistratus, Gigantes vel ciues seditiosi, vel Hæretici, vel Tyranni, qui manus inferunt pijs, & iniusta faciunt, Montes ad oppugnandum cœlum congesti, conatus temerarij, & opiniones impiæ, fulmen Iouis, diuina vltio. Nam omnes puniuntur diuinitus, ac perinde vt Gigantes habent tristes exitus, quicunq; contra legitima imperia, quibus subiecti esse debent, arma capiunt, aut qui delere Ecclesiam conantur, sicut

exempla Catilinæ, Bruti, Cassij, Diocletiani, & aliorum ostendunt.

Vt vero Poëtæ tales, tanquam nefarios homines detestarentur tanquam monstra, affinxerunt Gigantibus pedes anguinos. Nihil est enim tam immane, tam monstrosum, quàm aduersus Deum, aduersus pietatem, aduersus magistratum, leges, ius & æquum, aliquid moliri: Ioachimus Camerarius (piæ memoriæ) vir omni doctrina eruditus, anguinos Gigantum pedes exponit de improbis consiliarijs, quorum turpi sustentatione Tyranni tanquam pedibus nituntur. Hactenus Sabinus de Gigantomachia.

Testatur igitur Hesiodus hoc loco Gigantes homines grandes primum fuisse stultos, Deinde violentos, Tandem quoq; impios, Quare subitò extinctos, & oppressos fuisse à Deo.

PARAPHRASIS.

Postea secuta est alia ætas hominum, nempe, argentea, in qua neq; corporibus, neq; mentis probitate homines erant similes prioribus, qui in aurea ætate vixerunt. Quia hoc tempore homines nullum malum sentiebant, puer ad centesimum annum vsq; domi matris lacte viuebat. Sed cum pubertatem attigissent, non diu viuebant obnoxij doloribus, quos vltro & veluti per stulticiam contraxerant. Primum enim mutuæ inimicitiæ inter eos exarserant. Deinde non præstabant Dijs eam reuerentiam in sacrificando, quam pietas ab

eis merito

eis merito requirebat. Quare propter impietatem & neglectam religionem mortui sunt, ita tamen, vt & suum honorem habeant, & sub terris sedes suas colant.

EXPLICATIO
TEXTVS.

δεύτερον) Sequitur argenteæ ætatis descriptio, sicut Virg. 8. Aen. Deterior, donec paulatim ac dea color ætas. Sic Ouid. Subijtq; argentea proles Auro deterior fuluo, pretiosior ære. Aratus sic ait, ποθεῦσα παλαιῶν, ἦθεα λαῶν. h. e. desiderans mores veterum populorum. Diligenter autem obseruandum est, quod Aratus fingit primas tenuisse IVSTICIAM in aurea ætate, Hac sublata corruptiores mores hominum successisse. ἔχοντες) .i. Dij. ποίησαν) pro ἐποίησαν ἀ ποιέω. χειρότερον) pro χεῖρον. i. longe peius aureo genere, ἀ κακός. Nam formant de se duplicem comparatiuum, regularem & irregularem. χρυσέῳ) h. e. hominibus maliciæ expertibus. Q. d. nullo modo erant similes prioribus, qui in aurea ætate viuebant. neq; corporibus, neq; animis. φύλῳ) .i. moribus, ingenio, natura, mentis probitate. Interpres φύλῳ exponit ætatem. παρὰ τὸ φύω. i. planto, ducta metaphora ab arboribus & stirpibus, quæ plantantur. ἐναλίγκιον) Construunt cum accusatiuo, sicut latini dicunt, vt Virgilius dixit, similis vocem. ἀπὸ τοῦ ἄλις ἔοικον εἶναι. i. Satis propinquum & assimile, facta conuersione literæ γ in κ. νόημα) .i. sensu, mente,

intellectu, vel cogitationibus, pro κατὰ τὸ νόημα. Q. d. non erant illæ vires, non illud acumen ingeniorum, sicut priorum hominum in priore ætate, non erant illæ cogitationes, non erat ille sensus. Ita mutantur mores & sensus hominum pro diuersitate temporis. Noëma vocatur etiam aliquod dictum, quod refertur ad locum communem, vt, Bis pueri senes.

ἀλλ' ἑκατὸν) Ne tamen homines argenteæ ætatis planè essent pessimi, poëta dicit eos ad centesimum vsq; annum extitisse semper pueros. Posteaquam autem ex ephebis excesserint, non diu vixisse, sed perijsse sua ipsorum stultitia. Primum dicit mutuis discordijs & bellis extinctos esse. Deinde fuisse impios, atq; ob illam impietatem & neglectam religionem grauissimas pœnas Deo dedisse. Quia DEVS de eis sumpsit supplicium. Hinc discamus, vt reuerenter de Deo sentiamus. Deus enim nunquam relinquit impunitam securitatem illam carnalem. κεδνὴν .i. inclytam, venerandam, sedulam. Illum sexum plærung; sic ornant poëtæ, Homerus, & alij. ἐτρέφετ') .i. nutriebatur, ἀ τρέφω .i. nutrio. q. d. longa erat pueritia & infantia hominum. ἀτάλλων) .i. crescens, puerascens, adolescens, iuuenis, paruulus existens, puerile gestiens seu ludens, ab ἀτάλλειν, quod proprie significat palpitare seu gestire, sicuti infantes solent edere pueriles & indecentes motus. νήπιος) .i. infans, stultus ἀ νὴ & ἔπος. ᾧ ἐνὶ) pro ἐνὶ ᾧ. h. e. ἐν ᾧ οἴκῳ, in propria domo. Dicuntur autem hæc per figuram, quæ ἀντισροφὴ & ἐπέκτασις vocatur. Interpres

terpres videtur perstringere mollem & effæminatam vitam hominum argenteæ ætatis. Hoc enim præter morem apud illos venisse in vsum, vt vsq; ad longum temporis spacium, apud parentes versarentur, & magis se domi continerent apud matres & hoc modo muliebriter educati fuerunt. Egreßi autem & separati ab ædibus paternis, cum alij aliorum iniurias ferre non possent, nec quid officio, vitæq; suæ conueniret intelligerent, exiguum vitæ curriculum tenuerunt, seq; vel mutuo perimebant, vel alijs calamitatibus oppetebant. Nec male conuenit, vt ij, qui semper domi latent, & inter manus mulierum nutriuntur, mollesq; sunt, & nihil pati possunt, breui vitæ spacio fruantur, eoq; modo decedant. Hinc etiam illos, magnos stultos appellat, propter tam mollem, delicatamq; educationem.

ἡβήσειε) .i. cum adoleuisset, vel cum ad pubertatem acceßisset. ἡβήσειε pro ἥβησε dixit Attice ἀορ. α. Aeolicus opta. modi, sicut τύψειε, ab ἡβαίω. εσω, ἥβη vero pubertas vocatur. Inde dicitur ephebus, qui iam ad annos pubertatis accedit. ἥβης μέτρον) periphrastice dixit pro ἥβη. Q. d. quando iustam ætatem adepti sunt. μέτρον) .i. spacium, seu mensuram pubertatis, seu illius integrioris ætatis. ἵκοιτοι) Aor. 2. optatiui, ab ἵκομαι. παυρίδιον) exiguum. Descendit autem á verbo παύω, quod est finem impono, Inde παῦρον .i. exiguum & breue, siue, quod breui tempore finiri potest, & per πραγωγὴν ὑποκοριστικὴν Atticam, παυρίδιον. ζώεσκον) pro ἔζωον. σκον

enim est paragoga Ionica. Q. d. quando erant iam adulti, non diu viuebant propter suam stulticiam. ἀφραδίαις) .i. per stulticiam. h. e. vltro accersebant sibi mala. Aratus sic ait, κακοῦ δ' ὑπ' κείσεται ἄλγος, ἀφραδία signi: stulticiam, vel incogitantiam, Merito autem istis Deus breuem vitæ cursum attribuit, egreßis domo paterna. Ociosam enim prorsus vitam traducebant, sedentes domibus paternis, parentumq; bona depascentes, & cum egrederentur, nullo consilio habito, contra se mutuo excandescebant, Ideoq; verberibus vltro, citroq; factis, breui temporis spacio vitam amittebant.

ὕβριν) contumeliam, seu vim. ἀτάσθαλον) .i. temerariam, grauem, pernitiosam. Significat enim aut vim pullulantem in malis, aut certe iniustam. ἀπὸ τοῦ θάλλειν ταῖς ἄταις. Q. d. iniuriam amouere à se inuicem non potuerunt. ὑβριστὴς dicitur homo contumeliosus, vel nocendi cupidus. ἀλλήλων) .i. à se mutuo, vel, inuicem. Habet enim vim aduerbij. ἀπέχειν) Q. d. erant homines violenti, mutuis inimicitijs & vulneribus perierunt, vel, inter se contendebant, sicut Cyclopes & Gigantes, vel, alij aliorum iniuriam ferre non potuerunt, sed continuo exarserunt. Concordia autem paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. θεραπεύειν) Proprie significat cum quadam obseruantia & pietate colere. Inde θεραπεία dicitur reuerentia seu obsequium. ἤθελον) ab ἐθέλω. Quia in augmento ε in η mutatur. ἔρδειν) .i. facere, .i. sacra. Tertius gradus est, Nullum honorem habebant

bant Deo, Non sacrificabant Dijs, sicuti mos est. ἕρδειν non raro apud Græcos capitur pro ῥέζειν. i. sacrificare, vt facere apud Latinos. Virg. Cum faciam vitula, pro frugibus ipse venito, Sic vsurpat & Cicero pro Archia. μακάρων). i. morte non occumbentium. ἣ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα) Interpres existimat sic ordinanda esse verba huius loci, οὐδ' ἤθελον ἕρδειν ἐπὶ ἱεροῖς βωμοῖς μακάρων κατὰ τὰ ἤθεα. h. e. secundum instituta & consuetudinem, nimirum, ipsorum vitam, ὡς θέμις ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις. hoc est, quemadmodum facere conuenit homines. ἣ particula posita est pro καθὼς. h. e. quemadmodum, vel, sicut. θέμις). i. licet, fas est, æquum est. Alias θέμις dicitur Dea legum, vel ἡ εὐθεσία. i. rectitudo, καὶ τὸ δίκαιον. i. iusticia, eò quod disponat vel approbet omnes, qui recte agunt. κατ' ἤθεα) .i. sicut consuetum est singulis, vel iuxta sacros patrios ritus, vel, iuxta mores singularum gentium, vel, sicut mos est gentibus in vnaqualibet gente. Sunt enim alij aliarum gentium mores, nach eines jedern Landes art vnd gewonheit, Sicuti dici solet, Landlich gewonheit / Landlich sitten. Obseruandum est, quod ἤθεα non solum significat mores, sed loca etiam, in quibus consuemimus, vt apud Homerum in fine Iliad. χ. ξίμφα ἐγὼν φέρε μετὰ ἤθεα, καὶ νόμον ἵππων. h. e. Currit in assueta pascuis loca, aut in assueta lauationi flumina, & lib. 1. Iliad. .i. vbi loquitur de apro, ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν ἄθων οἰνῶπα

ἀλωλῶ. h. e. vastans ex consuetudine, seu consutus deuastare.

ἔκρυψε) i. deleuit, occultauit, abdidit, tegit, oppreßit, interfecit, Er lieſſe ſie ſterben/ Er hat ſie vertilget. Q. d. propter impietatem ſunt mortui. χολόμενος) .i. accenſus ira, à χολόω .i. iraſcor. Hic locus dignus eſt obſeruatione. Quia ſecuris & contemptoribus Dei incutit timorem, quod aliquando ſui contemptus & defraudati honoris, quem Deo debuerunt præſtare, ſcilicet, timorem & fidem & dilectionem, grauißimas ſint daturi pœnas. αὖτε τὰς) Poſtquam Poëta deſcripſit ſecundam ætatem Gigantum, recitat iam, quid illis acciderit poſt mortem. γένος) .i. ſecundam ætatem hominum, ſeu, ipſos Gigantes. ὑποχθόνιοι) .i. ſubterreni Dij mortales vocantur ſecundi. h. e. ex mortalibus hominibus facti Q. d. primæ ætatis homines ſunt facti Dij indigetes regentes res humanas. Sed ſecundæ ætatis homines ſunt facti Dij inferum, qui adminiſtrant imperium & res apud inferos. Alij legunt ὑποχθόνιοι .i. ſubterreſtres, ſubterreni, h. e. aſciti ex mortalibus. δεύτεροι) .i. ſecundæ ætatis homines. ὀπηδεῖ) .i. comitatur, ſequitur, Q. d. ſunt tamen & illi ſortiti ſuum honorem. τοῖσιν ὀπηδεῖ) Verba apud Græcos, quæ ſignificant ſequi vel comitari, conſtruuntur cum Dativo, vt cum dicimus, ſequitur illis. Sic enim ipſi loquuntur. ἀλλὰ ἔμπης) .i. attamen. Eſt autem aduerſatiua coniunctio. Q. d. quamuis celeres eſſent

essent ad iram & quosdam defectus haberent, tamen suum quoq; honorem adepti sunt.

TEXTVS.

Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀν-
θρώπων
Χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργυρῷ οὐδὲν ὅμοιον,
Εκ μελιᾶν δεινόν τε καὶ ὄμβριμον, οἷσιν ἄρηος
Εργ' ἔμελε στονόεντα, καὶ ὕβριες: οὐδέτι σῖτον
Ησθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα
θυμὸν,
Απλαστοι· μεγάλη δὲ βίη, καὶ χεῖρες ἄαπτοι,
Εξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖς μελέεσσιν.
Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ
τε οἶκοι,
Χαλκῷ δ' ἐργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σί-
δηρος.
Καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν ὑπὸ σφετέρῃσι δα-
μέντες,
Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ ἀΐδαο,
Νώνυμοι, θάνατος δὲ, καὶ ἐκπάγλους περ
ἐόντας,
Εἷλε μέλας, λαμπρόν δ' ἔλιπον φάος ἠε-
λίοιο.

VER-

VERSIO.

Iuppiter autem pater tertium aliud genus loquentium hominum
Æneum fecit, non argenteo quicquam simile
Ex arboribus, graue & pernitiosum, quibus Martis
Operæ curæ erant luctuosa, ac contumeliæ, neq; cibum vllum
Commedebant, verum adamantis instar habebant durius animum
Deformes. Magnæ autem violentia, & manus intangibiles
Ex humeris natæ erant in validis membris.
Illis autem erant ænea quidem arma, æneæq; domus,
Ære vero operabantur, Nigrum autem ferrum nondum erat.
Et hi quidem manibus à suis domiti,
Descenderunt ad caliginosam domum horridi Plutonis
Ignobiles, Mors etiam feroces quanquam existentes
Rapuit nigra, splendidum autem reliquerunt lumen solis.

VALLA.

Tertia post illam successit ænea proles,
At nihil argento similis, Dryadumq; creata
Sanguine, dura quidem, robustaq; pectora tendens,
Tota feri misero Martis feruebat amore,
Nulla quies illi, nullum ius, durior ætas
Ipso adamante fuit vultu metuenda superbi,
Cui nunquam inuictum robur, forteſq; lacerti
Defuerant humeris, tunc ærea tela domusq;
Omnis in ære labor, non ferri emerserat vsus.

Ha

Hæc autem proprio proles consumpta furore
Ad gelidi loca nigra Iouis sine honore recessit,
Et quanquam extiterit inuicto robore, ab atra
Morte tamen victa est, solis lumenq; reliquit.

FRISIVS.

Ænæum at hinc hominum genus alti rector Olympi
Iuppiter, æquandum non parte argenteo in vlla.
Quercubus ex duris fecit durum, validumq;,
Mars erat his cordi, & vesana libido nocendi,
Non frugem ederunt, adamantis pectus habentes,
Infandum suberat robur, fortesq; lacerti
Pendebant de humeris, membra omnia crassa ferebant
Arma quidem ex solido constabant ære, domusq;,
Omnia (adhuc ferro tum ignoto) ex ære parabant.
Vita illis proprio manuum finita furore est,
Atraq; Plutonis nullo cum nomine regna
Intrarunt, quamuis fortes, quamuisq; superbos,
Mors tamen inuasit, solemq; relinquere fecit.

DISPOSITIO.

Nos versamur adhuc in loco de chronologia, & non dubium est, quin poëta descripserit ætates, regna, & mutationes præcipue in Græcia, quamuis descriptio illa potest accommodari ad regna & monarchias totius mundi, sicut illa imago in Daniele pertinet ad monarchias totius mundi, & potest hæc descriptio non tantum ad imperia Græciæ, vel totius mundi accommodari, sed ad administrationem, & ad vnumquodlibet imperium per se. Plærunq; enim primus

aditus

aditus est aureus, Deinde sequuntur illa, quæ sunt deteriora, donec perueniatur ad extremum exitium. Iam sequitur igitur tertia ætas Cadmeorum fratrum, quos dicit fuisse homines seditiosos, atroces, & crudeles, qui inuicem seipsos confecerunt bellis ciuilibus, mutuis cedibus, & vulneribus.

Nota est fabula apud Ouidium lib. 3. Meta. de Cadm. Agenoris filio, qui occiso rege, cui erat nomen Draco ti, fertur occupasse regnum Bæotiæ, aduersus quem cum amici & filij Draconis bellum coniunctis viribus, suscepissent, ipse iecit inter eos semina discordiæ, Quia tandem distracti atq; consumpti sunt. Hinc nata est fabula de serpente, eiusq; dentibus in terram seminatis, ex quibus subito extiterint duæ acies galeis & hastis armatæ, quæ mutuis vulneribus sese confecerint, fingitur autem Cadmus illam sementem fecisse iussu Palladis. h. e. diuino consilio. Est enim singularis prudentiæ, ita diuellere hostium consensum.

Ac videre mihi videor in hac fabula quandam imaginem horum temporum, vbi aliquoties fœderati principes simili arte sunt distracti, & postea inter sese dimicantes perierunt. Porrò nihil est stultius ac pernitiosius, quàm implicari bellis ciuilibus. Nulla enim societas fœderum est diuturna, Multa siquidem incidunt, quibus illa dirimitur & conuertitur in hostiles inimicitias. Docet igitur fabula συμμαχίαν esse vitandam. Ideoq; vnus de terrigenis fratribus Cadmum admonens, ita exclamat, Nec te ciuilibus inferet bellis. Hactenus de Cadmi fabula Sabinus.

PARA

PARAPHRASIS.

Post illam succeßit tertia ætas ænea, quæ argenteæ neutiquam fuit similis, vt quæ ex arboribus creata dicitur. Habuit enim homines graues & robustos, qui nihil aliud spicabant, nisi bella & contumelias, non commederunt frumentum, sed vt homines duri & feroces, primò pecudes laniauerunt, & carne vesci cæperunt, erant homines monstrosi, & violenti, quibus nemo audebat inferre manus, validis membris præditi, vsi sunt æneis armis & ædificijs, cum nondum habuerunt ferrum. Mutuis autem dißidijs, & bellis extincti ad Orcum descenderunt & quanquam feroces erant, tamen mortui sunt, & splendidißimum lumen solis reliquerunt.

EXPLICATIO TEXTVS.

Ζεὺς) Descriptio tertiæ ætatis æneæ sequitur. Sic Ouid. Tertia post illam succeßit ahenea proles. Sic Aratus, χαλκεὶη γενεὴ, προτέρων ὀλώτεροι ἄνδρες. h. e. æreum genus, prioribus peiores viri. μερώπων) .i. vtentium varia lingua seu voce. οὐκ ἀργυρῷ οὐδεν ὁμοῖον) Duæ negationes efficiunt propositionem affirmatiuam, vt cum dico, Nemo non sic iudicat, est propositio affirmatiua vniuersalis. Sed in Græca lingua vehementius negant duæ negationes, non affirmant, vt cum dico, æneum genus planè seu

prorsus

prorsus dißimile est argenteo seculo. χάλκεον γέ-
νος) Interpres per æneum genus intelligit Gigan-
tes propter bellicam fortitudinem, qua excellebant.
Antiquitus enim æreis armis & gladijs, atq; alijs ru-
sticis instrumentis ex eodem ære factis vtebantur, tinc-
tura quadam consolidantes illa. Postquam autem pe-
rijt consolidans illa tinctura æris, iam ferro vtimur.
χάλκος autem vocatur ἀπὸ quod chalybes ipsum
primi inuenerint. Ipseq; interpres existimat ab initio
ferrum extitisse, sed ab Homero τὸν πολεμικὸν καὶ
ἀναιρετήριον dici χάλκον ὡς θετικῶς. ἀπὸ τοῦ χέ-
ειν τῷ ἀλκῇ, quod fundat robur, vt sit, ξίφος
χάλκεον, ἔγχει χαλκείῳ, τοῦ χέοντι τὴν ἀλ-
κὴν καὶ τὴν δ' ἀναμιν τῶν ἀναιρεμένων, fundenti
robur atq; virtutem occisorum, Aut oportet Hesiodo
credere & cæteris.

ἐκ μελιᾶν) Sic reddidit Ouid. 1. Meta. Inde
genus durum sumus, experiensq; laborum, Et docu-
menta damus, qua simus origine nati. Obseruandum
autem est, quod Poëta hoc loco dicit homines natos
esse ex arboribus, propterea quod fuit genus homi-
num bellicosum, inquietum, turbulentum, atrox, for-
te, & robustum. Id enim conuenit cum alio quodam
commento, quo poëtæ fingunt homines ex lapidibus
procreatos esse, & eleganter hoc figmento hominum
duricies atq; feritas depingitur. Nam soboles eorum,
à quibus gignitur, naturam imitatur, Sicut Horatius
inquit, fortes creantur fortibus & bonis. Et Virgi-
lius cum inquit, Sic canibus catulos similes, Sic ma-

tribus

tribus hædos. Idem, Inde homines nati durum genus: Et propterea etiam Dido lib. 4. Aene. Aeneam, cum ei duriciem & immanitatem summam obijcit, negat à Dijs ortum esse, Sed inquit, Duris genuit te cautibus horrens Caucasus. ἐκ μελιᾶν dixit Dorice pro μελιῶν. Est autem ἡ μελία species arboris, & dicitur fraxinus (Eschen) ex qua fiunt hastæ prælongæ & tela. Quare & Homeri preconio Achillis hasta nobilitata est. Significat quoq; μέλισσαν. Hesiodus in Theogonia tradit terram ex sanguine virilium cœli Nymphas, quæ μελίαι vocarentur, progenuisse, νύμφασε' ἃς μελίας καρέουσ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν. Vnde Valla ἐκ μελιᾶν sanguine Dryadum reddidit. Etiam alibi in Theogonia hominum est epitheton, οὐκ ἐδίδον μελίῃσι πύρος μένος ἀκαμάτοιο θνητοῖς ἀνθρώποις, οἳ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσι. Item Hesychius μελίας καρπὸς, τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, Meliæ fructus, genus humanum. Recte igitur dicit Interpres, quod Iuppiter fecerit genus hominum, oriundum ἐκ μελιᾶν. h. e. durum & immite, vt videatur, aut ex arboribus, aut ἀπὸ τοῦ ἔζω μελῶν. h. e. aliunde, quàm ex membris & corporibus humanis ortum esse, eò quod communem hominum corpulentiam, animositatemq; excederent, & procliues essent ad cædem. Nullam enim rationem suorum corporum habebant, tanquam si saxeum aut ferreum corpus tenerent. Aut certe πρὰ τὸ ἐκ μελὲς καὶ ἄρρυθμον εἶναι, quod essent inconcinni, atq; incompositi & contumaces, ducta metaphora, ἀπὸ τοῦ μέλους τοῦ μουσικοῦ.

Fraxinus hanc habet proprietatem, vt serpentes eius vmbram non ferant.

δεινὸν) .i. graue, vehemens. Q. d. fuerunt homines feroces, bellicosi, contentiosi. ὄμεξιμον) .i. violentum, crudele, potens, forte, impetuosum, & robustum. Ouidius sic describit, Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma. Aratus, οἳ πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν εἰνοδίλιον. h. e. Hi primi noxiam fabricati sunt machæram publicam. h. e. susceperunt bellum. οἷσιν) iv tantum abijcitur propter sequentem dictionem. ἔμελε) .i. curæ est. Construitur cum datiuo personæ, & nomine obiecti á μέλει, impersonali .i. curæ est. σονόεντα) .i. tristia, lugubria, gemenda, ingemiscenda, luctuosa, lachrymabilia. Quia nihil cogitabant, nisi contentiones & contumelias. Aptum epitheton belli, quod plenum est calamitatum, etiamsi sit iustissimum. à σεύω .i. gemo vel gemiscendo vel laborando aliquid efficio, Inde σονόεις. h. e. laboriosus vel lachrymosus.

ὔβριες) h. e. erant homines bellicosi. Verum qui suas vires non conferunt ad defensionem iusticiæ, sed ad violentiam, erant violenti & crudeles, & se inuicem confecerunt, vel, conciderunt mutuis vulneribus. οὐδ' ἔτι σῖτον ἄωτον) σῖτος dicitur cibus vel panis, Inde est parasitus ein tellerlecker oder schmarutzer, qui iuxta patinam cibum solet expectare. Sententia autem huius loci est, homines aureæ ætatis non vtebantur communi victu, sed erant homines feri, seind wüste Leute gewesen, non solebant vi-

uere

uere more humano, vel non dabant operam agriculturæ, non colebant agros, non vtebantur vsitato victu quæsito per agriculturam, sicut cæteri homines, sed viuebant ex rapto, ab ἐσιάω .i. commedo, vel, cibum præbeo. Indicat igitur poëta Hesiodus hoc tertium genus, æneum videlicet, non commedisse frumentum, sed illos homines priores solitos esse laniare pecudes & carne vesci. quod quidem Aratus addidit sic inquiens, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων h.e. homines æneæ ætatis primi laniauerunt pecudes. Porrò autem hoc magnum nefas esse creditum est, & propterea Varro de boue aratore ita scribit, Ab hoc antiqui manus ita abstinere voluerunt, vt capite sancierunt, si quis occidisset. Neq; etiam aliud intelligendum est, cum Homerus XII. Odyss. finxit Vlyssis socios ideo omni malorum genere affectos esse, quod Solis boues mactauerint, quàm illos boues aratores deuorasse, quos violare summa impietas existimabatur. Sic enim Vlysses ait ad suos socios, monens vt gregibus Solis abstineant,

Τῶν δὲ βοῶν ἀπεχώμεθα μήτι παθείμεν,
Αεινοῦ γὰρ θεοῦ αἵδε βόες καὶ ἴφια μῆλα
Ηελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει, &c.

Hoc est:

A bobus abstineamus, nequid detrimenti patiamur
Grauis enim Dei sunt hæ boues & oues
Solis, qui cuncta conspicit atq; audit.

Significarunt enim homines non debere malam gratiam referre bene de nobis meritis, sicut in quibusdam partibus Germaniæ prohibitum est occidere Ciconiam, quæ auis est nobis symbolum pietatis. Interpres Græcus sic exponit hunc locum, Neq; etiam assidentes mensæ quiescebant, sed armati & fœdati sanguine manducabant, Ideoq; dixit, μηδὲ σῖτον. Mensæ enim & ciborum tempus solet esse pacificum, animiq; delectationi tribui.

ἀδάμαντ' ἔχον θυμὸν) h. e. durum seu robustum animum habebant, erant atroces & intractabiles, tanquam Adamas. Erasmus sic vertit hunc versum, Durus at his animus solido ex Adamante creatus. Adamas autem est gemma durissima (Demant) coloris, quàm Crystallus obscurioris in Arabia & Cypro nascens, tantæ duriciei, vt non igne, non ferro, sed solo hirci sanguine dometur. Maximè vero si aliquot ante dies petroselino, siserè montano, & vino nutriatur. Adamas vero deriuatur à sterilica particula. α & δαμάζω. i. domo. Pulchrè igitur describit Poëta vires corporis, & significat mirabilem duriciem in illorum animis fuisse, quod ciuiles discordias excitarunt, quæ florentissimas Respub. euertunt. κρατερόφρονα) i. infractum, durum, intractabilem, qui non potuit flecti. Q. d. fuerunt homines feroces, ἄπλαστοι) .i. deformes, monstrosi, incompositi, feri, barbari, inculti, inacceßi, quibus nemo appropinquat, agrestes, wüste leute / die vngehübelt vngeschaffen sind. Quia corpus semper sequitur animum.

mum. Exemplum habetur in Thersite Homerico lib. 2. Iliad. ἀ πλάττω .i. fingo, creo. βίη) vis, violentia. Q. d. inuictum robur. ἄαπτοι χεῖρες) .i. inuictæ, intangibiles, fortes, indomitæ, aut intrepidæ. Q. d. tanta erat ferocia hominum, das niemand hat zu jhnen gedurfft. Erant illis manus, quæ non præbent se ad seruiendum, vincendum, vel ligandum.

ὃς ὤμων ἐπέφυκον) .i. instar arborum crescebant, à verbo πεφύκω, per hoc autem verbum innuit grande quiddam & giganticum. Dixit ἐπέφυκον pro ἐπεφύκεισαν, sicut ἔτυφθεν ἔσαν ἐτύφθησαν ἔστησαν ἔδοσαν. στιβαροῖς) .i. robustis, duris, fortibus, validis, craßis. Q. d. extensa habebant brachia, erant gigantes. Non enim dubium est, quin alludat ad fabulam de Gigantibus, vel de Cyclopibus. χάλκεοι οἶκοι) q. d. habuerunt altißimas turres, aut arces, sicut bellatores. Aut vocant æneas, non quod æneæ erant, sed quod plenæ essent armorum bellicorum. χαλκῷ ἐργάζοντο) .i. Es ist jhr thun gewesen, Omnis in ære labor. Q. d. omnia opera fiebant ex ære. χαλκῷ) .i. æneis instrumentis, ligonibus, ascijs, & cæteris. ἔσκε) pro ἦ. h. e. cum non habuerunt ferrum. Epenthesis est ab εἰμι, persona singularis Ionica præteriti imperfecti. σίδηρος) .i. nullus adhuc vsus ferri emerserat. μέλας) .i. nigrum, fuscum. Tantum fuit eo tempore vsus æris & illi tamen tenuerunt artem seu modum durandi. Apud Homerum multa scuta dura obducta corijs bubulis & ære traijciuntur. Illa sæuitia paulatim creuit, donec

peruentum est ad summum. Semper enim singulis temporibus tristiora & crudeliora arma excoguntur ad exitium hominum. Achilles apud Homerum præbet magnam massam æris ad conficienda æramenta. h. e. instrumenta ad agros vtilia.

κρὶν τὸ) Q. d. illi mutuis cædibus conciderunt. δαμασθέντες) .i. superati. Participium est ἀορ. β. Pass. ἀ δαμάω. Q. d. proprio furore manuum perierunt. σφετέρῃσι) pro σφετέραις, Ionice. Tametsi Interpres existimet abusiuè positum esse σφετέρησι pro ἑαῖς. h. e. suis & proprijs. Nam σφετέρας proprie de secunda persona dicitur, pro ἡμετέρας. βῆσαν) pro ἔβησαν. ἀορ. 2. ἀ βαίνω. εὐρώεντα δόμον) .i. caliginosam vel tenebricosam latam, facta Ectasi Attica syllabæ ῳω longæ. Vnde Europa nomen sortita est, Quia magis est obnoxia caligini. Aut (vt Interpres scribit) παρὰ τὸ εὐρεῖαν ἔχειν πλωὸν, quæ latum tectum habet, siue arguam capacitatem. Nec displicet illi cum litera v ipsam vocem scribere, nimirum εὐρώεντα, quasi plenam corruptionis, quemadmodum etiam κρυερὸν dicimus, eò quod merientes sunt frigidi, deficiente in ipsis calore viuifico. κρυερῷ) .i. horridi, rigidi, tristis, asperi. ἀΐδαο) Aeolicè pro ἀϊδοῦς ab α & εἴδω .i. video. Quia ibi sunt perpetuæ tenebræ. νώνυμοι) ὄνομα in compositione primum o vertit in ω, alterum in υ compositum priuatiuo α & consonante ν propter hiatum inserta, ἀνώνυμοι per aphæresin νώνυμοι vel σεσιτηρῷ νε, νεώνυμοι, contracte νώνυμοι. θάνατοι) Iam addit ἦθοι vel

vel πάθος, vtvt, sint ferores, inuicti, feri, & terribiles, tamen non potuerunt effugere mortem, der Todt hat sie dennoch auffgefressen. ἐκπαγλοὺς) .i. formidabiles, terrificos, feroces, sæuos, inuicto robore præditos. ἐκ τοῦ ἐκλήσσω .i. perterrefacio, ἐκπλήσσω. Hesychius ἔκπαγλα exponit θαύμαστα. μέγαλα, ἔξοχα, πέριττα. εἷλε) .i. abripuit eos. Q. d. vita sunt defuncti. ἔλιπον) ἀλείπω. ἠελίοιο) pro ἠελίου Ionica consuetudine. Q. d. vtut essent alijs formidabiles, tamen coacti sunt relinquere hanc vitam. Interpres existimat ἥλιον dici quasi ἅλιον τὸν ὄντα, ὡς ἐξ ἁλὸς τὴν γένεσιν ἔχοντα, quod suum ortum habeat ex mari. Aut δήλιον τὸν ὄντα. h. e. conspicuum, & facta aphæresi ἥλιον. τοὶ) pro οἱ. λαμπρὸν) .i. splendidum, lucidum.

TEXTVS.

Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
αὖθις ἐπ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ζεὺς κρονίδης ποίησε, δικαιότερον καὶ ἄρειον,
Ανδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
Ημίθεοι, προτέρῃ γενεῇ κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
Καί τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς, καὶ φίλοπις αἰνὴ,

Τὼς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ καδμηίδι γαίῃ
Ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' οἰδιπόδαο.
Τὼς δ' ἤ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης
Εἰς τροίην ἀγαγὼν, ἑλένης ἕνεκ' ἠυκόμοιο,
Ἐνθ' ἤτοι μὲν τὼς θανάτῳ τέλος ἀμφεκάλυψε.
Τοῖς δ' δίχ' ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθ' ὀπάσας
Ζεὺς κρονίδης καθέναυσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης.
Καί τοι μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
Ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' ὠκεανὸν βαθυδίνην,
Ὀλβιοι ἥρωες. τοῖσι μελιηδέα καρπὸν
Τρὶς τὸν ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

VERSIO.

Sed postquam & hoc genus terra occultauit
Rursum aliud quartum in terra multos alentt
Iuppiter Saturnius fecit, iustius & melius
Virorum Heroum diuinum genus, qui vocantur
Semidei, à priori genere per immensam terram.
Et hos bellum malum, & pugna grauis,
Partim quidem ad septiportes Thebas, Cadmeida terram,
Perdidit pugnantes propter oues Oedipodæ,
Partim autem in nauibus super magnum fluctum maris
Ad Troiam traducens, propter pulchram Helenam,

Vbi

Vbi sanè quidem mortis finis circumdedit,
His autem seorsim ab hominibus victum, & domos
concedens,
Iuppiter Saturnius pater collocauit ad fines terræ,
Et hi quidem habitant vacuum doloribus animum
habentes
In beatorum insulis, iuxta Oceanum profundum,
Beati Heroës, quibus dulcem fructum
Ter in anno florentem fert frugifera terra.

VALLA.

Postquam autem occulta est, atq; ænea corruit ætas,
Quarta fuit soboles melior, cui plurima toto
Iusticiæ hærebant animo præcepta verendæ,
Diuinum genus Heroum, primumq; vocari
Semidei, immensos illi patuere per orbes.
Hos insanus amor Martis, belliq; nephandi
Ardor, Agenoridæ septem prope mœnia Cadmi
Oedipodæ imperij causa consumpsit, & alti
Hos maris vndisoni fluctus, quem Pergama classes
Argolicæ peterent, vbi pallida mortis imago
Desuper incubuit, dum iusto vlciscitur ense
Tyndaris, hos etiam toto diuisit ab orbe
Iuppiter, & vitæ meliorem tradidit vsum,
Elysiosq; dedit colles habitare profundi
Littus ad Oceani, felix & sancta propago
Hic vbi vernat humus, vbi dulcia poma quotannis
Ter gremio effundit nutrix vberrima tellus.

FRISIVS.

At genus hoc postquam tellus quoq; texit in aluo,
Iuppiter in terris Saturni filius inde

Rursum aliud fecit quartum, præstantius atq;
Iustius, Heroum genus, ipsis æquiparandum
Dijs, ac semideos hos secla priora vocabant,
Abstulit at nimius bellorum ardorq; furorq;
Hos septem geminæ Cadmeæ ad mœnia Thebes,
Ob tua pugnantes pecora, atq; ipsum Oedipe regnum,
Illos nauigio sala per spumantia ponti
Ad Troiam vectos, te propter Tyndaris alma,
Oppressitq; illic mors vltima linea rerum.
Iuppiter at simul hos ad mundi extrema remouit,
Longe à terricolis tribuens vitamq; domosq;.
Atq; quidem læti semper vacuiq; dolore
Calcant Elysios campos prope littora vasti
Oceani, hic illis dulcem vnoquoq; ter anno
Effundit fructum mater gratissima tellus.

DISPOSITIO.

Quartam ætatem laudat Poëta Hesiodus, in qua Heroas extitisse scribit, longeq; hanc ætatem tertio seculo præfert. Quod quidem mirum videtur, cum hoc toto commento de ætatibus Poëtæ significent non fieri homines meliores, sed potius subinde magis magisq; degenerare. Verum non sine ratione apparet hoc quoq; fieri ab Hesiodo, qui hanc ætatem Heroicam reliquis deterioribus seculis immiscet. Nam etsi hoc verum est, quod hominum mores, adeoq; natura ipsa quotidie degenerat secundum Virgilij sententiam, Sic omnia fatis. In peius ruere, &c. Tamen nonnunquam aliquod seculum existit, quod viris summa virtute præditis, adeoq; Heroibus abundat. Quæ sanè

vicissitudo

vicißitudo optime cernitur in historijs, ex quibus patet tanquam certa quædam esse interualla ætatum, quibus plerunq; simul multi boni principes & alij excellentes viri extiterunt, & rursus quibusdam seculis, crudelißimorum Tyrannorum ac nihili hominum prouentus maximus est, & ideo hoc loco Poëta fingit Heroës media illa ætate fuisse.

PARAPHRASIS.

Postquam autem & ænea ætas perijt, succeßit quarta, melior sanè, & iusticiæ studiosa, in qua extiterunt Heroës, qui semidei dicuntur. Illi vero partim in bello extincti sunt, dum Eteocles & Polynices Oedipi filij monomachia de regno decertarunt, cum iam Thebe erat obsessa, partim occisi sunt ad Troiam, cum Menelaus suam coniugem Helenam per vim à Paride abreptam iustißimo bello reposceret. Deus etiam illos Heroas ab alijs hominibus remouit, eisq; meliorem victum tradidit. Habitant autem in fortunatis insulis non procul ab Oceano, vbi quotannis ter proueniunt fruges.

EXPLICATIO TEXTVS.

αὐτὰρ) Sequitur descriptio Heroicæ ætatis, quando Hercules, Iason, & alij Argonautæ vixerunt. Fuit autem media ætas hominum eorum, qui fuerunt quidem

quidem iracundi & bellicosi, sed tamen contulerunt suam virtutem & ingentem motum animorum ad defensionem iusticiæ & pudicitiæ in coniugio. Quarta ætas Heroica in Germania ante aliquot annos habuit Christianos & præstantes principes, vt Alphonsum in Sicilia, Ladislaum in Polonia, Matthiam in Vngaria, Ludouicum in Francia, In Saxonia D. Fridericum & Iohannem fratres, Iohannem Fridericum primum, Mauricium, Augustum, & alios, qui Dei beneficio adhuc sunt superstites. Cum enim imperia diuinitus constitui & transferri certum sit, sicut Daniel inquit, DEVS transfert regna & stabilit, sciamus etiam principes aliquos excellenti sapientia & virtute à Deo ornari, & singularibus motibus regi, vt sint felices in gubernatione, & salutares generi humano, prosint Ecclesiæ, muniant honestam societatem hominum, legibus, iudicijs, pœnis, disciplina, commertijs multarum gentium. Tales principes diuinitus instructos excellentia virtutum & felicitate nominant Græci viros Heroicos, quales fuerunt Samson, Hercules, Dauid, Alexander. Hinc Aristoteles Heroicam virtutem vocauit singularem naturæ impetum, in homine ad aliquid agendum, qui aliorum hominum communem captum excedit & Græcis dicitur Φυσικὴ ἀρετὴ, Cicero igitur recte dicit nullum vnquam extitisse excellentem virtute sine afflatu diuino. h. e. aus einem sonderlichen heimlichen einblasen oder eingeben der Götter. Sicut & Poëta inquit, Tu nihil inuita dices faciesue Minerua. Tale

erat

erat in C. Cæsare robur animi naturale, ad quod cum ratio accesit & exercitatio, perfecta in ea fortitudo extitit. Testatur ita Hesiodus Heroicam ætatem fuisse bellatricem, quæ depugnauit pro iusticia & pudicitia. Nam bellum Thebanum est gestum propter violatam pudicitiam, propter violatum ius hospitij. &c.

κάλυψεν) .i. texit, occultauit. Periphrasis est ex consequente ἐκ τοῦ ἐπομένου, sepultura sequitur mortem, iste sepultus est, Ergo mortuus est. αὖθις ἔτ') rursum adhuc, Pleonasmus est. πολυβοτείρη) h. e. multorũ altrice pro nutrice, pro πολυβοτείρᾳ. Epitheton est terræ, à βόσκω .i. pasco. ποίησε) pro, ἐποίησε. δικαιότερον) .i. πρότερα ἡμεῖς. Dixit autem δικαιότερον, pro, δίκαιον aut δικαιότατον, comparatiuus pro simplici, aut pro superlatiuo. Non enim iustiores ipsos dicit Gigantes, qui quidem secundum scripturam sacram diluuio deleti sunt, secundum Hesiodum autem mutuis bellis perierunt. Si enim sæuis illis & crudelibus Gigantibus ipsos iustiores esse diceret, iniuriam faceret Heroibus, quod profectò non videtur facere. Hos enim & diuinum genus, & semideos appellat. ἄρρηον) ab ἀγαθὸς, ἀρείων, βέλτιστος. ἀνδρῶν) quales fuerunt Hector, Cicero, Demosthenes, Augustus. θῆον) .i. Hercules, & reliqui principes. Vsitatum est in Græca lingua addere multa epitheta vni nomini substantiuo. ἡμιθέων) .i. à prioribus hominibus. Talis hæc est constructio, qualis est apud latinos, Visus est mihi. h. e. à me. ἡρώων) Heroes videntur dici, vel ἀπὸ τοῦ ἔρωτος ab amore,

quod

quod ex Dijs amore hominum nati sunt. Nam illi dicuntur Heroës qui altero parente Deo, & altero homine sunt prognati. Vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. h. e. virtute, quemadmodum inquit Orpheus, μητέρα δ' ἡρώων ἀρετὴν ἀπάνερθε κλύοντες: Mater Heroum virtus, id nominis attulit ipsis. ἀπείρονα) Q. d. homines maiores per totam terram vocauerunt istos semideos. ἀπείρων q. d. sine fine ab α & πέρας. Est Epitheton terræ propter eius figuram. Est enim terra rotunda instar circuli, in quo non potest dari πέρας finis. Nam à quo puncto incipit, in eodem etiam desinit. γαῖαν) γαῖα habet diphthongum γαι Attice. αἶα enim dicitur terra, & per appositionem γαῖα. Ionice autem γέα cum simplici vocali, ex quo fit per synæresin γῆ. ἡμίθεοι) Semidei dicuntur & Heroës, quod naturæ communi hominum nonnihil præstabant. πόλεμόν κακὸς) Aptum epitheton belli est, quod etsi sæpe iustis de causis suscipitur, tamen plenum est calamitatibus. φύλοπις αἰνή) .i. pugna tristis, vel tumultus multorum hominum, quando multi scilicet homines concurrunt in prælio. Est q; generalis sententia, φύλοπις à nomine φῦλον, quod significat nationem, gentem, quando nationis populi veniunt in conspectum, proprie est inteſtinum bellum, Abusiue autem, omne bellum.

τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ) Attingit hoc loco res gestas ad Theben, & Troianam historiam, & recenset tantum posteriora tempora. Dicit autem de ætate, qua floruerunt Hercules, Iason, & alij præstantis

stantes principes. Tunc enim fuit quædam defensio innocentiæ & iusticiæ, gesserunt bellum de iustis causis ad prohibendam violentiam, & iniustam vim. Q d. Alij ceciderunt ad Thebas, alij ad Troiam. Thebanum enim bellum fuit antiquius Troiano. Duæ autem expeditiones susceptæ sunt contra vrbem Thebanam, de quibus vide Thebaida Statij. Erant duo fratres, quos reliquerat Oedipus, Polynices minor natu, & Eteocles maior natu. Pater vero constituit, vt regnarent alternis vicibus ad certum annorum interuallum, & sic inter se conuenunt. Eteocles primum regnauit, qui postea noluit cedere regno, ideoq; expulit fratrem, qui fugit ad Adrastum regem Peloponensem, & duxit eius filiam in vxorem, qui eum vi in regnum restituere volebat. Sed Adrastus ante Thebas cum principibus alijs cœsus est. Eteocles & Polynices fratres concurrentes forte in pugna, ambo mutuis vulneribus occubuerunt. Magnæ huius & lamentabilis cædis occasionem fratrum discordia peperit. Neq; vero adhuc belli finis fuit. Nam postea alij principes magna manu obsederunt iterum vrbem, & expugnatam tandem euerterunt. De istis duobus bellis loquitur hic.

ἑπταπύλῳ Θήβῃ) Vocat Thebes septem portarum in Bæotia, ad differentiam Thebarum Aegyptiarum, quæ centiportes fuere. Loquitur igitur Poëta de Thebis Bæotijs, quas Cadmus ex Phœnicia profectus condidit primum, De Thebis autem Aegyptijs loquitur Homerus lib. 9. Iliad. καδμηίδι γαίῃ) .i. in terra Cadmeide, vel, ad terram Cadmi. καδμὸς, καδμί-

καδμίδης καδμὶς, Poëticè καδμήϊς, τῇ καδμήϊδι, pro καδμείᾳ, patronimicum loco possessiui. Vnde prouerb. Cadmea victoria. Terra illa dicta fuit à Cadmo filio Agenoris, qui sorore non inuenta, substitit in eo loco & ibi Thebas condidit. Vnde terra Cadmea propter Cadmum. τοὺς) .s. Eteoclen & Polycen. μῆλα) .i. Pecudes, & postea per synecdochen significant opes. Ex re enim pecuaria acquisiuerunt sibi suas opes. Ideo hoc loco Interpres Græcus recte exponit μήλων ἕνεκα, propter regnum & potentiam regis Oedipi, propter quam causam Eteocles & Polynices, duo fratres, certamine inter se habito, se inuicem peremerunt. Dicit igitur μήλων ἕνεκα, quod reges antiquitus pecoribus abundabant, & pastoralem vitam agebant. μῆλον autem vocatur ouis, pastorali modo loquendi, nomenq; accepit παρὰ τὸ μῆλον καὶ ἥμερον καὶ χαῦνον εἶναι, quod sit mansuetum & molle animal, aut παρὰ τὸ μέλα, h. e. τὸ φροντίζω, curam gero. In magno enim precio atq; vsu fuit, vt dixit, cura pecorum apud antiquos. μάρναμαι .i. pugno.

οἰδιπόδαο) τοῦ οἰδίποδος, à recto casu οἰδιπόδης, τοῦ οἰδιπόδου καὶ οἰδιπόδαο per διάλυσιν Ionicam. Est autem etiam alius rectus, ὁ οἴδιπος & ὁ οἰδίπους καὶ ὁ οἰδιπόδας. Dictus est ἀπὸ τοῦ οἰδεῖν tumere & ποὺς ποδὸς pes. Ita ex alligatione pedum tumorē inde contraxerit. τοὺς) .i. alios ex illis. λαῖτμα) .i. mare & maris fluctus, παρὰ τὸ λαιὸν τμῆμα εἶναι, quod sit sinistrum, &

inauspica-

inauſpicatum ſegmentum. Nam orbis à nobis habitatus in duo ſegmenta diuiditur, in terram & mare. Et dextrum quidem ſegmentum & optimum, eſt terra: læuum vero & malum, eſt mare & fluctus, qui fiunt in ipſo mari. Quod autem mare ſit malum & incommodum., id Aratus quoq; teſtatur, cum inquit, χαλεπὴ δ' ἐπέκειτο θάλασσα. ἀγαγὼν) .i. ducens bellum .ſ. perdidit. Initium repetitur more Attico. κυκόμοιο) Ioniciſmus eſt pro εὐκόμου .i. formoſam, pulchram, bene comptam, vel pulchricomam. Q. d. Alij ceciderant in bello Thebano propter opes, Alij ad Troiam propter Helenam, Sunt duæ cauſæ. Altera eſt defenſio iuſticiæ, altera eſt defenſio thori pudicitiæ. Nam ex illis duabus cauſis oriuntur plærunq; bella & mutationes Rerumpub. ἀμφεκάλυψε) .i. operuit, comprehendit, circumdedit. Q. d. in bello conciderunt, vel, ibi ſunt occiſi ad Troiam. ἔνθ' ἤτοι) .i. vbi, aut tunc. Nam ἔνθα & loci & temporis eſt aduerbium. δίχ' ἀνθρώπων) pro χωρὶς q. d. longe vel ſeparatim ab hominibus. Sequitur iam, quæ præmia illi ſortiti ſint poſt hanc vitam. ὀπάσσας) .i. præbens, concedens, tribuens, ab ὀπάζω. βίοτον καὶ ἤθεα) Cœtum & conuerſationem atq; conuictum intelligit. ἤθεα ſignificant mores & ritus. Hic autem loca conſueta, quo ſe reciperent. τοὶ) pro οἱ, vel τοῦτοι iſti. κατέναισε) collocauit à κατανάω vel κατανέω, quod ſignificat, quando aliquid transfertur in alia loca, vt ſunt coloniæ traductæ ex alijs. κα-

τανύω significat habitare facio, ναίω habito. Est etiam hoc verbum apud Homerum lib. 3. Odyss.

πείρατα) .i. versus occasum, ἀ πειράω .i. finem transeo, vel tento, vt cum dico. πειρᾷ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα. h. e. de stupro interpellat, sollicitat, & appellat, & latine dicitur attentare pudicitiam matronæ vel puellæ. ναίουσιν) ἀ ναίω .i. habito. Inde chersonesus, quando adhæret terræ, quæ vndiq; est circumflua mari, præterquam in vno loco, vbi adhæret terræ. ἀκηδέα) .i. læti, securi, & vacui dolore. μακάρων) .i. beatorum vel fortunatorum. Q. d. in insulis fortunatis, quæ sunt sitæ in mari Atlantico è regione Hispaniæ, Sic dictæ propter salubritatem aëris, & propter fertilitatem agrorum & abundantium fructuum. Sic eos describit Homerus lib. 4. Odyss. Nos Germani vocamus Schlauraffenland.

ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης,
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς ῥαδάμανθυς,
τῇπερ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,
οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτέ ποτ' ὄμβρος,
ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας,
ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους. H. e.

Sed te in Elysium campum ac fines terræ
Dij mittent, vbi flauus Rhadamantus
Hic facilis victus est hominibus,

Non

Non nix, non hyems multa, nec aliquando imber,
Sed semper zephyri suauiter spirantes auras,
Oceanus mittens, florentia corpora reddit.

Vide Plin. lib. 6. cap. 32. ἀκέωον) Quia insulæ fortunatæ sitæ sunt in Oceano ad Mauritaniam. Q. d. summa est in illis insulis aëris temperies. βαθυδίνεω) .i. habentem profundos vertices. Q. d. habitant in extremo occidente. δίναι dicuntur vertices in fluminibus. Inde βαθυδίνης est epitheton maris. τρὶς) .i tanta est fertilitas in illis insulis, vt ter in anno terra frugifera proferat fructus, propterea quod regionem perflent blandi flatus zephyri. Quidam vero etiam dicunt C. Iulium Cæsarem, felicissimum in multis, transmisisse Oceanum vna triremi, centum hominibus comitatum, & tantopere delectatum fuisse loco tam pulcherrimo, vt ibidem habitare voluerit, sed exturbatum fuisse ab incolis etiam inuitum. ζείδωρος) .i. quæ probet zeam. ἔτυς) pro ἔτεος θάλλοντα) .i. germinantem, florentem. Quid scribat interpres Græcus de fortunatis insulis, quas Græci adiudicent Heroibus, lege ipsius annotationes super hunc locum.

TEXTVS.

Μυχέτ' ἔπειτ' ὄφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν: ἀλλ' ἦ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι.

Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον. οὐδὲ ποτ' ἦμαρ
Παύσονται καμάτου καὶ ὀΐζυος, οὐδέ τι νύκτωρ,
Φθειρόμενοι χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας.
Ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσιν.
Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,
Εὖτ' ἂν γενόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν,
Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίϊος, οὐδέ τι παῖδες,
Οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ, καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ.
Οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται ὡς τὸ πάροσπερ.
Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας,
Μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσι
Σχέτλιοι. οὐ δὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες, οὐδέ μεν οἵ γε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀποθρεπτήρια δοῖεν,
Χειροδίκαι. ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει.
Οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται, οὔτε δικαίου,
Οὔτ' ἀγαθοῦ. μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα, καὶ ὕβριν
Ἀνέρα τιμήσουσι. δίκη δ' ἐν χερσὶ, καὶ αἰδὼς
Οὐκ ἔσται. βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα,

Μύθοισι

Μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων, ὅπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται.
Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν
Δυσκέλαδος, κακόχαρτος, ὁμαρτήσῃ συ-
γερώπης.
Καὶ τότε δὴ πρὸς ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυο-
δείης,
Λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένη χρόα καλὸν,
Αθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον, προλιπόντ' ἀν-
θρώπους,
Αἰδὼς καὶ νέμεσις. τὰ δὲ λείψεται ἄλγεα
λυγρὰ
Θνητοῖς ἀνθρώποισι, κακὸν δ' ἐκ ἔσται ἀλκή.

VERSIO.

Non autem debebam ego quintus interesse
Hominibus: verum aut prius mori, aut deinde nasci.
Nunc enim vtiq; genus est ferreum, neq; vnquam in-
terdiu
Quiescunt à molestia & ærumnis, neq; nocte
Pereuntes. Difficiles autem Dij dant curas.
Verumtamen etiam his miscentur bona malis.
Iuppiter autem perdet & hoc genus loquentium ho-
minum
Quando facti circa tempora cani fuerint
Neq; pater liberis similis, neq; liberi
Neq; hospes hospiti, neq; amicus amico,
Neq; frater amicus erit, quemadmodum ante.
Statim autem senescentes contumelia afficient pa-
rentes

Criminantur autem hos molestis inuadentes verbis
Odiosi, neq; Deorum vocem scientes, neq; hi quidem
Senibus parentibus reddunt alimenta,
Violenti. Alter autem, alterius vrbem euertit,
Nec qua iurisiurandi, gratia erit, nec iusti,
Neq; boni, Magis autem malorum factorem, & contumeliosum
Virum honorabunt. Iusticia autem in manibus, & pudor
Non erit. Lædet autem malus meliorem virum
Sermonibus obliquis inuadens. Iurant autem periurium.
Æmulatio autem homines calamitosos omnes
Tumultuosa, malis gaudens sequetur odiosa,
Et tunc ad cœlum à terra lata
Candidis velamentis velatæ corpus pulchrum
Immortalium ad genus iuerunt deserentes homines
Pudor & indignatio. Relinquentur autem dolores tristes
Mortalibus hominibus. Mali autem non erit remedium.

VALLA.

O vtinam non me quinta cum stirpe creassent
Fata, sed ante mori, seu post licuisset oriri.
Ferrea nunc ætas, quam curæ & mille labores
Nocte dieq; premunt, paulatimq; illius instant
Exitio: Sic Diis placitum, sed prospera tanto
Fata etiam venient aliquando in turbine rerum
Nec minus hæc infanda hominum delebitur ætas,
Cum matura annis illorum tempora cani
Inficient crines: natis nec vt ante parentes,
Nec patribus nati similes, nec ab hospite tutus
Hospes erit, sanctum corrumpent fœdus amici,

Et furor

Et furet arma ciens inter discordia fratres.
Viuet honoris inops hominum properata senectus,
Nec pudor effractos senio obiurgare parentes
Infelix soboles legem, & præcepta Deorum
Nescit, & inualido non hæc alimenta parenti
Iusta suo reddet. Quid enim quod iniqua rapaces
Apparet vsq; manus, vrbesq; & mænia narrem
Alterna delecta manu? iurataq; fallent
Numina, Iusticiæ nulli tribuantur honores,
Pulsa gemet Bonitas: illum venerabitur orbis
Cui mala mens suadet fera crimina: tota iacebit
Tota quidem orbato tecum Reuerentia vultu.
O Dea Iusticiæ soboles, en improba lædet
Si probus vllus erit, quem contra insurget iniqua
Voce furens factum affirmans, altrixq; malorum
Inuidia incedet fatali, turbida vultu
Protinus, humanas sedes Astræa relinquet
Diua suos pariter tendet Reuerentia cursus
Ad superos, nitido velatæ corpus amictu.
Mille recedentes illæ mortalibus ægris,
Non cessanda tamen rerum mala semina linquent.

FRISIVS.

Dij vtinam quinta mihi vitam ætate negassent,
Sed nascendus adhuc miser essem, aut mortuus olim,
Ferreum enim nunc est genus, intermissio nunquam,
Nunquam finis erit noctuue dieue malorum,
Perpetuis hominum Dij stringent pectora curis.
Ast aliquando malis his succedent bona rursum,
Namq; pater genus hoc hominum quoq; morte doma-
Vtraq; quum fuerint iam cani tempora facti, (bit,
Nec similis nato genitor, nec filius illi,
Nec socius socio, nec fidus suscipienti

Hospes erit, proprio nec fratri frater, vt ante:
Despicient senio fessos sine honore parentes,
Insuper audebunt duris incessere verbis,
Vtpote nec numen reuerentes, adde quod ipsi
Dira seni patri proles alimenta negabit,
Ius erit in dextra, suaq; alterna oppida scindent,
Vir bonus aut iustus nullius fiet honoris,
Sed magis insignem sua per scelera atq; rapinas
Suspicient cedet ius dextræ, nec pudor vllus
Notus erit, fallet probum & improbus, ore doloso
Verba obliqua loquens, periuriaq; insuper addens.
Deniq; liuor edax, pallens, tristisq;, malisq;,
Alterius gaudens, homines se sparget in omnes.
Tum pudor & Nemesis duo maxima numina, cœli
Antiquas repetent sedes, velamine corpus
Obtecti niueo, terramq; hominesq; superbos
Gaudebunt liquisse, quibus tamen ægra relinquent
Tot malà, quæ nullo poterunt medicamine tolli.

DISPOSITIO.

Sequitur quinta ætas & postrema, videlicet, in qua homines statim senescunt, postquam nati fuerint, item pater sit dissimilis filijs, nulla sit inter homines reliqua honestas, nulla verecundia, & iusticia. Ordiatur autem descriptionem huius ætatis à vera & senili querela. Sicunt enim senes solent queri de corruptione morum præsentium temporum. Notus est locus Horatij in arte poëtica, Laudator temporis acti se puero, Ita Hesiodus quoq; propositionem de quinta ætate figurauit voto vel querela, vel affectu senili, vtinam ego non natus essem hoc tristissimo seculo, hoc

scelera-

sceleratißimo tempore, vtinam natus fuissem vel prius vel posterius. Quia existimauit Hesiodus esse tempora meliora & commodiora. Optimus ordo est in istis descriptionibus. Quintilianus tribuit Hesiodo palmam in illo medio genere. Non enim nimium est copiosus, nec nimis longe euehitur, nec est nimium contractus. Habet sua ornamenta lœtißima & optima.

EXPLICATIO
TEXTVS.

μηκέτ' ὄπειτ') Postquam dixit Hesiodus de genere Heroico, & monstrauit illud fuisse Dijs proximum, nunc optat se neq; secundum post Heroicum genus fieri, neq; seniorem, sed mori illorum seculo. Sequitur ergo descriptio ferreæ ætatis, quæ habet corruptißimos mores hominum. Nihil autem, aut parum est, quod Hesiodus de malitia suorum temporum conqueritur. Nos enim longe in deteriori seculo versamur, in quo peccata cumulantur peccatis. ὤφελον μετῆναι) .i. vtinam debuissem interesse. μετῆναι non significat tantum adesse, sed etiam participem esse. ὤφελον vel ὄφελον optandi aduerbium flectitur per personas ob similitudinem verbi, ὄφελον, ὄφελες, ε, vtinam ego, tu, ille. Dixit Poëta ὤφελον μετῆναι pro μετείλω, Infinitiuus adiuncta nota precandi pro optatiuo sumitur, μετῆναι .i. vtinam interessem. ὄπειτ') .i. post hanc ætatem. πεμπτοισι) .i. quintis. h. e. quintæ ætatis hominibus. θανεῖν) ἀορ. 2.

ἔθανον. Inde θανεῖν ἀ θνήσκω. q. d. vtinam debuissem mori. γενέσθαι) i. nasci. h. e. vtinam natus essem. Sententia est, vtinam vel mortuus essem ante hoc seculum, vel fuissem natus post hanc ætatem.

σιδήρεον) Describit calamitates & ærumnas huius ferrei seculi. Vocat autem ferreum, quasi omnis generis malitiæ plenum, & omnibus laboribus atq; molestijs subiectum. ἦμαρ) .i. de die. Est aduerbium temporis. παύσονται) .i. desinent, cessabunt, quiescent, ἀ παύομαι. Futuris autem sæpe vtuntur poëtæ pro præsenti. Inde dicitur pausa, quando intermittit cantus. καμάτῳ) .i. labore, ἀ κάμνω .i. laboro, aut deficio præ labore. νύκτωρ) .i. de nocte. φθειρόμενοι) .i. confecti, corrupti, consumpti ærumnis & miserijs, pereuntes. h. e. qui perierunt. χαλεπὰς) Q. d. macerabuntur curis, vel, Dij ipsi infligunt istas pœnas pro sceleribus & peccatis hominum. μερίμνας) μέριμνα significat proprie solicitudinem, ἀπὸ τοῦ μεριμνάω, quod significat curo, aut, sum solicitus, ich bin sorgfeltig, In qua significatione dixit Matth. 6. μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε. h. e. nolite esse soliciti. Et paulo post, μὴ οὖν μεριμνήσητε, λέγοντες τί φάγωμεν. Idem cap. 10. μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε. h. e. nolite esse soliciti, quid aut quomodo dicatis coram principibus.

μεμίξεται) Paulo post futurum est ἀ μιγνύω. Q. d. miscebuntur. Est suauis mitigatio, sed tamen est aliquid in isto calamitoso seculo boni, etiamsi sit

exiguum

exiguum & paululum, vel, ijs malis miscebuntur bona, Rosa interdum crescet inter spinas. κακοῖσιν) pro κακοῖς, Ionice. Q. d. plus est malorum & miseriarum in vita humana, sed tamen aliquando etiam reperitur aliquid boni. Interpres existimat Hesiodum hoc ideo dicere, ne Persen fratrem propellat ad omnifariam malitiam, qui audit, quod etiam malis hominibus, qui nunc viuunt, tamen admisceantur aliquæ bona, quibus nascituri postmodum conseruentur. ὀλέσει) .i. perdet ab ὄλλω, quasi esset ὀλέω. Iuuenalis vocat hanc postremam ætatem nonam Satyr. 13.

Nona ætas agitur, peioraq; secula ferri
Temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen & à nullo posuit natura metallo.

μέροπες dicuntur à varietate, aut à vario vsu linguarum. ἐὼν) Alij exponunt, statim. Alij vero, quando seu postquam. Q. d. est tale seculum, quod quando homines ad senectutem peruenerunt, tanta sit dissimilitudo, vt pater non sit similis filio. γενόμενοι) .i. nati, facti, pro, τεχθέντες ponit. θελέθωσιν) pro, ὑπάρχωσι .i. postquam consenuerunt, vel facti fuerunt senes, tunc morientur, vel, Iuppiter etiam extinguet hoc genus hominum. πολιοκρόταφοι) .i. cani vel canis temporibus, à κρόταφος .i. tempus, & πόλιος .i. canus. Quia ea pars capitis cito exaresci, inquit Alexander in Problematis. Hoc certum est, olim homines non tam statim consenuisse, & signum est iræ diuinæ homines tam raro apud nos hic periculosissimis temporibus canescere. Deus enim fauet

Reipub.

Reipub quæ habet multos canos, propterea quod nemo possit canescere, nisi diuinitus defendatur inter tantisq; Sathanæ insidijs. Deus non videtur extrinsecus humanis oculis, nec potest per se coli, externis & corporalibus manibus. Proposuit autem se conspiciendum in senibus. Etenim, quemadmodum Sol & Luna explicant nobis aliquo modo maiestatem creatoris, Inuisibilia Dei, inquit Paulus, æterna videlicet potentia & diuinitas eius conspiciuntur ab opificio mundi. animaduersa ex operibus. Ita & è senectute hominis animaduertitur clementia, & bonitas Dei, qua humanum genus ab incursu Sathanæ defendit. Sunt enim innumeræ afflictiones, quibus vita hominum obnoxia est, & Sathan non tantum spirituali, sed etiam corporali hominum saluti ita insidiatur vt nisi Deus clementer & potenter tueretur eos, nullus posset ad senectutem peruenire.

Cum igitur videmus senem & canum hominem, assurgamus in agnitionem & contemplationem diuinæ bonitatis, & veneremur Dominum Deum nostrum in senio, ac sentiamus, quod quæ iusta & pia senex à nobis petit, Deus ipse petat. Hinc Diuus Paulus in epistola ad Philomonem ait, Propter charitatem magis obsecro, cum sim talis, vt Paulus senex. Vt enim Philomenis animum ad misericordiam flectat, & eò facilius impetret reconciliationem serui, ac mirabiles quasi cuneos agat ad Philomenis animum occupandum. vtitur duabus rationibus, Ego Paulus sum senex, Tu vero iunior. Q. d. officium iuniorum est

parere

parere, inseruire, & gratificari natu maioribus, & honorare personam senis, Ergo fines me impetrare, quod volo. Lex dicit Leuit. 19. Coram cano capite assurge, & honora personam senis. Honorantur autem senes, non solum detegendo caput, aut è via cedendo, sed multo magis, cum ipsos iusta petentes exaudimus. Sic enim honoratur non homo tantum, sed etiam ipse Deus. Nam cultus Dei est, seni iusta petenti, morem gerere.

Interpres Græcus vocem πολιοκρόταφοι idem significare dicit, quod γηραιοὶ Q. d. quando tempora ipsorum canescent. h. e. senio confecti fuerint. Canescunt autem tempora prius, quam cætera membra hominum, quod sunt partes humidiores, & phlegmate magis abundent, quàm ea, quæ sunt à tergo. Canicies autem contingit propter defectum humidæ caliditatis. Axillæ igitur non canescunt, eò quod calidæ sunt, & arterijs abundant. μένιγγες autem vocantur & κρόταφοι, ἀπὸ τῶν κεραστόρων χώων μεταφορικῶς. Nam in illa parte corporis enascuntur cornutis animalibus τὰ κέρατα .i. cornua, κερατοφυοῖ τινες καὶ κρόταφοι. Dicit autem mori ætate iam præcipitatos, quamuis etiam iuuenes & infantes sæpenumero moriantur, sed illud vt plurimum contingit, & magis impendet, futurumq; expectatur.

οὐδὲ πατρὸς) Iam describit Poëta vitia seu scelera istius quintæ ætatis & primo recenset impietatem erga parentes. Deinde violentiam seu iniustam vim, & iniusta bella, postea quomodo in illa ætate sint

pariter

pariter expulsæ ex mundo, verecundia & iusticia. Coactæ enim iniurijs hominum decesserunt ex mundo quasi in exilium ad superos. Totus igitur ille locus est quædam distributio vel congeries malorum, scelerum, & flagitiorum huius postremi seculi, item pœnarum & calamitatum pro istis flagitijs & sceleribus. Dicit autem sæpe maximorum Heroum liberos mirum in modum à genitorum moribus degenerare, sæpe doctißimorum virorum liberos non respondere sapientiæ & doctrinæ parentũ, vnde & Demosthenes dixit, τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἱμαρμένη εἴη, φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱούς. Hoc est,

A viris egregijs perinde quasi fato quodam accidat id, improbos proficisci filios. Sic Homerus B. Odyß.

παῦροι γὰρ τοὶ παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται
οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δὲ πατρὸς ἀρείους. H. e.

Aequat rara patrem soboles, sed plurimi ab illis
Degenerant, pauci superant probitate parentem.

Vide Prouerb. Heroum filij noxæ. ὁμοίϊος) Pendet à communi nominatiuo ὁμοίϊος, quod est ὁμογνώμων, concors, inter se congruens, concordans. παίδεσσιν) Poëticum pro παίδεσι. Q. d. pater non est similis pietate, fidelitate, & affectu erga liberos, & etiam liberi non ita fideliter & pie amplectuntur parentes, vt antea. h. e. liberi non sunt similes fide, beneuolentia, & amore erga parentes. h. e. non est par

pietas

pietas inter parentes & filios, vt superioribus temporibus. Significat igitur vtrinq; σόργας φυσικὰς sublatas esse, vt Medea naturalem beneuolentiam exuit, cum discerpsit fratrem. Vide in Ethicis D. Philippi locum de Affectibus.

οὐδὲ ξεῖνος) Ouidius sic expreßit, Non hoßpes ab hoßpite tutus, Non socer á genero, fratrum quoq; gratia rara est. ξεῖνος dicitur amicus peregrinus, qui habitat in alia regione. h. e. hoßpes (der Gast) qui excipitur. ξενόδοκος (der Wirt) qui excipit hoßpitem, á ξεῖνος καὶ δέχομαι. φίλος) .i. amicus, charus, cognatus & familiaris, quem consuetudine comparamus. ἑταῖρος) .i. ciuis, seu eiusdem ciuitatis particeps. Colligantur hoc loco horribilia exempla noßtrorum temporum, vt Vuittenbergense, vbi molitor cum grauida vxore est interfectus á seruo suo. Sensus huius loci est, Aliquis ab altero, hoßpitio excipietur, ipse tamen non modo ad ipsum vicißim non faciet, sed fortasse etiam dabit damnum. κασίγνητος) .i. frater. quasi simul natus, non erit amicus & fidus fratri. ἀτιμώσουσι) .i. probro seu contumelia afficient, Prædicit autem futura mala, quæ contingent in vita hominum. Q. d. filij non modo parentes suos natu grandes non alunt, sed etiam contumelia afficiunt, ab ἀτιμάω .i. dehonoro, seu contumelia afficio. Inde ἀτιμία significat infamiam, ßchande oder nachteil. τοκῆας) Ionice pro τοκέας. h. e. despicient sine honore. μέμφονται) .i. accußant, reprehendunt, criminantur, faren ßie an, conque-

conqueruntur de parentibus, á μέμπομαι. μ. μέμφομαι, sicut faciunt quidam etiam scholastici, qui apud parentes temere conqueruntur de plagis praeceptorum. βάζοντε) Dixit pro βάζοντες, dualem pro plurali numero ponens, Sicut & Homerus, Iliad. π. ὦ λύκιοι πόσε φεύγετον νῶϊ θεοὶ ἐσόν. Et alio in loco, Iliad. α. Ασσον ἰοντ' ὄτε κέντροι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω. ἴοντε ponens pro ἰόντες. βάζω quasi βοάζω quod eiusdem est significationis cum βοάω. i. clamo, ich schrey laut. Legitur tamen in alijs exemplaribus, βάζοντες. h. e. incessentes, obruentes, inuadentes, impetentes. Q. d. Incessunt duris verbis. χαλεποῖς) .s. duris, molestis, graubus, tristibus. κέτλιοι) id est, odiosi, improbi, crudeles, turpes.

οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες) .i. non scientes reuerentiam Deorum. Q. d. non respiciunt cultum Deorum, non curant vllam religionem, Non vllo Deorum metu ab hac tanta sceleris immanitate reuocantur. ὄπιν intelligit praeceptum Deorum, & respexit ad primum praeceptum, Non habebis Deos alienos, Quo transgresso facile sequuntur transgressiones reliquorum praeceptorum. εἰδότες) εἴδω, perfectum medium εἶδα vel οἶδα. γηράντεσσι) pro γήρασι, per epenthesin γήρεω τὸ γηράσκω, Infinitum α. ἔγηρα, ὁ γέρας οἱ γήρασκοντες, τοῖς γηράντεσσι, Ionice. Interpres existimat γηράντεσσι dictum esse pro γηράσασιν, ἐκ τοῦ γήρημι, cuius participium est ὁ γήρας. ἀποδοῖεν) Tmesis est .s. reddiderint, persoluerint.

Δρεπ-

θρεπτήρια) .i. alimenta debita parentibus. θρεπτήρια significat cibum, quo sustentari poßint, pretium nutritionis kostgelt. Antiqui enim parentibus τὰ θρέπτρα persoluebant. Isti vero, quos dicit, ferreæ gentis homines, non solum non persoluent, sed etiam contumelijs afficient. τοκεῦσιν) Egregius est locus de honorandis parentibus. Q. d. Non seruato quarto præcepto, facile contemnimus postea magistratum. Contempto magistratu cum reliquis legibus, labimur in homicidium, scortationem, furta, detrectationem, & concupiscentiam. Quartum autem præceptum Decalogi indicat, quod honor, qui debetur parentibus, tria complectitur. PRIMVM agnitionem DEI, h. e. intelligere, quod ordinatione Dei subiecti simus parentibus. SECVNDO complectitur obedientiam ipsam, qua ex animo tribuimus parentibus sapientiæ & iusticiæ laudem. TERTIO ὠλείκειαν in tegendis eorum incommodis & peccatis. Pater autem tenetur filium alere iure & naturali & diuino, & sic econtra. Hinc existimatum est Athenis capitale esse, parentibus non persoluere θρεπτήρια. Vide in prouerb. ἀντιπελαργεῖν egregium encomium Ciconiæ. θρεπτήρια vel θρέπτρα dicuntur præmia, quæ redduntur pro nutricatione à τρέφω .i. nutrio. Eadem vox est in 4. lib. Iliad. vbi describit quendam iuuenem principem, qui cadit in prima acie, quem dicunt omnium primum in ipso flore ætatis cecidisse, propterea quod non reddiderit θρέπτρα. h. e. gratiam vel præmium pro nutricatione, Ideo contigit illi breuis

vita, iuxta quartum præceptum Decalogi. Sententia igitur huius loci est, Liberi non reddent parentibus senescentibus mercedem, gratiam, seu præmium pro nutricatione, propterea quod sint abillis aliti & educati. Hic ergo est primus gradus impietatis erga parentes, propinquos, hospites, amicos, fratres.

χειροδίκαι) Iam describit iniustitiam & violentiam erga parentes, propinquos, & amicos. Hesiodus autem Poëta habet valde elegantes, & venustas compositiones vocum, quarum magnus est vsus in sermone & communi vita. Sicut enim supra vocauit δωροφάγους. h. e. deuoratores largitionum seu muscerum. Ita hic vocantur χειροδίκαι, qui manuum vi iustum metiuntur. Hoc nomine violentes nominat, vt quibus vis sit in manibus & viribus corporis & in armis, non in æquitate rationis; à χεὶς .i. manus, & δίκη .i. ius. h. e. qui suis manibus sibi ius faciunt; die da faustrecht halten / qui sunt feroces. Quia hoc statuunt esse ius, quod eis placet, ius habent in dextra, agunt quicquid possunt siue iustum, siue iniustum sit, qui nihili habent iusticiam. Hinc enim necessario sequuntur iniusta bella, quando aliquis confidit suis viribus, & putat sibi omnia licere. Deinde per illa bella euertuntur florentia imperia & regna, florentes vrbes. Ouidius sic depingit violentos,

Non metuunt leges, sed cedit viribus æquum
Victaq; pugnaci iura subense latent.

Interpres dicit χειροδίκας significare eos, qui neq; iudicijs nec legibus cohercentur, sed omne faciunt, quod

quod manibus & robore præstare possunt. ἐξαλατάξει) .i. exeindet, dissipabit, deuastabit, ab ἐξαλαπάζω .i. euerto. Q. d. alter alterius vrbem depopulabitur. Totum corpus orationis inter se cohæret, & descriptio est continua, & tamen singula homistichia continet singulas sententias, quasi oracula quædam. ἀλαπάθαι Attice dicuntur & sunt τὰ κενώματα, manitiones, euacuationes, & herba ἀλάπαθον, quæ etiam, λάπαθον vocatur est purgatoria. Ius autem in manibus habere dicuntur, qui non iudicio vel legibus, sed potentia atq; robore manuum suas actiones metiuntur.

χάρις) .i. gratia, respectus. εὐόρκου) .i. erga hominem fidelem, seruantem promissi seu iurisiurandi. εὔορκον enim dicitur, qui seruat iusiurandum, qui est homo fidelis. δικαίου) .i. non erit gratia erga homines iustos. ἀγαθοῦ) .i. neq; erit respectus bonorum. Q. d. si quis erit, qui putet aliquam esse religionem iurisiurandi, aut curet iusticiam, aut dabit operam, vt sit iustus, irridebitur, aut putabitur homo simplex, ein guter / einfeltiger / frommer Mann / ein guter Lappenheusser. Nullus erit respectus, nulla dignitas, nulla gratia hominum bonorum, iustorum, & seruantium ius, halten jhnen für einen Narren. Illi non in numero aliquo habebuntur, sed pro bonis & simplicibus hominibus. Illa autem est sapientia mundi, posse Deum & homines contemnere, & etiam interdum fallere homines, posse contemnere fulmen Iouis. h.e. putant non esse Deum, aut inferos,

Sicut Iuuenalis inquit, Non esse nigras ranas in palude. ἐσσεται) σ geminatur propter nummeros. τιμήσουσι) .i. honorabunt. ξεκτῆρα) .i. actorem, factorem, operarium, ἀ ξέζω. Q. d. improbos sæpe præferunt optimis viris, der ein Gottsböswicht/ ein verzweiffelter/ vnd abgetriebener schalck ist/ mus oben an sitzen/ qui tamen est sceleratissimus ad nocendum & fallendum instructissimus; illum oportet sedere in summo gradu, esse summum pontificem, vel proximum, qui regat Papam vel Cardinales. ὕβριν) Posuit pro ὑβριστὴν, substantiue pro adiectiuo, quemadmodum & Homerus ὕβριν ἀνέρα posuit pro ὑβριστὴν ἀνέρα, & rostro nauis pro rostrata naui. Et latinis Poëtis scelus pro scelesto admodum familiare est, abstractum pro concreto. iniuria pro iniusto. ἔσσα) pro ἔσεται. ᾧ χέρσιν) Q. d. oportet esse strenue impudentem & extreme iniustum. Hæ sunt artes mundi, nouisse tanta scelera, palliare, tegere, & fingere pulchro & splendido titulo & speciosa prætextu. αἰδὼς) Verecundia non est inter homines, vel, non est aliquis vsus neq; verecundiæ, neq; iustitiæ. Ouid. 1. Meta. fugere pudor, verumq;, fidesq;. Theognis, ὤλετο μὲν πίστις μεγάλη δέῳ ὤχετο δ' ἀνδρῶν. αἰδὼς & αἰχύνη differunt, quod αἰδὼς sit parua & de rebus leuibus facta timiditas, verecunda ratione. αἰχύνη vero sit dedecus proueniens ex malis. Differunt ergo vt verecundia & pudor apud Latinos. Nam verecundia est honestæ rei & laudabilis, pudor vero est rei turpiter actæ & animi mali con-

scij:

scij: Et vt pudor sequitur factum, sic verecundia ferè factum antecedit: Nam pudet nos facti, veremur autem aliquid facere.

ἐνέπων) .i. inuadens, incessens, impetens. h. e. verba obliqua loquetur. Ouid. In quorum subiere locum, fraudesq; doliq;, Insidiæq; & vis & amor sceleratus habendi. σκολιοῖς) .i. obliquis, sinistris, perplexis. h. e. sophistica tectis, vel, sermonibus callidis, vafris, & ad nocendum instructis. Quædam enim ingenia sunt eiusmodi, vt natura delectentur eo, quod non sit rectum, & tantum amant tortuosa & obliqua, illam solam putant esse sapientiam. Et tale apparet nunc esse seculum, Poëta autem pingit mores præsentium temporum. Nam illud est summum in mundo artificium, qui hanc sapientiam habet, est in summo gradu, eius vsus est summus in aulis regum & principum. Dicuntur igitur σκόλιοι ἄνθρωποι, qui nihil, quod rectum est, amant, die nicht gerade zugehen / die müssen oben am brete sitzen. μύθοισι) .i. incessans eum sermonibus obliquis. h. e. fallacibus & perplexis, wirfft jhnen vber das seyl. ὀμεῖται) .i. peierabunt, vel iurat falsum iusiurandum, pro, ἐπιόρκουδ' ὀμόω vel ὄμω. futurum α. ὀμῶ medium ὀμοῦμαι ὀμῇ ὀμεῖται. Q. d. oportet etiam addi blasphemiam aduersus Deum, aduersus nomen Dei. Nullum autem magnum scelus perpetratur, quin addatur blasphemia Dei. ὄρκον) .i. peierant, vel, iurant periuriam Q. d. lædet bonum quenq; iniurijs & ma-

ledictis & ad hoc etiam iuramento vtetur, iure iurando affirmans sua esse illa, quæ rapuerit.

ζῆλος δ) Posteaquam descripsit satis grauiter mores cuiusq; ætatis, redit iam ad primam propositionem de litibus, quæ multorum malorum in consuetudine hominum causæ existunt, sicut supra ostensum est, Illis (inquit) temporibus viget & floret illud genus contentionis prauum, & qui vincunt in hoc primo genere, sunt in hoc seculo summi. ζῆλος) .i. contentio, æmulatio, inuidia, liuor edax. Liuorem nunc intelligit, zelus enim proprie quiddam est laudabile, cum sit bona contentio siue imitatio. Liuor autem, Græcis φθόνος, quiddam vituperabile. δυσκέλαδος) Liuorem facit personam, & ad illum proprietates inuidorum transfert. Nam inuidi κελάδους, h. e. strepitus & tumultus excitant, & gaudent malis eorum, quibus inuident, eosq; acerbe & odiose intuentur. δυς corrumpit in dictione. Q. d. mali tumultus, seu res turbulenta, vel quæ est causa malorum tumultuum, vel grauiter sonans. κακόχαρτος) .i. malo alterius gaudens. Tribuit aptißima epitheta inuidiæ, quemadmodum & Ouidius 2. Meta. Pallor in ore sedet, macies in corpore toto. συγερώπης) .i. odiosa, vel, cum odio aspiciens, vel, tristis. Ouid. Nusquam recta acies, à συγερὸς καὶ ὤψ, Q. d. quæ est odiorum, acerbitatis, & amaritudinis causa. ὁμαρτήσει) .i. comitabitur, seu omnium animos occupapabit, ab ὁμαρτάω. ὀϊζύροισιν) .i. miseros seu calamitosos. Q. d. totus mundus ardebit illo tristißimo

& pes-

& pessimo genere contentionum. h. e. bellorum, quæ oriuntur ex odio, virulentia, amarulentia, & cupiditatibus prauis.

καὶ τότε) Iam sequitur postrema imago, suntq; prosopopeiæ. τότε) .i. hoc tempore relinquent mundum verecundia & iusticia, & migrabunt ad superos. Aratus pulchre describit iusticiam primum cessisse ex aulis principum, postea ex ciuitatibus, & solitam esse diu versari inter rusticos, hæsisse aliquandiu in scholis, postea cœpisse relinquere homines. αἰδὼς) Significat, vt quidam existimant, non pudorem ob scelera perpetrata, verum pudorem illum ingenuum cum obseruantia quadam coniunctum. Post enumerata epitheta inuidiæ, fingit Pudorem & Nemesin Deas reliquisse terras, h. e. nec homines pudore absterreri amplius à turpitudine, neq; improbos metu vindictæ. νέμεσις) est virtus, & iusta indignatio aduersus turpitudinem, qualis fuit in Phinees interficiente stupratorem. Vide prouerb. Adrastia Nemesis, & scholia D. Philippi in Hesiodum, & secundum librum Ethicorum Aristotelis, vbi dicit Nemesin esse virtutem, quæ malis irasci solet, præsertim, cum ex fortunæ indulgentia fiunt insolentiores & superbiores, sicut interdum sancti in scriptura stomachantur, quod malis bene sit. Si Aristoteles ciuiliter intelligatur, decet Nemesis magistratus, quos conuenit non nimium lentos esse in puniendis improbis.

προλιπόντ') .i. postquam deseruissent. Voluit autem Hesiodus indicare sublata verecundia nullum

reliquum esse vicium, in quod non prolabantur homines. ἴτον) pro ἴτω ab εἶμι vado. εὐρυόδειαν) .i. ampla, lata. Epitheton terræ est, quæ habet amplas & spacioſas vias. πρὸς ὄλυμπον) .ſ. ad cœlum. h.e. ad ſuperos. ὄλυμπος autem dicitur cœlum, & tota vniuerſi mundi complexio. Olympus vero vocatur παρὰ τὸ ὁλολαμπὴς εἶναι. Tenui autem ſpiritu effertur propter factam ſyncopen Aeolicam, ὁλόλαμπος & ὄλυμπος. Vertunt enim etiam literam α in υ, vt cum dicunt σύρκας pro σάρκας. Ita ὄλυμπος tenuem ſpiritum obtinet. Eiuſmodi enim verba ſi ſunt abſoluta, aſpirantur. Si vero per ſyncopen concisa, attenuantur. καλυψαμένω) .i. velatæ, tectæ .ſ. verecundia & iuſticia, à καλύπτω. Ponitur hic maſculinum pro fœmino, & est vox media. χρόα) .ſ. tectæ corpus, Græciſmus est, pro tegentes corpus, vel, tectæ circa corpus huiſmodi velaminibus. καλὸν) .i. pulchro corpore, vel, pulchris corporibus. φάρεσσι) .i. veſtibus, à φᾶρος, quæ dicitur ſtola, veſtis longa, ſinuoſa & linea, & proprie dicitur ſtola ſepulchralis. qua ſolent indui defuncti, ein ſterbekittel oder rock. ἀνθρώπους) .i. relictis hominibus. λιποῖσιν) Quod dicit Poëta aufugiſſe albis veſtibus ſignificatur innocentia, & est quidam geſtus. Locum autem, quem tractat Ouidius de Iuſticia, quæ reliquerit terras, ſumpſit ex Arato potius, quam ex Heſiodo. Deinde obſeruandum est, quod candidas geſſerint veſtes & ſplendore radios ſolis ſuperarint. Illorum enim nomen celebratur apud omnes. ἄλγεα) .i. curas, calamitates,

lamitates, plagas, publica & priuata mala post se relinquentes emigrauerunt. λυγρὰ) sunt τὰ λεπτὰ, ἐπὶ τὸ λίαν ὑγρὰ εἶναι. Nam ex humidis & frigidis dicunt fieri omnia tristia, quemadmodum ex calidis suauia. ἀλκὴ) Q. d. tanta erit malicia hominum, vt nullo remedio possit tolli. ἀλκὴ vere significat robur, Inde dicitur Alcides Hercules. Item remedium seu effugium seu medicina. Q. d. non licebit effugere aerumnas, miserias, & calamitates. κακῶ) .i. mali, calamitatis seu miseriarum. Aratus virginem δίκλω. h. e. Iusticiam fuisse dicit, Hanc Theophrastus etiam virginem apud Gellium prodidit. Et Hesiodus, πᾶς θέμις δ' ἰὼς ἐκγεγαυία. Aratus autem Astræam nominatam censet ab Astræo, primo astrorum parente. Apte huc referri possunt ea, quæ D. Philippus in scholijs quinti libri Ethicorum de Iusticia scripsit, cum ait, Quemadmodum scribunt Poëtæ Iusticiam fugientem ex ciuitatibus, postea aliquandu ruri vixisse, vbi inter cœtus hominum meliorum præcepta honestæ vitæ tradidit. Ita videtur hoc tempore pulsa ex imperijs & rebuspub. inter hos ciuiles motus tantum in scholis delicere iusticia. Ac Iurisconsulti quidem congestis maximis librorum aggeribus septam atq; inclusam custodire conantur. Sed illa magis amat Philosophiæ scholas, vbi non obstrepunt tradenti honesta præcepta forenses calumniæ. Nos igitur confugientem ad nos Iusticiam libenter excipiamus, & religiose colamus, ne fugata vndiq; terras prorsus deserere cogatur.

TEXTVS.

Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, φρονέουσι καὶ αὐτοῖς.
Ὣδ' ἴρηξ προσέφη ἀηδόνα ποικιλόδειρον,
Ὑψι μάλ' ἐν νεφέεσι φέρων ὀνύχεσι μεμαφῶς.
Ἣδ' ἑλεὸν γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὀνύχεσι
Μύρετο. τὴν δ' ὀγ' ὀπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπε·
Δαιμονίη, τί λέλακας; ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων,
Τῇ δ' εἶς ἣ σ' αὖ ἐγώπερ ἄγω, καὶ ἀοιδὸν ἐοῦσαν.
Δεῖπνον δ' αἴκ' ἐθέλω ποιήσομαι, ἠὲ μεθήσω.
Ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν,
Νίκης τε στέρεται, πρὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.
Ὡς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ, ταναοίπτερος ὄρνις.

VERSIO.

Nunc vero apologum regibus dicam, etsi ipsis per se sapientibus
Sic accipiter allocutus est lusciniam varie canoram

Alt

Alte valde in nubibus ferens vnguibus prehendens
Ipsa autem miserabiliter curuis lacerata vnguibus
Plorabat. Hic vero ad illam .S. iusticiam fortiter ser-
monem dixit
Demens, quid strepuisti? Tenet certè te multo fortior.
Huc autem vadis, quod ego te duco, vtut cantricem
existentem
In cœnam autem, si voluero, te .S. mihi faciam, aut te
dimittam.
Stultus autem .S. est, qui voluerit aduersus potentio-
res se opponere.
Victoriaq; priuatur & præter irrisionem sustinet ca-
lamitates,
Sic dicebat celeriter volans accipiter habens densas
plumas auis.

VALLA.

At nunc te moneam, quanquam sapis omnia, iudex
His intende animum: Sed quid iuuat ista monere?
Stultus maiori quicunq; resistere tentat,
Vincitur & magno pœnas subit inde pudore,
Sic ego sum tanquam volucris quam prenderit astur,
Prensaq; sublimes agitur Philomela per auras.
Hæc dolet infelix vngui transfixa recuruo,
Quam contra horribili raptor sic intonat ore:
Quid misera exclamas te multo fortior astur
Te premit, huc adsis quo te meus egerit ardor,
Et quanquam bene suaue canas, mihi cœna futura es
Si lubet, aut dimissa iterum remeabis in auras.
Sic fatus, tacuit pennatus, & impiger astur.

FRISI-

FRISIVS.

Nunc age principibus referam doctis licet ipsis
Fabellam. Accipiter sic paruam ad ædona dixit
Alta in nube ferens, conuellensq; vnguibus atrîs,
Hæc misere eluxit curuo lacerata sub vngue,
At fuit accipitri vox illa Tyrannica diri,
Quid garris demens? nunc longe fortior in te
Ius habet, hac tibi cantrici, qua duco, sequendum
Nunc mihi si placeat, tibi parcam, aut cœna futura
Stultus maiori cupiens contendere contra,
Vincitur, atq; ignominiam cum clade reportat.
Sic ait accipiter sulcans celeri aëra penna.

PARAPHRASIS.

Ioach. Camerarij.

Comprehensam luscinam accipiter, & miserabiliter vociferantem, increpat sæuis verbis, & quid tu (inquit) rere tui clamoris gratia te amissum iri? Nihil ego istum moror aut curo, neq;, nisi forte animo meo placuerit, tua quiritatio te de vngulis eripiet meis. Fabula docet, stulte facere eum, qui nitatur contra potentiores. Nam neq; superiorem illum esse posse, & ad miseriam sibi derisionem adiungere.

DISPOSITIO.

Hactenus admodum Rhetorice quæstus est de perturbatione omnium rerum. Primum enim dixit de

duplici contentione. Nam ex odio, & æmulatione oriuntur plurimi tumultus, & maxima pars calamitatum humanarum. Deinde subiecit ἀπόνοια de formatione Pandoræ, qua imagine adumbratæ sunt cupiditates humanæ, & earum obiecta. Tandem attexit locum de ætatibus hominum illustrem, qui pertinet ad locum communem in Virgilio, Sic omnia fatis in peius ruere. Ab illa descriptione ætatum, vel ab illa querela de mutatione rerum, quomodo omnia paulatim in peius mutentur & degenerent, digreditur nunc ad pareneses. h. e. ad præcepta de colenda iustitia. Priusquam autem Poëta perueniat ad Catalogum præceptorum, narrat apologum, quo Tyrannorum mores ac sæuitiam figurate depingit. Nam illi plerunq; instar bestiarum vi ac immanitate grassari solent.

Per accipitrem autem intelligit Tyrannum, aut quemlibet magistratum, qui sine scriptis legibus imperat, & ad suam priuatam vtilitatem confert magistratum, postulat non iniqua tantum, sed multa etiam contra subditorum vtilitates. Per lusciniam autem intelligi vult innocentes homines & subditos, qui iniustis oneribus & tributis opprimuntur. Item literatos, qui à Tyrannis non modò irridentur, sed etiam à quibusdam Centauris vexantur, id quod, proh dolor, in plærisq; aulis regum & principum nostro tempore accidere videmus. Non dissimile figmentum est philosophi Aristotelis, in politicis, vbi narrat lepores concionatores fuisse leonum, & finita concione ab ijs deuoratos. Facile enim est, vt ille pro concione in præ-

sentia

sentia Illustrissimi Principis D. Friderici Electoris Saxoniæ dixit, leporem denudare, quod ad pedes attinet. Quod si autem caput sit denudandum, magni est laboris. Quo ioco procul dubio perstringere voluit vicia principum, qui non libenter patiuntur vinculæ legum, quibus tamen subditi parere coguntur.

Propositio autem istius loci est, Admonebo reges & magistratus hoc apologo, vt temperent sibi ab iniuria & violentia, nec inferiores se opprimant, quod omnium operum nostrorum Dij testes sint, qui bene facta præmijs, malefacta pœnis compensent, Tum quod nisi ad tempus prospero successu facinora vtantur, tandem prævalente iure, & se vindicante. Hanc propositionem corrigit. Monebo quidem eos, qui rebuspublicis præsunt, sed surdis canam. Quia ea conditio rerum est, vt obsequium amicos, veritas odium pariat. Tandem subijcit ὡμοφώνυμα seu ὡμώνυμον huius fabulæ, quo docet stulte facere eum, qui nitatur contra potentiores. Nam neq; superiorem illum esse posse & ad miseriam sibi derisionem adiungere.

EXPLICATIO TEXTVS.

νεῶ αἶνον) Commemorat Apologum de violentia & iniusticia magistratuum, præcipue Tyrannorum. Regnum enim est monarchia seu vnius principatus, administrantis Rempub. ad vtilitatem communem. Hæc cum degenerat, vocatur Tyrannis, in qua

qua monarcha gerit imperium ad propriam vtilitatem. αἶνος autem significat sermonem tecte aliquid monentem de moribus. Quintilianus lib. 5. asserit fabularum primum fuisse autorem Hesiodum propter hunc accipitris & luscimiæ apologum. Et multi audent affirmare sequentes iudicium Fabij, apologos Aesopi nomine celebres, non esse Aesopi, Certe Cleodemus apud Plutarchum in conuiuio septem sapientum fatetur imitatione huius fabellæ Hesiodeæ, Aesopum suas composuisse. ἐρέω) Ionice pro ἐρῶ h. e. dicam aut referam regibus apologum continentem salutarem doctrinam de moribus. βασιλεῦσ) .i. ego monebo Tyrannos, qui eum debebant defendere bonos & honore afficere innocentes & eruditos, sæuiunt in eos miris modis & fortasse eueniet mihi, quod luscimiæ contigit. Commentator Græcus refert hunc apologum ad Hesiodum, & dicit per accipitrem significari fratrem & cognatos, quibus fuit inuisus & quorum insidijs dicitur Hesiodus oppressus & interfectus esse. Per luscimiam vero notari Hesiodum, Nam luscimia significat homines doctos & præcipue Poëtas, vt est apud Euripidem in Tragœdia (quæ non extat) de Palamede, Interfecistis luscimiam innocentem. Assimilat igitur seipsum Poëta Philomelæ, propter concinnitatem facultatis poëticæ. φρονέουσι) ἀ φρονέω .i. sapio. Q. d. Quanquam per se sapiunt, nec opus habent me monitore, tamen dicam regibus, & omnibus politicis magistratibus meam sententiam. Huc alludit Horatius, cum ait, Iura negat sibi nata, nihil non arrogat armis.

sicut

ſicut de Nerone dicitur, antequam tibi pilus creuit, nata eſt mihi ſapientia. καὶ αὐτοῖς) Eſt ironia.

ἵρηξ) & ἱέραξ. ἀπὸ τοῦ ῥᾷον ἵεσθαι quod facile & celeriter vehitur in volatu. Propoſitioni ſtatim ſubijcitur apologus, per accipitres vero plærunq; ſignificantur homines iniuſti & violenti. Accipiter enim eſt auis viuens cæde & rapinis, ſicut inter homines reperiuntur quidam, qui viuunt rapinis & ſanguine. προσέειπεν) i. affatus ſeu allocutus eſt, ab ἔπω εἶπα. Acceſsit augmentum Atticum, quod interpoſitum eſt ε ἀηδόνα) ἀηδὼν vocatur propter cantum, dicuntur ab ἀεὶ & ἄδω ſemper cano. Inter omnes enim aues excellit voce. ποικιλόδειρον) Epitheton eſt luſciniæ, quod quidam referunt ad colorem. Quia videntur in luſcinia circa collum quaſi maculæ ſparſæ, ſpricklicht. Magis tamen ad vocem quadrare exiſtimo, id quod & Plinius indicat lib. 10. cap. 29. Q. d. varie canoram. Vnde prouerbium eſt, Per Ironiam, Luſciniæ deeſt cantio, quaſi quis dicat Mercatori deſunt mendacia, mulieri verba á ποικίλος, & ἡ δειρὴ collum, inde ποικιλοδειρος quia varium habet collum & gutturem. μεμαρπὼς) .i. conuellens ſeu corripiens, ſeu correptam. Q. d. cum comprehendiſſet. á μάρπτω .i. præhendo, capio. In media voce μέμαρπα. φέρων) .i. cum portaret eam, vt dilaniaret. ἐλεὸν) h. e. miſerabiliter, miſeriæ. Neutra enim aduerbiaſcunt. γνάμπτος) .i. incuruus, aduncus reflexus. πεπαρμένη) .i. confixa, ſeu transfixa. ſeu cum prehendiſſet vnguibus, Eſt geſtus Poëticus. Accipitri

pitri enim tribuit crudelem tractationem erga miseram & afflictam lusciniam, cui imminebat mors. περαμῶν .i. cum ab omni parte foderetur vnguibus recuruis, à πείρω πείρομαι, Fut. περῶ, vnde π. πέπαρμαι .i. penetro, pungo, transfigo. μύρετο) .i. lugebat, plorabat, pro, ἐμύρετο, à μύρομαι myrren. πρὸ) pro, πρὸ εἵπετ μῦθον. ἐπικρατέως) .i. ferociter, duriter, tyrannice, fortiter, potenter, contumaciter, imperiose, audacter ab ἐπικρατέω vinco.

δαμονίη) Est μέσον vocabulum, quo vtimur tam in bonam, quam in malam partem, siue blandius, siue durius. Sic Germani dicunt, lieber/ oder liebe. τὶ λέλακας) i. sonuisti, strepuisti, à λάκω λέλακα. Cantum luscinię vocat stridorem. ἀρείων) Q. d. es nunc in meis manibus. Oratio planè Tyrannica est, & prouerbialis de alterius vita pro libidine statuens. Q. d. quis dedit tibi potestatem, vt ista de me cantes? Quare mihi obijcis rapinas aut vsuras? Quid conquereris? Tace. aut ego te conijciam in profundissimam turrim, & efficiam, vt posthac non amplius decantes mihi illa, collige tuam suppellectilem, & fuge, aut capiam te, aut indignis modis te tractabo, vt meritus es. Conuenit hæc vox Tyrannica cum illo Agamemnonis, quod est apud Homerum lib. 7. Iliados:

εἰ δ' ἐκὲ μὴ δώσιν ἐγὼ δ' ἑκὼν αὐτὸς ἕλομαι, & alibi, ὄφρ' εὖ εἰδῆς ὅσον φέρτερός εἰμι σέθεν, &c.

ἄγω) Q. d. etsi videaris iusta & æqua postu-

lare, tamen penes me est situm, vt de te statuatur, quid velim. ἀοιδὸν) .i. licet sis perita Musicos, tamen te oportet me sequi. Illa omnia dicuntur Tyrannice. δεῖπνον) .i. deuorabo, aut dilaniabo. μεθήσω) .i. dimittam, ab ἵημι ἥσω cum μετὰ. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. τῇ) pro ἐνταῦθα. εἴσι) pro εἴσιθι καὶ πορεύου) ὅπου σὲ ἂν ἐγὼ ἄγω.

ἀφρὼν) Hucusq; poëta fabulam de auibus commemorauit. Inde autem rursus assumit propriam personam, & dicit ὠμύθιον apologi & epiphonema addit. Nam sequens distichon, nempe hunc versum, ἀφρων δ' secundum & alterum, iudicibus dixit. Ad Persen vero fratrem dirigens orationem, hunc protulit, ὡς ἔφατ' ὠκυπέτης ἵρηξ, & hoc modo non est occasio expungendi duos hos versus, qui sunt quoddam ὠμύθιον. κρείσσονας) .i. fortiores, præstantiores, potentiores, validiores, robustiores. αὐτιφερίζειν) .i. contendere, aut se opponere. νίκης στέρεται) pudorem ait accedere ex plagis aut iniurijs, vt ita non solum victoriam non reportent à potentioribus, cum quibus certauerint, sed etiam pudore confundantur. πάσχεει) h. e. præterquam quod nihil promouet, consequitur etiam ignominiam, sicut vulgo dici solet, wenn einer den schaden hat / so darff er nicht für das gespotte sorgen. Q. d. non tantum affligitur, sed iudicatur etiam iuste hoc ferre, es geschicht jhm recht / warumb helt er das maul nicht / was gienge es jhn an / was hat er dauon zusagen. ὠκυπέτης) .i. velox, vel celeriter

volans

volans, ὠκὺς celer & πέτομαι volo. ἴκω) Tenui spiritu scribatur, Nam venit ἐκ τοῦ ἴω τὸ πορεύομαι. Et Homerus eodem modo, αὐτὸς δ' ὥστ' ἴκω. Attice autem aspiratur ἐκ τοῦ ἵημι, τὸ πέμπω. τανυσίπτερος) .i. late extendens alas, vel, habens densas plumas à πτερόν .i. ala, & τανύω .i. extendo, per accipitrem significantur Tyranni, & homines violenti. Opponitur autem accipitri luscinia. Quia Tyranni nulli generi hominum sunt infensiores, quam doctis, & eruditis, propterea quod eos metuunt.

TEXTVS.

Ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄκουε δίκης, μήδ' ὕβριν ὄφελλε.
Τέρπις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ, ἐσθλὸς δὲ μὴν ἐσθλὸς
Ῥηϊδίως φερέμεν δυνάται. βαρύθελ δὲθ' ὑπ' αὐτῆς
Ἐγκύρσας ἄτησιν. ὁδὸς δ' ἑτέρηφι παρελθεῖν
Κρείσσων ἐς τὰ δίκαια, δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει,
Ἐς τέλος ἐξεμβᾶσα. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.
Αὐτίκα γὰρ τρέχει ὅρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσιν.
Τῆς δ' δίκης ῥόθος, ἑλκομένης ἥ κ' ἄνδρες ἄγωσι
Δωροφάγοι, σκολιῇς δ' δίκαις κρίνωσι θέμιστας.

Ηδ' ἕπεται κλαίουσα πόλιν τε καὶ ἤθεα λαῶν,
Ἠέρα ἑσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα,
Οἵτέ μιν ἐξελάσσι, καὶ ἐκ ἰθεῖαν ἔνεμαν,
Οἱ δὲ δίκας ξείνοισι καὶ ἐν δήμοισι διδοῦσι
Ἰθείας, καὶ μή τι παρεκβαίνουσι δικαίης,
Τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ.
Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, οὐδέποτ' αὐτοῖς
Ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.
Οὐδέ ποτ' ἰθυδίκῃσι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ἐπηδᾷ,
Οὐδ' ἄτη. Θαλίης δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται.
Τοῖσι φέρῃ μὲν γαῖα πολλὸν βίον, ἔρεσι δὲ δρῦς
Ἄκρη μέν τε φέρῃ βαλάνους, μέση δὲ μελίσσας.
Εἰροπόκοι δ' ὄιες μαλλοῖς καταβεβρίθασι.
Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν.
Θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές, οὐδ' ἐπὶ νηῶν
Νεῖονται, καρπὸν δὲ φέρῃ ζείδωρος ἄρουρα.

VERSIO.

O Perſa. Tu vero audi iuſticiam, neq; contumeliam
ange.
Iniuria enim mala ſ. eſt miſero homini, neq; ſane vir
forti
Facile ferre poteſt. Grauatur vero ab ipſa ſ iniuria
Incidens damnis. Via autem altera ad accedendum
Melior ad iuſta. Iuſticia vero iniuriæ præualet

Ad fi-

Ad finem vsq; perueniens, passus autem stultus cognouit.
Statim enim currit iusiurandum cum iniustis iudicijs.
Iusticiæ autem rota tractæ, quo viri duxerint
Corrupti muneribus. Obliquis autem iudicijs iudicauerint leges.
Hæc autem sequitur plorans vrbem & sedes populorum
Aëre induta, malum hominibus ferens,
Qui ipsam expellunt & non rectam distribuunt
Qui autem iudicia hospitibus & ciuibus dant
Recta, & nequaquam transgrediuntur iustum,
Illis floret vrbs, & populi florent in ipsa
Pax autem per terram eorum est iuuenum alumna,
neq; vnquam ipsis
Triste bellum sortitur late videns Iuppiter
Neq; vnquam iustos viros sequitur fames,
Neq; damnum, in conuiuijs autem optatis operibus
fruuntur
His profert terra multum victum, in montibus autem
quercus
In summa quidem parte fert glandes, in media autem
apes
Lanigeræ autem oues vellericus onerantur,
Pariunt præterea mulieres similes liberos parentibus
Florent q; bonis continuo, neq; nauibus peregrè
proficiscuntur. Fructū enim adfert illis fertilis terra.

VALLA.

Tu modo iusticiam cole, nulla iniuria Perse
Tecum habitet, fatale gerit secum illa, nec illam
Vllus amat, nisi mens cui vilis & improba surgit,
Vir bonus hanc inferre timet: quod si intulit, acti

Pœnitet, & magno contriſtat corda dolore,
Eſt via iuſticiæ melior, qua vincitur omnis,
Omnis ad extremum veniens iniurius ardor.
Quid dicam? quod nunquã aliquid dementia neſcit,
Ni modo paſſa prius: Sic qui male iura miniſtrat,
Peierat, & tandem dementi panditur error.
Eripe iuſticiam, corruptus munere iudex
Ius violat, dolet hæc, & nulli viſa per orbem
Triſtis it, & lachrymans pœnam mortalibus orat,
Qui violant iura & recti ſacra fœdera rumpunt.
Verum vbi iuſticiæ ſancti ſeruantur honores,
Iudicioq; pares & ciuis & aduena pendent,
Vrbs viget, augetur ſoboles, pax læta vagatur,
Pax iuuenum nutrix, nunquam his fatalia bella
Præparat altitonans, nullis in rebus egeſtas
Imminet, in quenquam nulla eſt offenſio, dulci
Quos iuuat interdum genio alleuiare labores,
Terra quibus large fundit ſua ſemina & altæ
Montibus innatæ mittunt ſua munera querceus
Glandiferæ in ſummo: media tamen arbore muſſant
Vndiq; apum ingentes acies, veſtemq; miniſtrant
Lanigeræ pecudes, per ſe magis omnia florent,
Non his externas merces vehit ardua puppis,
Omnia dat tellus. Quid enim quod iuncta marito
Et patribus ſimiles emittit fœmina partus?

PERSIVS.

Tu ſequere ô Perſe, iniuſtumq; relinque,
Nam multum petulans homines iniuria lædit,
Quam vir ferre nequit patiens, quin corde mouetur
Cladem vllam accipiens, melior ſic ſemina monſtrans
Iuſticiam, cedit quoq; tandem iniuria turi
Succumbens, ſtultus non nouerit hoc niſi paſſus,

Iamq;

Iamq; statim comes est iuri periurium iniquo,
Iusticia huc sequitur, trahitur quocunq; ab auaris
Iudicibus, quos lege finit decernere iniqua,
Hinc lachrymans vrbis vicos, populumq; pererrat
Aëre tecta, illis secum mala plurima voluens
A quibus exacta est: fraudataq; partibus æquis.
Qui vero externis, & ciuibus omnia iuste
Distribuunt, nil flectentes à tramite recte,
His viret vrbs, populiq; vigent, atq; omnia florent.
Pax iuuenum nutrix vsq; est, non horrida bella
Latiuidens illis immittit Iuppiter vnquam,
Nec populos inter rerum vlla penuria iustos,
Insumunt epulis in sacris parta labore:
Terra dat immensos fructus, in montibus altum
Quercus fert glandes caput, est apis incola ventris.
Grex ouium lana per agros incedit onustus,
Et similem sobolem genitrices patribus ædunt,
Deniq; cunctarum rerum vbertate fruuntur,
Non scandunt naues, tellus victum alma ministrat.

DISPOSITIO.

Ὦ πέρση) Postquam per apologum adhortatus est magistratum ad colendam iusticiam, eò quod imprimis eum deceat, pergit nunc etiam fratrem exhortari ad iusticiam. Q. d. fuge iniuriam, & potius sequere iusticiam, estq; primum generale præceptum. Ratio adhortationis sequitur, quare præstet, vt colat iusticiam. Quia etiamsi bonus & vir iustus aliquandiu opprimitur, tamen tandem emergit & vincit iusticia, adeo vt scelerati homines dent pœnas suæ impietatis. Deinde confert iusticiam & iniusticiam,

idq; facit, vt metum incutiat hominibus, ne facile aliquid contra iusticiam perpetrent. Sic enim nos homines sumus natura comparati, vt facile inducamur ad peccandum, nec metu impendentis pœnæ contineamur. Itaq; primum splendidis verbis amplificat præmia, quæ iustos sequuntur. Nam cum nihil æque ad recte faciendum homines pelliciat, atq; spes commodi alicuius ob oculos posita, arbitratur poëta & hoc argumento à premijs principes & omnes gubernatores Rerumpublicarum ad honestatem sequendam, iusticiamq; colendam accendi posse.

Et in hoc loco licet cernere, quam pulchre verba sint amplificata. Est enim sententia, Quando à magistratibus iusticia defenditur, & à subditis colitur, tunc vrbs viret, populi florent, est pax, in qua pueri bonis artibus imbuuntur, homines non vexantur bello, neq; affliguntur caritate annonæ, sed agitant læta conuuia, duplicem fructum percipiunt ex quercu, maximum habent quæstum ex ouibus, liberi sunt similes parentibus, non opus habent nauigatione ad victum quærendum, cum terra sua sponte ferat omnia, quæ ad vitam sustentandam sunt necessaria. Eadem pacis commoda recensetHomerus in CLYPEO Achillis lib. XVIII. Iliad. Confert enim pacis commoda, & belli ærumnas inter se, cum duas vrbes, alteram pace florentem, alteram bello vastam depingit, quo magis inuisum, opinor, bellum rem perniciosissimam optime cuiq; faceret. In pacata vrbe nuptijs locus est, exercentur iudicia, aguntur causæ, admira-

tion

tioni sunt oratores. In altera iugulantur liberi, silent leges, mutum est forum, Postremo est omnium ciuilium rerum vastitas. Vide elegantissimos versus Eobani Hessi, quibus ex Græco in latinum transtulit admirabilem Clypei descriptionem, vt in qua totius penè naturæ rerum imaginem Homerus depinxerit.

EXPLICATIO TEXTVS.

ὦ πέρσᾳ) Iam sequitur primum præceptum, colendam esse iusticiam, & thesi instituta ad omnes politicos magistratus descendit ad hypothesin & instituit apostrophen ad fratrem Persen, Mi frater, vide, vt colas iusticiam. Quia iniusta dolore afficiunt homines. Deinde hic locus est concio legis, Deus ingentibus pœnis publicis & priuatis vindicat iniusticiam. Dicit igitur iusta parere fertilitatem terræ, priuata etiam commoda & lætam vitam, vt quisq; suauiter viuere possit, & se oblectare & suauiter frui commodis præsentibus. Amplificat autem tribus argumentis propositionem. PRIMVM est, Iniusticiam irritare homines. SECVNDVM est, Deum rependere præmia pro iustis factis. TERTIVM est. Deum grauiter punire iniusta. ἄκρε) Postquam explicauit fabulam, & monstrauit, quod á potentioribus lœdantur imbeciles iniuste, iam conuertit sermonem ad Persen, & inquit, Tu autem obtemperes, sinasq; te regi iusticia & iudicijs, nec præter-

missa iuris ratione, Sicut insolentes & iniusti solent cumulare iniuriam, h. e. damna & iniusticiam. δίκης) .i. audi iusticiam, obtempera seu ausculta iusticiæ, fuge iniuriam, Obserua, quod verba sensuum construuntur cum genitiuo. δίκη autem Græcis significat iusticiam, iudicium, & vindictam, sicut latinis ius, Germanis, Recht. ὕβριν) .i. iniuriam, contumeliam. πλὴν ἀδικίων. Nam in omni ἀδικίᾳ est ὕβρις.

ὕβρις) Prima ratio, Quia iniuria est dolori hominibus, vel irritat homines. Nam experientia testatur ijs, qui delectantur iniurijs, alioſq; libenter ledunt, viciſsim expectandas esse pœnas. Maledicenti enim dicentur plura viciſsim. δειλῷ) .i. misero, h. e. imbecilli & infirmo. Sententia huius loci est, Iniuria & maledictum imbellem, atq; ignobilem hominem impellit, vt illa vtatur aduersus illam, vel, infirmi aut imbecilles homines, cum afficiuntur iniurijs, grauiter ferunt, & certe cogitant de defenſione, vindicta, & vltione. Item, victis etiam arma supersunt, vt ille ait. Item, Nullus vermis est tam exiguus, quin repugnet, quando pedibus calcatur, &, vt dici solet, pilis etiam sua vmbra est. Ita nemo est tam infirmus, quin cogitet de vltione, quando afficitur iniuria. ἐσθλὸς) .i. bonus, vel potius expone fortem, vt sit sensus, Ne fortis quidem vir iniuriam perferre potest. φερέμεν) pro φέρειν. Q. d. non tantum homines miseri & imbecilli animo grauiter ferunt, sed etiam boni vel fortes, quando præter meritum afficiuntur iniurijs. Proclus interpretatur illud φερέμεν, quod nimirum bonus vir

nus vir non possit ferre iniuriam. Tzetzes vero Grammaticus φερέμυν exponit pro ἔχειν, vt sit sententia, Bonus non facile. h. e. non sine multis causis, potest habere iniuriam, aut maledictum, aut aliquod damnum. βαρύθει) id est, grauatur ab ipsa iniuria. Metaphora sumpta ab oneribus quæ premunt homines & grauant. Q. d. Iniuria est graue onus, quod grauiter premit illos, qui sunt præstanti animo præditi, non tantum illos, qui sunt cupidiores vindictæ. ἐγκύρσας) i. incidens, illapsus, incurrens, vel postquam incidisset. κύρω κυρῶ vel Aeolice κύρσω, in margine ἔκυρσα κύρσας cum ᾧν, ἐγκύρσας. i. cladem vllam accipiens corde mouetur. Vel est Aor. 1. participij per syncopen pro ἐγκυρῆσας ab ἐγκυρέω incido idem quod ἐμπόπτω. ἄτηϊν) pro ἄτας, h. e. est singularis magnitudo animi, quando aliquis potest ferre iniurias, quibus afficitur. ἄτη enim significat noxam seu damnum. Interpres hunc locum ita exponit, Illapsus damnis. h. e. si præter voluntatem atq; vix tandem aliquando bonus ab aliquo irritatus, contumelijs aut damnis affecerit alium, huius facti ipsum pœnitebit, quod aliquo modo ad id faciendum impulsus fuerit. Nam si non potest, vt Proclus inquit, iniuriam aut conuicium, aut damnum perferre, quale signum bonitatis reliquum habebit?

οὐδὲ) Postquam Hesiodus ostendit fratri, quod iniuria & violentia sint improborum. Boni autem non sint tales, sed diuersæ rationis, iam dicit ad ipsum, Tu igitur viam siue rationem illorum improborum ne ingrediaris

grediaris nec imiteris. Est autem via siue ratio alia melior, quæ fert ad iusta opera, quibus nimirum diis benefacimus, quam viam boni atq; industrij viri sequuntur. ἑτέρηφι) pro ἑτέρᾳ Ionica paragoge. Q. d. est alia commodior via persequendi id, quod quis nelit, quam per iniuriam & violentiam. παρελθεῖν) .i. peruenire. h. e. ad perueniendum, ab ἐλεύθω .i. accedo, ἦλθον, Infini: ἐλθεῖν. ἐς τὰ δίκαια) .i. ad iusta, h. e. ad ea, quæ quis potest iuste tenere, & sunt licita & concessa. Exempli gratia, si velim appetere ingentes opes, potentiam, aut Tyrannidem, tunc necesse esset, me iniuste agere, & præter meritum, bonos homines afficere iniuria. Item, si quis est natus ex magna familia, & vult alere tot famulos, quot princeps aut comes, illum necesse est conflare magnum æs alienum, & tandem viuere ex rapinis, donec trahatur ad suppliciam. Hæc inconcessa & iniusta non sunt expetenda.

δίκη) Ratio præcepti est, quare sequenda sit iusticia. Quia etsi iusticia ad tempus premitur, tamen in fine vincit, sicut dici solet de veritate, quæ quidem interdum premitur, sed non opprimitur, verum erumpit tandem & vincit. Ita iusticia affligitur, & tamen vincit, Trew gienge durchs Land / vnd kam herwieder / Vntrew gieng herdurch / Aber kam nicht wider. ἴσχει) .i. prævalet, obtinet, behelt den platz. Q. d. Homines scelerati dant tandem pœnas suæ improbitatis, Bonus autem vir etiamsi interdum opprimitur, tamen tandem emergit & vinu-

cit. In-

cit. Interpres ὑπερίσχει exponit ὑπερέχει. Q. d. Iusticia antecellit iniuriæ. h. e. honoratior existit, quàm iniuria & damnum vel iniusticia. ὑπὲρ ὕβριος) .i. supra vim, & iniusticiam. Q. d. Iusticia potest laborare, sed ad extremum opprimi non potest, & durat vsq; ad finem. Quia Deus sustinet sua manu omnia, Deus est vindex iusticiæ, non patitur eam opprimi. ἐς τέλος ἐξελθοῦσα) Aurea est sententia & ad incutiendum facinorosis metum valentissima. Fabius Maximus apud Liuium his verbis eam effert, At veritate laborare nimis ius sæpe aiunt, extingui nunquam. Simili modo de veritate loquitur Diuus Hieronymus aduersus Pelagianos imitans Liuium, Veritas (inquit) laborare potest, vinci non potest. Miror doctissimum virum Erasmum in prouerbio, Malo accepto stultus sapit, sic legere, δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριον ἴσχει, & vertere, Tandem sua pœna nocentem consequitur. Non enim ille germanus est sensus Poëtæ, sed hic, nempe, interdum quidem regnare violentiam iusticia oppressa & calcata, sed id non impune, & nisi ad exiguum tempus fieri, cum tandem iterum ἴσχει, h. e. præualet, & se fortiter vindicat iusticia. Hoc non ante credunt vecordes & malefico corde homines, quam iam propter facinora supplicium experti sint. Sed non dubito, quin Erasmus habuerit, quem sit imitatus. In eadem sententia est etiam Interpres Græcus inquiens Poëtam per hæc verba (ἐς τέλος ἐξελθοῦσα) Soluere obiectionem. Cum enim antea dixerit, quod iusticia præstet iniuriæ & iniusticiæ, potuisset

Perses

Perses, aut alius quispiam obijcere, contrarium tamen videri. Nam iniustos omnibus bonis affluere gaudere, magis quam bonos & iustos. Vt igitur occurrat occupationi, dixit, ἐς τέλος ἐξελθοῦσα, Q. Etiamsi non statim appareat fructus atq; effectus, potentiaq; ipsius iusticiæ, suo tamen tempore aliquando in lucem prodibit, quando in conspectu omnium iniusti calamitatibus obruentur.

παθὼν) .i. accepto malo. Quia postremo vincit iusticia. Nam stultus cognouit se peccasse, sicut supra Epimetheus. Q. d. postquam peccauit, tunc agnoscit suum peccatum, á πάσχω .i. patior. ἄορ. β. ἔπαθον, vnde particip. παθὼν. ἔγνω) .i. cognouit. ἄορ. β. á γινώσκω. Q. d. stulti non sapiunt, antequam rem suscipiunt. Sed quando res malum exitum sortitur, tunc suis miserijs edocti incipiunt sapere, & suam vitam prudentius instituere. Est ergo hemistichium prouerbiale, stultus edoctus calamitate sapit. Misera autem est doctrina, quando quis suo malo redditur prudentior. Terentius recte dixit, Hoc scitum est, periculum ex alijs facere, tibi quod ex vsu fiet. Hoc vero est extremæ sortis, non suo malo emendari, sicut iam homines ita sunt obstupefacti, vt non tantum non alienis, verum etiam suis malis non emendentur. Iste postremus gradus est miseriarum & stulticiæ.

νήπι) Et hoc quoq; ad prædictam obiectionem firmius soluendam pertinet, apte subiectum post paræresin superiorem, & dehortationem ab iniusticia

Cui

Cum enim dixisset, Iusticia antecellit iniuriæ, obiectionem soluens dicebat, ἐς τέλος δεδειγμένα. h. e. comprobata euentu aliquo tristi & luctuoso. Postea quoq; vt tanto magis deterreat & dehortetur Persen, ne contra iusticiam faciat, subijcit, παθὼν δ' ἔτι νήπιος ἔγνω. h. e. improuidus & insipiens, qui non sequitur partes iusticiæ, tum cognoscit & fit sapiens, quando malis inuoluitur, illisq; opprimitur. Ne igitur tibi idem accidat, Persa, idemq; pati cogaris, des operam, vt cogitatione futuri mali refrenes animum, & iusticiæ viam sequaris. Hæc Interpres.

αὐτίκα) Sequitur locus de pœnis impiorum. Q. d. qui iniurijs & malis artibus crescunt, illi ad tempus florent, vel, est quidam splendor subitus, sed cito ille splendor iterum obfuscatur, & deinde sequitur longa pœna pro breui voluptate. ὅρκος) In malam partem accipitur pro periurio, ἀντὶ τῆς ὠμοσίας, h. e. homines facile impelluntur ad peierandum. Ita ὅρκος dicitur iusiurandum, quod pro defensione iniusticiæ datur, vel quod præbetur in talibus iniurijs. τρέχει) .i. currit quidem, sed non diu, vel ad breue tempus, Es weret nicht lange / Es kompt endlich herfür, & postea sequitur longa & diuturna pœna. ἅμα σκολίοισι δίκῃσιν) pro, σκολίαις δίκαις. h. e. cum iniustis, prauis, & obliquis iudicijs, schlimrecht. τρέχω .i. curro, inde τρόχος .i. rota. σκολιὸν .i. obliquum, non rectum. ῥόθος) Ita solet fieri, vt rota iusticiæ deuoluatur, quo tradunt illi, qui iudicant, Iuxta Germanicum prouerbium,

bium, das Recht hat eine wechssene nase/ Man kan es hin lencken / wo man hin wil. δίκης) .i. eius iusticiæ. ἑλκομένης) .i. tractæ, vel quæ trahitur, ab ἕλκομαι, ῥόθος .s. rotula .s. currit ad tempus. ἢ ἄγωσι) .s. quo ducunt, sicut nunc dicimus, Es füret das redtlein so herümb. δωροφάγοι) .i. corrupti muneribus, vel auari iudices, vel, qui vorant munera, das redtlein leuffet ein weil / violenter quidem currit, sed ad breue tempus, es vberwieget darnach wieder. σκολιαῖς δίκαις) .i. obliquis iudicijs seu sententijs. Q. d. qui leges detorquent ad prauum iudicium, vel, qui cum iniuste iudicant, tamen ad illud suum iudicium leges referunt, vel, vt Virgilius inquit, leges precio figunt atq; refigunt. θέμιστας) .i. leges scriptas, decreta & approbationes. Quidam enim interpretantur συγκαταθέσεις. Vt Poeta doceat, quomodo iusticia præualeat ipsi iniusticiæ, dicit post lites obliquas, falsaq; iudicia solere plerunq; sequi iusiurandum. Quando autem iusticia cogitur, siue conuertitur, quocunq; iudices auari ipsam trahunt & ducunt, tum contingit ῥόθος. h. e. stridor & tumultus iniuste affectorum, oppressorumq;, qui lugent & dolent, & aliorum quoq; plurimorum, qui deplorant corrumptum iudicium. Particulæ τε & κε apud Iones & Poëtas cum verbis subiunctiui modi construuntur. Interpres sic construit prædictos versus, τῆς δὲ δίκης ἑλκομένης ἢ κ' ἄνδρες ἄγωσι δωροφάγοι, κρίνωσι δὲ τὰς θέμιστας τῆς σκολιᾶς δίκης, ῥόθος, (h. e. θόρυβος καὶ ἦχος)

ἦχος) γίνεται, ducta metaphora à fluctibus, Aut secundum Proclum, ῥόθος, h. e. aspera atq; dura via.

ἡδ' ἕπεται) .s. Iusticia. Prosopopeia est, quæ ratio locutionis etiam ἔμψυχος καὶ γλυκὺς λόγος vocatur. Inducit enim iusticiam, quod oppressa retro sequatur post iniusticiam, nimirum inferior & secundas partes ferens, deploret vrbes, h. e. cœtus, conuentus, & mores hominum, & inuisibiliter damnis afficiat iniustos homines. πόλιν) Opinor subintelligendum esse κατὰ, vt sit sententia, Iusticia aëre iam induta. h. e. inuisibilis per vrbem & plateas incedens, dignas pœnas sumet de iniustis. ἕπεται enim alioqui cum datiuo construitur. ἤθεα) .i. mores. Significat item loca conuersationum, vbi homines consueuerunt habitare. ἠέρα ἐσσαμένη) .i. induta aërem, h. e. non conspicitur ab ἕω .i. induo, ἕσομαι. Inde Sueui vocant Hes. h. e. vestes μιν Dorica est particula omnis generis. φέρουσα) .i. portans. Quid autem portat secum. κακὸν) .i. calamitatem seu ærumnas publicas & priuatas. οἱ) .i. homines. ἐξελάουσι) .i. expellunt, ἐλάω .i agito, vide ἐξελάω .i. expello, vel ponitur pro ἐξελαύνουσι ab ἐξελαύνω .i. propulso. ἰθεῖαν) .i. non rectam, aut æquam iusticiam. Q. d. eodem modo ius administrandum est alienis, quod administratur ciuibus. κλαίουσα) .i. sequitur lugens, quod ita spernitur, quod cogitur inseruire cupiditatibus suis, & adfert plurimum calamitatum. ἔνειμαν) à νέμω .i. distribuo. Inde νόμος lex dicitur, quæ cuiq; distribuit ius suum.

οἱ δὲ δίκας) Totus iste locus continet commendationem iusticiæ, quam satis splendide & copiose contulit cum iniusticia, sicut autem in præcedenti contextu dehortatus est fratrem ab iniusticia & rapinis, & dixit de pœnis, quæ sequuntur iniustos, ita nunc subijcit ἀντίθεσιν exponens nimirum, quibus premijs ornentur boni & iusti homines. δίκας) .i. iudicia, iura, iusticias. h. e. qui recte iudicant. δίκη simpliciter iusticiam vel ius significat. Deinde etiam iudicium, item decretum vel sententiam in iudicio, Tandem pœnam iustam, quæ irrogatur in iudicio. Tamen pertinent eodem omnia. Inde venit δικάζειν, quod significat iudicare, seu impingere dicam. διδοῦσι) .i. dant, reddunt, distribuunt. ξείνοισι) .i. peregrinis, hospitibus. ἠδ' ἐνδήμοισι) .i. ciuibus seu popularibus suis, à δῆμος .i. populus. Inde ἔνδημος, qui est ex illo corpore populari. Q. d. qui rectam sententiam ferunt hospiti & ciui. ἐκβαίνουσι) .i. nec violant iusticiam, vel, non discedunt à iusto. παρεκβαίνειν est excedere ex via, aus dem wege tretten, vel elimitare, & est vocabulum decompositum à παρὰ ἐκ & βαίνειν.

τοῖσι) Iam sequitur enumeratio premiorum in genere. τέθηλε) .i. floruit, viguit, gaudet, crescit, augetur, amplificatur, à θάλλω. Mutatur α in η, & fit præteritum medium τέθηλα, quo sæpe vtuntur pro præsenti, quod est vsitatißimum. Est autem figurata locutio, ἀπὸ τῶν θαλλόντων δένδρεων, à similitudine florentium & germinantium arborum. πόλις) .i. vrbs, h. c. Respub. viret. ἀνθεῦσιν) .i. floreni,

florent, pro ἀνθοῦσιν, Aeolice & Dorice ab ἀνθέω. ἀνθοῦσι autem figurate dixit pro θάλλουσιν. h. e. gaudio, lætitia, suauitate fruuntur. ἐν αὐτῇ) Primum floret vrbs. h. e. Respub. & deinde florente vrbe, h. e. Republica, etiam bene se habent ciues, florent homines tam priuatim, quam publice. Sic oportet nos nauigare, vt nauigemus salua naui, h. e. salua Repub. inquit Demosthenes. εἰρήνη κουροτρόφος) Primum premium pro seruata iusticia, lege, vel obedientia legum est pax, qua nihil est in hac vita melius, pulchrius, & felicius. Iniustis quidem (inquit Poëta) Deus inducit πολέμους τοῖς ἀνδροκτόνους. Ex qualibet enim, etiam minima occasione excitantur cædes. Quibus vero iusticia est cordi, apud illos floret pax populorum altrix & conseruatrix. κουροτρόφον autem ipsam appellat, h. e. altricem & educatricem iuuentutis. Quia tempore belli omnia deuastantur, Econtrà tempore pacis omnia aluntur, iuuentus potest informari, vt sit vsui Ecclesiæ, Reipub. & familijs. Horum nihil potest fieri tempore bellorum, Quamuis εἰρήνη sit γηροτρόφος quoq; & βρεφοτρόφος, à præstantissima & dignissima inter omnes ætate. κουροτρόφος, actiuum, ἢ τρέφουσα τοὺς κόρους, i. iuuenum altrix, vel, alens pueros, vel, quæ alit iuuentutem, seu nutriens iuuentutem. κουρότροφος autem passiuum dicitur ὁ τρεφόμενος κόρος. h. e. iuuenis nutritus.

οὐδὲ) Idem dicit, quod supra, potiuntur placidissima & exoptatissima pace. αὐτοῖς) .s. homini-

bus, qui distribuunt iustam iusticiam. ἀργαλέον) .i. molestum, graue, difficile, arduum. Dicitur & ἐργαλέον ἠμὲν ἀργαλέον, aut παρὰ τὸ ἄλγος, ἀλγαλέον ἠμὲν ἀργαλέον. τεκμαίρεται) .i. adfert, ordinat, destinat, machinatur, perficit, sortitur. Q. d. Deus non affligit eos bellis. τεκμαίρομαι autem significat decerno, statuo, constituo, desino. Alias significat aliquid obseruare ex certo signo. Inde apud Quintilianum sunt duplicia signa .i. τεκμήρια, quæ certas obseruationes habent & εἰκότα, quæ ex verisimili accidunt. εὐρύοπα) Poëticum est pro εὐρυόπης, ab εὐρὺς & ὤψ ὠπὸς, quidam in penultima retinent ω, quando autem hoc nomen ὤψ mutat ω in ο significat φωνὴν vocem. Vnde Iuppiter dicitur εὐρυόπης propter vtrunq; quasi qui omnia & audit & cernit.

οὐδέ ποτ') Alterum premium fertilitatis terræ. Est plane doctrina legis. Q. d. qui colunt iusticiam & obediunt Deo, eiusq; præceptis, illos sequuntur infinita bona, Deus rependit illis ingentia bona, qualia sunt fertilitas terræ, bona valetudo, successus in tota vita, suauis & iucunda vita, Iuxta Psalmum 128. Benedicat tibi Dominus ex Sion, vt videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ, Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel. In quo primum vxori fœcunditas promittitur. Deinde promittitur & soboles florens viribus corporis, ingenij, & spiritu, præterea promittitur in officijs vocationis. Postremo longe amplius munus promittitur, tranquillitas publica, pax, & diuturnitas imperij. Hæc magna res

est.

est. λιμὸς) .i. fames. ὁπηδεῖ) .i. sequitur, comitatur. μετ' ἀνδράσι) .i. post viros. Sic illi loquuntur. Q. d. nec vnquam fames versatur inter homines iustos. ἰθυδίκαισι) .i. iuste iudicantes. Q. d. fames est pœna iniustitiæ, sicut infra dicit, λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν, h. e. Deus hominibus iniustis misit famem & pestem. ἰθυδίκης autem dicitur vir iuste iudicans. ἄτη) .i. neq; noxa vel damnum publicum vel priuatum. Q. d. Deus largitur etiam successum in consilijs, in rebus suscipiendis & actionibus. Sententia ergo huius loci est, Hominibus, qui iuste iudicant, nunquam obuenit fames. Quia mercatores & nautæ vndiquaq; ad ipsos confluunt & appellunt, spe consequendæ iusticiæ, quam existimant ipsos recte administraturos esse. Neq; aliud damnum, siue bella, siue adulteria, neq; rapinæ, nec aliud quippiam ipsis solet contingere. Reueretur enim etiam Barbarum ad iniustum bellum lacessere. Adulteria autem & similia penitus extirpat iustis pœnis ex iure desumptis.

θαλίῃς) .i. agitant conuiuia, aut sunt læti, Quia pace fruuntur. νέμονται) .i. fruuntur. μεμηλότα) .i. iucunda, suauia, optata, curata, á μεμηλὼς, quod deriuatur á μέλλω. ἔργα) .i. operibus, h. e. bonis partis suo labore. Q. d. In conuiuijs partis opibus fruuntur, distribuunt negocia, homines versantur in pace & conuiuijs, sunt securi, non sunt solliciti de bellis. Deus efficit & curat, vt fertilitas terræ abunde respondeat ipsorum labori, vt meßis vincat etiam vota agricolarum. Primum premium est pax,

Proximum fertilitas terræ, Tertium successus in vitæ actionibus, Quartum est lætitia, suauitas, quies, & vacuitas à curis, molestia, aut mœrore. Hisce temporibus est tristicia, quæ quasi radices egit in animis hominum. Raro videmus etiam sobrium esse lætum. Ipse enim memor est pœnæ, quæ vel oritur ex mala conscientia, vel conspectu præsentium malorum.

τοῖσι φέρει) Distribuit locum de fertilitate terræ, & in illo commoratur, vt etiam sit memor sui instituti. Quia erat scripturus de agricultura, ideo amplificat istum locum de fertilitate terræ, quæ est premium iusticiæ. πολλὸν) .i. copiosum, q d. præbet affatim ea, quæ sunt necessaria ad sustentandam vitam. γαῖα) γαῖαν nunc intelligit πλὴν ἀρόσιμον, h. e. terram, quæ aratione excolitur. βίον autem alimenta, quæ proueniunt ex seminibus. οὔρεσι) pro ὄρεσι .i. montibus, h. e. in incultis terræ partibus. δρῦς) .i. quercus. Intelligit hoc nomine omnes arbores. ἄκρη) Q. d. in summitate quidem sua proferunt fructus. βαλάνους) .i. in summitate quercus, in frondibus aut ramis nascuntur glandes, Illarum vsus fuit olim etiam in cibo, & videmus nunc, quanta sit earum vtilitas, Sagimantur boues, iumenta, & præcipue sues. Quando glandes copiosè proueniunt, tunc illo anno non futuram famem dicunt rustici. Econtrá non potest sperari laxitas annonæ, quando non sunt glandes, & alia pabula. μέσσῃ) .i. in medio, h. e. in cauitatibus suorum truncorum, alunt & fouent apes. μελίσσας) In excauatis arboribus solent etiam domunculas

munculas suas extruere apes, sicut est in 4. Georg. Item solent excauari arbores ad eum vsum & de industria collocari aluearia in arboribus excauatis. Vulgo dicitur, & verum est, qui habet successum in fœtura apum, eum breui fore diuitem.

εἰριοπόκοι) .i. πόκους ἐρίων τρέφοντες, h. e. quæ nutriunt vellera lanarum, vel lanigeræ ab ἔριον .i. lana seu vellus. πέκω vel πείκω .i. tondeo, pecto, inde εἰριοπόκος Epitheton ouium propter lanam quæ tondetur. Nunc sequitur tertium genus, quod est vberrimum. Cato etiam dixit eam esse optimam viam ad opulentiam. Nam interrogatus, quæ esset ratio ditescendi, respondit, pascere. Quæ esset alia via? Bene pascere. Ergo ponit rem pecuariam inter successus rei familiaris & opulentiæ. καταβεβρίθασι) .i. onerantur, grauantur densa & villosa lana, à βρίθω premo, βέβριθα καταβρίθω deprimo, aggrauo, præ onere premo, inde præteritum medium. Q. d. vix poterunt ferre lanam, vsq; adeo erunt felices illi homines. Ex ouibus enim olim fuit maximus quæstus, iuxta vulgare dictum, Wem die Schaff zulegen/ vnd die Weiber balde sterben/ der kan bald gros reichthumb erwerben. μαλοῖς) μάλλοι dicuntur villi seu densæ lanæ, feine lange zoten/ oder dicke schůbel Wolle. Patres familias, qui rei pecuariæ dederunt operam norunt, quanta sit vtilitas ex ouibus. Oues enim præbent vestitum, cibum, & stercorant agros. Nullus fimus est vtiliter ad pingue faciendos, aut stercorandos agros, quam ouium.

τίκτυσι) Nunc sequitur quartum genus de fœcunditate mulierum, & describit non tantum fertilitatem mulierum, sed etiam felices partus. Ait enim mulieres liberos similes parentibus. h. e. honestos parere. Idem dicit Propheta Dauid Psal. 128. Videbis filios filiorum tuorum. Psal. 127. Erunt sicut sagittæ expromptæ ex pharetra, b. e. erunt filij seu viri iusti & fortunati. Et illa est profecto magna lætitia, etiamsi nos senes non curamus mortem, etsi nobis bene consultum erit, tamen cum aspicimus liberos nostros, quando aliquis seminarium & sobolem venturæ posteritatis animo procul intuetur, tunc expallescunt homines sani, cum cogitant, qualem illi Ecclesiam & Rempub. sint habituri, Ego doceo te literas, fortasse tu docebis Turcas. Digna autem admiratione est, præsertim in senibus, illa στοργη seu amor singularis, quo nepotes complectuntur. Nam impensius eos amant, quàm suos liberos. ἐοικότα) ἐοικὼς, Atticum augmentum est. ε. γονεῦσιν) Quia studiosi iusticiæ severe puniunt eos, qui adulterantur. Sicut dicitur, Fortes creantur fortibus & bonis: Est in iuuencis, est in equis, patrum virtus, nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam. Si parens est bonus, filius etiam erit bonus, & Deus dat successum propter pietatem parentum.

θάλυσιν) ἀ θάλω id est, floreo, germino. διάμπερες) .i. omnino, prorsus, continuo, durch vnd durch. ab omni parte. q. d. vndiq; affluunt bonis. νηῶν) h. e. non opus est aliqua peregrinatione,

aut

aut nauigatione. Quia domi habent abunde victum. Hesiodus putat non extremam esse felicitatem, si quis non opus habeat quærere victum per mare, & Hercule sic est. Cæterum Hollandi pro summa felicitate ac voluptate ducunt natare per cærulea vada. Adeo homines Salaminij sunt, longe dissidentes á Baccho illo Aristophanico. νηῶν) .i. non nauigabunt, non appetent immoderatum victum, immoderatas opes. Φέρει) .i. fert, producit. νείσονται) .i. nauigabunt, appellunt, nauigant, reuertuntur. Complectitur in vnum fasciculum, quicquid est in mundo, & ponit excluſiuam, Non (inquit) animum applicabunt ad res quæstuosas, non exercebunt mercaturam, quæ male audit apud veteres, vt apud Homerum. ζείδωρον) .i. frumentifera. Opes debent esse datæ á Deo. Q. d. dona Dei non debent esse rapinæ, aut spolia iniusticiæ, ita vt aliquis possit dicere, ô Deus omnipotens ago tibi gratias. Sed quibus est res parta rapinis, illi hoc non possunt facere. νηῶν) Ostendit hoc loco Hesiodus, quid sentiat de nauigatione, & quod bonis & iustis non expediat negociari & mercaturam exercere, atq; multum peregrinari. Alij enim ex omnibus locis ad ipsos appellunt, suaq; nauigia eò dirigunt, vt apud illos rectam iusticiæ administrationem consequantur. Hæc autem omnia doctrinali modo loquitur ad fratrem, vt ille facta, cognitaq; collatione iusticiæ & iniusticiæ, partes viæ melioris sectetur.

TEXTVS.

Οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ, καὶ ἔργα χέτλια,
Τοῖς δὲ δίκλυε κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα
ζεὺς,
Πολλάκι καὶ ξυμπᾶσα πόλις κακὸ ἀνδρὸς
ἐπαυρεῖ,
Ὅσις ἀλιτραίνει, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάα-
ται.
Τοῖσ' δὲ ἐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα κρο-
νίων,
Λιμὸν ὁμῦ καὶ λοιμὸν. ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί.
Οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν, μινύθουσι δ' οἶκοι,
Ζηνὸς φραδμοσύνῃσι ὀλυμπίου. ἄλλοτε δ'
αὖτε
Ἢ τῶν γε στρατὸν εὐρὺ ἀπώλεσεν, ἢ ὅγε τεί-
χεα,
Ἢ νέας ἐν πόντῳ κρονίδης ἀποτίνυται αὐτῶν.

VERSIO.

At quibus contumelia curæ est mala, & improba opera,
His pœnam Saturnius destinat late videns Iuppiter,
Sæpe etiam tota vrbs mali viri pœnam luit,
Qui iniuste agit, & nefaria machinatur,
His de cœlo magnum induxit malum Saturnius
Famem simul & pestem, Pereunt autem populi,

Neq;

Neq; mulieres pariunt, minuuntur autem familiæ,
Iouis Olympij consilijs. Aliquando autem rursus
Aut horum exercitum latum perdidit, aut murum,
Aut naues in ponto Saturnius vlciscitur ipsorum.

VALLA.

Non datur hoc, quibus illa placet violentia iuris,
Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis.
Sæpe subit pœnas plebs tota miserrima tantum
Vnius ob noxam, pestis furit atra per vrbem,
Et mala suada fames, paulatim deficit omne
Vulgus, & hic vacuos ostendunt tecta penates
Fœmina nulla parit. Sic sæuit Iuppiter erga
Quos malefacta iuuant, qui si modo forte cruentum
Militiæ exercent studium, mora nulla siniſtro
Marte cadunt: vel si potius iuuat ire per altum,
Fluctibus in medijs summergitur obruta puppis.

FRISIVS.

At quibus est cordi mala vis, malefactaq; dira,
Destinat extemplo his Saturnius æthere pennas.
Nomine sæpe viri scelerati vrbs plectitur omnis,
Qui peccet, faciatq; Ioui non facta ferenda.
Verum vt subijciam mala quæ Deus æthere mittit,
Dat cum peste famem, tecta omnis plebs cadit igni,
Incedunt sterili mulieres ventre, domusq;
Ac stirpes pereunt, supero id rectore volente,
Agmina qui nunc sternit eorum, aut mœnia frangit,
Currentesq; rates disrumpit in æquore sæuus.

DISPOSITIO.

Per ἀντίθεσιν describit Poëta etiam pœnas, quæ sequuntur iniustos. Vult enim istis pœnis malos ab iniustitia deterrere. Ista autem omnia nata sunt ex legibus naturæ. Quia recta ratio iudicat DEVM punire flagitiosos. Accommodat huc elegantem sententiam, quod DEVS affligat aliquoties totam regionem, aut totam vicinitatem propter vnius hominis, aut paucorum sceleratorum impietatem & impœnitentiam. Exempli gratia, propter Pharaonis impietatem & crudelitatem afflicta fuit tota Aegyptus. Propter Achan, qui furatus erat quædam de anathemate Hierichuntino, afflicti fuere omnes Israëlitæ, Sicut contrà Deus fælicitatem Syriæ dedisse dicitur ob Naaman. Hæc sententia Hesiodi totidem ferè verbis est in Ecclesiaste, Sæpe vniuersa ciuitas mali viri pœnam luit.

EXPLICATIO TEXTVS.

οἷς δ' ὕβρις) Confert pœnas, quibus diuinitus iniusti affliguntur, cum premijs iustorum, idq; facit, vt impios ab iniustitia deterreat. ὕβρις) .i. mala vis, contumelia, iniuria. μέμηλε) .i. cordi aut curæ est, à μέλω anomalum, quasi esset verbum μελέω, præteritum medium μέμηλα. κακὰ ἔργα) .i. dira, praua, improba, tristia, iniusta opera vel negocia. curæ

curæ sunt, zeugma est. δίκην) .i. pœnam iustam, & respondet nostro Germanico, Recht / cum dicimus, Es ist jhm recht geschehen. Hoc enim significat hîc vox δίκη, vt δίκας δοῶναι significat dare iustas pœnas de sententia iudicum. τεκμαίρεται) .i. perficit, destinat, machinatur, immittit, decernit. εὐρύοπα) .s. qui late circumspicit. πολλάκι) Est Aeolicum. Nam Aeoles aliquando geminant literam σ, vt verbi gratia in his, πάντεσσι, χείρεσσι, & similia. Aliquando vero reijciunt illam, vt cum dicunt ὄπιθεν pro ὄπισθεν & πολλάκι pro πολλάκις & similia. ξύμπασα) Primum commemorat publica mala, estq; egregius versus obseruatione dignissimus, quod hominum priuatorum scelera puniuntur publicis pœnis & calamitatibus. Item priuata scelera redundant in exitium Reipub. Hoc profecto est grauissimum, quando aliquis cogitat, quod alij homines etiam plectantur propter eius peccatum, quod ipse sit illud κάθαγμα, cuius contactu alij contaminentur & excommunicentur à Deo. Ideo tales homines solebant deportari in solas terras, ne cæteri ipsorum consuetudine vel contactu inficiantur. ἐπαυρῇ) h. e. sæpe tota etiam vrbs luit peccatum vnius flagitiosi, mus eines böswichts entgelten. Nam id proprie significat verbum, ἐπαυρῇ. ἐπαυρῇ autem in bonam & in malam partem vsurpatur, quemadmodum dicunt Germani, entgelten vnd genieſſen. Hesiodus hoc loco in malam, Homerus vero in

lib. 7.

lib. 7. Iliad. in bonam partem vsus est. Vide proverb. Aliquid mali propter vicinum.

ὅσις) .ſ. qui malus vir. ἀλιτραίνει) .i. committit flagitium, iniuſte agit, inde Græci vocant ἀλιτήριον hominem contaminatum, qui ſuo etiã contactu cæteros contaminat, Aeſchines vocat Demoſthenẽ τὴς ἑλλάδος ἀλιτήριον .i. communem peſtem Græcie. Ita apud Virgilium Vlyſſes vocatur communis patrie & Troiæ Erynnis. Copioſius hac de re in commentarijs Iudæi & Chiliadibus Eraſmi. μαχαωάατα) pro μαχαωάτα. Pleonaſmus eſt αα. ἀτάσθαλα) .i. impia, iniuſta. οὐρανόθεν) .i. de cœlo, ſeu cœlitus, ſignificat enim motum de loco. Illud autem, τοῖσι δ' οὐρανόθεν, non eſt ſolæciſmus, ſed comprehenſiuum. Nam refertur ad nomen πόλις, quod poſitum in ſingulari numero comprehendit omnes, qui habitant in ea. Et illud ὅσις ſimiliter indefinito numero multitudinem deſignat. ἐπήγαγε) induxit ab ἄπαγω. ἀτάσθαλα) .i. ἃ θάλλει ταῖς ἄτοις, quæ florent in damnis .h. e. plena damnorum. ἀπημύρα) .i. fit particeps ſtulticiæ & flagicij. Et hic quoq; reſpondet tacitæ obiectioni. Fortaſsis enim Perſes potuit dicere, Sed pauci ſunt mali, qui peccatis enormibus contaminantur, multo vero plures ſunt boni. Et quomodo aliquid triſte atq; malum nobis continget? Hanc igitur obiectionem vt ſolueret, ſubiecit hanc ſententiam, quod ſæpe etiam propter vnum tota ſocietas ciuilis affligatur & corruat, aut quod homo flagitioſus ſuam maliciam etiam in cæteros transfundat, & aliquid

mali

mali moliatur. Quam ob causam non vna, sed plurimæ ciuitates sæpenumero sunt deuastatæ atq; euersæ, quod scelerato ciui dignam pœnam propter admissum scelus non irrogauissent. Exemplum habes in Paride Alexandro. Habes etiam Xerxen barbarum propter quem tota Persia iacuit in lachrymis, vniuerso flore illius exercitus ad internecionem occiso. Habes scintillam illam Megaricam, propter quam Pericles totam Græciam calamitatibus compleuit. Aspasiam intelligit, in quam Pericles maximam suarum diuitiarum partem absumpsit. Hæc Interpres. τῶμὰ) .i. malum, cladem.

λιμὸν ὁμοῦ ηδὲ λοιμὸν) .i. famem simul & pestem. Illæ autem pœnæ propter violatam legem. Homerus eadem sententia vtitur, λοιμὸς μετὰ λιμὸν .i. pestis post famem. Ita natura solet accidere, vt pestilitas sequatur caritatem annonæ. Cum enim fame vexati malis alimentis vtantur propter defectum, & simpliciter dicendo, forte fortuna oblatis sine vllo discrimine cibis homines etiam inuiti vescantur, humorum pestilitatem sequi necesse est. Fit autem caritas annonæ, aut propter pernitiosum ocium hominum, agriculturæ non, vt decet, vacantium, aut propter expeditiones bellorum, quorum metu agricolæ non audent terram excolere, aut propter squalorem siccitatis, aut inuasionibus animalium laxatis, aut aliquando propter nimiam vim imbrium, qui pessundant labores agricolarum. ἀποφθινύθωσι) pro φθείρωσι .i. intereunt, consumuntur, minuuntur, euertuntur peste

peste & fame. Est autem Attica paragoge. Est enim ἀπὸ τοῦ φθίνω, vnde Attici dicunt φθινύθω. λαοὶ) .i. populi, regna, nationes, monarchiæ.

οὐδ' ἐγωναῖκες τίκτουσι) .i. mulieres pariunt pestes Reipub. vel, posteritas nihil vacat, Es werden wilde wüste leute / aut mulieres sunt steriles. Friget enim Venus sine Cerere & Baccho. Pestilitas autem propter inflammationem morbi corrumpit fœtum inuter o. οἶκοι) .i. familiæ, vel domus. μινύθουσι) pro, σμικρώνονται. h. e. minuuntur, pessum eunt, corruunt, corrumpuntur, vel rediguntur in nihilum. μινυὸς enim idem est, quod μικρὸς. Neq; mirum, si familiæ omnino extremo exitio concidant. Quod enim ad viros attinet, illos tollit bellum, fames autem contagionem pestilentem adfert, propter pestem denique tolluntur ij, qui defunctorum in bellis, & alijs calamitatibus oppressorum locum occupare possent, grauidis matribus morbo corruptis, vel morte penitus sublatis. ξυνὸς φραδμοσύνησι) pro συμφραδμοσύνοις, Ionice. Ego audiui ex quodam sene, qui erat ex quadam ciuitate opulentissima in his terris, qui aiebat se esse natum & educatum in ista ciuitate, sed se non posse numerare iam duas familias, quarum parentes aut aui fuerint ciues in ista ciuitate, quæ familiæ haberent bona suorum auorum, aut parentum, die da stünden auff jhrer grosveter gut. Das ist eine grosse maledictio, das man nicht sol in einer solchen Stadt finden zwey geschlecht / die da auff jhrer Veter güter stünden.

den. Et hoc non fit casu, sed mirabili consilio Dei, Es gefelt jhm also / vt sumat supplicium de iniustis, & puniat iniusticiam publicis & priuatis plagis. ἀρῶ) .s. iniustorum. κρατὸν) .s. nimirum militantium contra se inuicem, aut muros, qui machinis bellicis oppugnantur, aut naues triremes, aut mercatorias. In nomine vero νέας est systole, qua Iones vtuntur. ἀποτίνυται) .i. disrumpit, perdit, affligit, vlciscitur à τινύω vel τίνυμι δίκλω .i pendo pœnas. Inde τίσις .i. pœna, vltio, mulcta. Q. d. Illa posteritas Reipub. nihil valet. Recensuit igitur quinq; grauissimas pœnas, quibus Deus iniusta facta hominum solet vlcisci. Prima pœna est fames. Secunda, pestis. Tertia, sterilitas .s. quando degenerat seminarium Reipub. h. e. iuuentus. Quarta, Infelicitas in gerendis bellis. Quinta, Tempestates, quibus obruebantur naues.

TEXTVS.

Ω βασιλῆις, ὑμεῖς ἢ καταφράζεσθε, καὶ αὐτοὶ
Τῷ δε δίκλω. ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
Ἀθάνατοι λεύσσουσιν, ὅσοι σκολίῃσι δίκῃσι
Ἀλλήλους τρίβουσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
Τρὶς γὰρ μύριοι εἰσὶν ὑπὲκ χθονὸς αἰολοστέρνου
Ἀθάνατοι ζωοὺς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.
Οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ ἔργα κακὰ

Ηέρα ἐσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντετ ἐπ' αἶαν.
Η δέ τε παρθένος ἐςὶ δίκη διὸς ἐκγεγαῦια,
Κυδνὴ τ' αἰδοίη τε θεοῖς, οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν.
Καὶ ῥ' ὁπότ' ἄνν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
Αὐτίκα πὰρ δι' ἢ πατρὶ καθεζομένη κρονίωνι,
Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων, οἱ λυγρὰ νοεῦντες,
Αλλῃ παρκλίνουσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες.

VERSIO.

O reges: vos autem considerate etiam ipsi
Iusticiam. Prope enim inter homines versantes
Dij vident, quicunq; iniustis iudicijs
Se mutuo vexant, Deorum respectum non magnifacientes.
Ter enim decies mille sunt in terra multorum alumna
Dij Iouis, custodes mortalium hominum,
Qui sane & iudicia obseruant, & improba opera,
Aëre induti, passim oberrantes super terram.
IVSTITIA autem est virgo, Iouis filia,
Pudica, & veneranda Dijs, qui cœlum habitant,
Et quando aliquis ipsam leserit improbe nominans
Statim apud Iouem patrem sedens Saturnium,
Narrat hominum iniustam mentem, vt luat pœnam
Populus propter stulticiam regum, qui mala cogitantes
Alio declinant iudicia iniuste iudicantes.

VALLA.

VALLA.

Vos igitur, qui iura datis, conuertite mentem
Ad tales hominum pœnas, diuina poteſtas
Mortales circumuolitans videt improba, quorum
Iudicia emergunt multorum in damna, Deumq;
Ignorant monitus, genus hi mortale pererrant
Innumeri, tenebris circumfuſiq; tuentur,
Iuſticiæ ſacra iura domant, genus omne malorum.
Illa quidem virgo eſt ſupero Ioue nata parente,
Nomine clara ſuo, cœtuq; verenda Deorum,
Quam ſiquis violet lachrymans ſua fata parentis
It Iouis ante pedes, & lamentabile fundens
Humanos queritur mores, ac debita poſcit
Supplicia in populos.

FRISIVS.

O vos, qui regitis terras, aduertite mentem,
Huc ad iuſticiam, quoniam ſuperi prope nos ſunt
Dij, qui cuncta vident, & eos, qui per mala iura
Defraudant alios ſpreta ratione Deorum
Ter numerum exuperant cœleſtia numina, terram
Quæ nobiſcum habitant, in tutelam data noſtram,
Illaq; quid iuſte obſeruant, quid fiat inique,
Aëre tecta, omnem pedibus peragrantia terram.
Ipſaq; Iuſticia eſt virgo Ioue nata parente,
Clara Deos inter ſuperos, reuerendaq; multum,
Quam ſiquis violet, meritoue fraudet honore,
Continuo ante pedes reſidens patris Iouis alti,
Humanæ exponit mentis ſcelera & dare pœnas
Vult fraudis, populi rectores, qui ſacra iura
Detorquent, mala dum ob nummum ſententia fertur.

DISPOSITIO.

ὦ βασιλῆες) Est *apostrophe*. *Conuertit enim sermonem ad reges & adhortatur eos, vt colant iusticiam, nec vllis muneribus patiantur se corrumpi, vt iniuste agant. Subditi enim plærunq; luunt pœnas propter stulticiam regum, iuxta illud* Horatij, Quicquicquid *delirant reges, plectuntur* Achiui. *Q. d. vestrum est officium* Reges, *considerare & perpendere animis vestris eandem Iusticiam. Deus enim, qui vbiq; est in toto orbe terrarum, & contemplatur actiones humanas, videt eos, qui priuato odio accensi alios iniustis iudicijs vexant & quasi ad nihilum redigunt.* [Postea *sequitur elegans prosopopeia, qua fingit Iusticiam Deam assidere Ioui patri, & colentibus se optima quæq; polliceri. Si autem ab aliquo læsa est, conqueri de improbitate hominum, & efficere tandem, vt populus det pœnas propter stulticiam suorum regum. Hinc* Δίκη *Dea iudiciorum præses dicitur, ob id Græce dicta, quia lites & contentiones dirimat.*

Quia *vero Dea habita est, imagine quoq; eius veluti symbolo exprimere illud sunt conati, quod ipsa res præ se fert, vnde Gellius lib. 14. ex Chrysippi Stoici libro refert imaginem Iusticiæ, solitam fieri à pictoribus & Rhetoribus, forma atq; filo virginali, aspectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus, neq; humilis, neq; atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristiciæ, dignitate. Voluit autem ex imaginis istius significatione intelligi iudicem, qui iusticiæ Antistes*

tistes est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos, nocentesq; immisericordem, atq; inexorabilem, erectumq; & arduum, & potentem, vi & maiestate æquitatis, veritatisq; terrificum.

Homerus lib. 16. Iliados huius Deæ vim ingentem esse ait, cuius etiam indignationem in iudicijs spretæ, magnis terrarum cladibus expiare solere. Aristoteles in V. libro Ethicorum texit encomium egregium huius Iusticiæ vniuersalis, quod sæpe præstantißima virtutum videatur, adeo, vt nec Hesperus, nec Lucifer ea formosior sit. Confert enim alias virtutes ad communem societatem. SVIDAS sic loquitur de Iusticia: Hesiodus virginem, & incorruptam esse hanc Deam dicit cum alio omni modo, tum vero cubili Venereo, videlicet significans, Ius nullo pacto adulterandum esse, non gratia, non stupro, non alia quauis causa. Hanc autem colentibus Deam, tellurem quidem fruges multiplici fœnore reddere, mare vero omnia, quæ parere solet, suppeditare.

Demosthenes vero in Aristogitonem oratione prima eodem argumento vtitur, quo Hesiodus vsus est hîc, vt iudices sui officij admoneat. Sic enim inquit: πάντα τὰ τοιαῦτα ἔθη παριδόντας τήμερον ὀρθῶς δεῖ δικάσαι, τὴν τὰ δίκαια ἀγαπῶσαν εὐνομίαν περιπλείστου ποιησαμένους, ἣ πάσας καὶ πόλεις καὶ χώρας σώζει, καὶ τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτά-

τας ὑμῖν τελετὰς καταδείξας ὀρφεὺς παρὰ τὸν τῦ Διὸς θρόνον φησὶ καθημένῳ, πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν. ὧν εἰς ἑαυτὸν ἕκαστον νομίσαντα βλέπειν, ἵνα ψηφίζεσθε φυλαττόμενον καὶ προορώμενον μὴ καταισχύναι ταύτην. H. e. Seuere debetis iudicare, & vereri Deos, & inexorabilem vltricem scelerum vindictam, quam Orpheus, qui vobis ceremonias tradidit, iuxta Iouis sedem aßidere, & omnium hominum facta cernere dixit. Hanc cauete, ne contumelia afficiatis & cogitate, quod oculos in singulos defixerit.

EXPLICATIO
TEXTVS.

ὦ βασιλῆες) .i. vos, qui regitis terras. Apostrophe est ad reges, principes, & omnes, ad quos propugnatio, propagatio & conseruatio iusticiæ præcipue pertinet. Conuenit autem cum sententia, Diligite iusticiam, qui iudicatis terram. Item 2. Paral. 20. Non hominis exercetis iudicium, sed Dei. Multi enim reperiuntur, qui cum sedent ad gubernacula Rerumpub. credunt se fallere Deum, Si prætextu aut specie recti fallunt homines, nec existimant Deum omnia videre & intelligere, & clandestina delicta punire, habereq; multos inspectores, vtpote angelos, qui obambulant, & vident, quid fiat iniuste & ad DEVM ilico deferunt. Nec dubium est, quin alludat ad locum de Angelis, qui quidem ex sacris literis sumptus, sed non

non dextrè intellectus est. Nam tales sententiæ ex veris fontibus dimanarunt, sed eas Diabolus paulatim corrupit, & verum intellectum tandem prorsus sustulit. ὑμῖν) .i. vestrum est officium defendere iusticiam, Alioqui subditi luunt pœnas stulticiæ magistratuum. φράζεσθε) .i. perpendite, & habete in pectore, lasset es euch ein ernst vnd angelegen sein. περιοχὴ est in præpositione κατα. h. e. abundat & est superflua. δίκῃ) .i. iusticiam. σκολίῃσι) pro σκολιαῖς .i. iniustis, obliquis, perplexis. τρίβουσι) .i. atterunt, opprimunt, consumunt, ad nihilum redigunt, vexant, conterunt, consumunt, à τρίβω, Talis est plane status nostrorum temporum, vbi lites in tantum auctæ sunt in foro, vt impotentiores planè conterantur & ad nihilum redigantur. ὄπιν) .i. vocem, aspectum, reuerentiam. h. e. spreta ratione Deorum, considerationem, prouidentiam. Hoc loco est μεταπλασμὸς. Erat enim à nominatiuo ὄψ, ὀπὸς, ὄπα dicendum. Hîc vero formant casus à recto ὄπις, vt sit ὄπις, ὄπιδος, ὄπιδα καὶ ὄπιν. ἀλέγοντες) .i. curantes. Est singulare artificium mundi, posse peßima quæq; facinora palliare illustri specie pietatis. Nemo enim vult videri iniuste agere. Est ergo inuenienduscolor, quo poßit ornari iniusticia, Nemo emit stercus murium, nisi admisceatur piper. Ita oportet iniusta pro iustis vendi. ἀλλήλους) .i. inter se mutuo consumunt, vt Paulus ait, Videte, ne alij alios consumatis.

τρὶς γὰρ) Addit rationem admonitionis. quare

politicus magistratus debeat in sua functione potissimam ducere rationem iusticiæ, sumpto argumento à loco communi, quod cernit DEVS omnia vindex. Habet enim suum chorum angelorum vbiq; sparsum per totum orbem terrarum, qui vident & obseruant, quid fiat iuste aut iniuste, & remuntiant Deo, vt graues & dignas pœnas sumat de ijs, qui violarunt iusticiam. τρὶς μύριοι) μύριοι & proprie decies mille est. Q. d. sunt triginta millia, sumit autem grandem numerum, vt significet esse infinitum numerum angelorum. Duæ myriades sunt viginti mille. h. e. multi, vel innunerabiles. μύριοι autem deriuatur ἐκ τοῦ μύρω, h. e. exundo, impleo. πολυθοτείρη) .i. multorum alumna. ἀθάνατοι) Hoc nomen simplex est & absolutum, & significat cœlicolas, qui sunt cum Ioue, aut constituti sunt à Ioue, h. e. Deo. Loquitur enim de angelis, eorumq; officio. ὀχέτλια) .i. iniusta, pernitiosa. φοιτῶντες) pro φοιτάοντες .i. peragrantes, versantes, à φοιτάω .i. obambulo. αἴων) pro γαῖαν. ἠέρα ἑσσάμενοι) Aut quod sint tenui corpore & aëri similes, Aut quasi aëre h. e. inuisibilitate induti. Quia sunt spiritus (Hebr. 1.) administratorij, qui in ministerium emittuntur propter eos, qui hæredes erunt salutis.

Obiter autem hoc loco aliquid de angelorum bonorum ministerio & beneficijs subijciam, quorum tres gradus recenset Psalmus 91. quod nimirum primum eorum officium sit, custodire corpora, facultates, famam, & alias res piorum. Deinde, vt manibus gestent

gestent Doctores & discipulos Euangelij, seu quoscunq; alios pios, manentes intra metas suæ vocationis, qualiscunq; etiam ille mundo videatur. Denicq;, vt non tam sonitu terreant, quam prosternant & pedibus nostris subijciant immanes bestias & Dracones, h. e. ipsum Diabolum, quem hoc nomine sæpius appellat Apocalypsis, & omnia eius organa, in perniciem, & interitum humani generis intenta.

Etsi autem hæc non cernamus oculis, & homines profani sæpe fabulosa esse ducant, & derideant, tamen reuera ita geri, præterquam quod quotidiana omnium piorum experientia testatur, multa etiam illustria testimonia, in historijs & dictis propheticis & Apostolicis ostendunt. Notæ enim sunt historiæ Loth, Iacob, Eliæ & Elisæi, quas iam non est opus explicare. Et Dauid Psal. 34. excubias & custodiam angelorum venustißime pingere & quasi ab oculos nobis ponere volens, vtitur metaphora militari elegantißima, & consolationis plenißima, Castra metatur (inquit) Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Nam Diabolus acerrime, & indefesso studio oppugnat cum totum genus humanum, tum vero maxime Ecclesiam, velut celsam oppugnat qui motibus vrbem, Aut montana sedet circum castella sub armis, Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat, Arte locum, & varijs assultibus irritus vrget, vt Poëtæ verbis vtar, Et vt Petrus inquit, tanquam leo rugiens obambulat, quærens quem deuoret. Et D. Philippus, piæ & sanctæ memoriæ in carmine suo εὐχαρισικῷ

ϱισικῷ pro ſanctorum Angelorum cuſtodia & miniſterio vere inquit.

Impijs ardens odijs & ira,
Nam tuis caſtris Draco ſemper infert
Bella, qui primus ſcelus atq; mortem
Intulit orbi.

Aduerſus hunc hoſtem teſtatur Dauid ſeptos nos eſſe præſidijs neceſſarijs & ſalutaribus caſtorum Angelorum, qui caſtris quaſi oppoſitis impetus eius aſſiduè reprimant, & velut ἄσπονδον bellum cum acerrimo hoſte iſto gerentes, inſidias eius auertant, irritas faciant impreßiones, conſilia, & molitiones infringant, quiq; vt fortes milites in ſtatione ſua firmiter manẽtes excubias Chriſti pro grege ſemper agant. Et epiſtola ad Hebræos clare affirmat, Angelos eſſe λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν τὴν σωτηρίαν.

Deinde certum eſt, eos, qui intra metas ſuæ vocationis humiliter manentes, altiora ſe non expetunt, nec tentant maiora ſuis viribus, ſed in omni actionum & officij genere conantur probare & Deo & omnibus recte iudicantibus integritatem & innocentiam ſuam, militantes bonam militiam & habentes fidem & bonam conſcientiam, eos (inquam) habere omnium operum, actionum, conſiliorum & totius deniq; vitæ inſpectorem, gubernatorem, & adiutorem cum ipſum Deum, tum vero quaſi ſtipatores & ſatellites ſanctos ipſius Angelos, qui eos in tota vita ſua, vbi vere

vere per lubricum & per viam sentibus & spinis obsitam, super aspides & Basiliscos homini pio & christiano est incedendum, ducant & reducant, & manibus gestent, ne vsquam impingant, sed DEO grata & Ecclesiæ salutaria dicere & facere possint, sicut eodem in carmine, cuius supra facta est mentio, pie dicitur,

Hos iubes Christo comites adesse,
Et pios cœtus hominum tueri,
Qui tuas leges venerantur atq;
Discere curant.

Hunc quoq; adijcere placuit D. Iohannis Stigelij, piæ memoriæ, hymnum de Angelis, vt appareat, quomodo Poëtæ hanc doctrinam de officio Angelorum, quam procul dubio á primis patribus acceperunt, venustis versibus adumbrarunt. Sequuntur igitur verba Hymni,

Angelis hæc est sacra lux, adeste
Munerís tanti memores, & omnís
Hoc Deo propter tribuens honorem
Concio plaudat.
Spiritus rerum Deus hos creator
Finxit, atq; illís sapientís ignem
Mentís adflauit, voluitq; recti
Esse ministros.
Ergo versantur vigiles parentís
Ante conspectum, capiuntq; læti
Iussa mandantís, Dominoq; toto
Aethere plaudunt.
Heu quod infesti rabies Draconis
Angelis tantos mouet vsq; pugnas,

Qui

Qui sciens primus proprio furore
Perdidit orbem.
Ille funestis agitatus iris,
Inuidens Christo fore iam minatur
Iordanis, totas sitiens vt alti
Sorbeat vndas.
Circumit mundum, fremit hîc & illic,
Fascinat mentes, varieq; sudat
Vt pios cultus abolere possit,
Omnia turbat.
Dissipat leges, serit inter vrbes,
Inter agnatos fera bella reges,
Omne grassator scelus imparatis
Mentibus inflat.
Concitat ventos, subigitq; nymbos,
Grandines spargit, sata culta vastat,
Inficit nubes, varijsq; sternit
Corpora morbis.
Concitat sæuos odijs Tyrannos
Vt fremant, vt bella pijs minentur,
Vt Deum oppugnent, miserecq; Christi
Membra trucident.
At pios Christo duce sub potente
Ipse quorum omnes numerat capillos,
Angeli seruant, reprimuntq; sæuum
Fortiter hostem.
Non minus mundum peragrant & ipsi,
Et trucì claudunt aditum Draconi,
Asserunt veros, retinentq; pugna
Vindice cultus.
Conserunt pacem, cohibentq; lites,
Prouehunt leges, sacra iura firmant,
Amouent morbos, referuntq; Christo
Vota piorum.

Liberant

Liberant pressos, reprimunt Tyrannos,
Ad latus nobis habitant, & adsunt
Ad caput semper vigiles, piisq;
Cuncta ministrant.
Angelis septi pueri ministris
Fulmen ardentis superant camini,
Angelis septus Daniel leonum
Effugit iram.
Angeli regnum Aschasidis gubernant,
Angeli Lothon Sodomæ tuentur,
Angelis cinctus nihil extimescit,
Omnia vincit.
Angelis curæ genus esse nostrum,
Qui Deum vero colimus timore,
Aspice, exemplis probat hæc abunde
Pluribus ætas.
Quando crudeles aliâs Tyrannos
Sæuius dirus furor incitauit,
Vt sacro siccas repleant piorum
Sanguine fauces.
At vetat cœtus sacer angelorum
Qui pios circum volitant frequentes,
Et manu nostros alacres in hostes
Vindice pugnant.
Hinc nihil pactis Epicurus armis
Qui sedet Romæ, infutuatq; reges,
Hinc nihil nobis inimicus omnis
Efficit hostis.
Quas tibi rerum sapiens creator
Gratias dignas peragamus ore
Heu situm non est id in eloquentis
Vllius ore.
Nos tuam ad viuam faciem creasti
Nos ab æterna stygе liberasti,

Insper

Insuper nostro lateri ministros
Cœlitus addñ.
Christe tu nostros animos guberna,
Vt tibi grati placeamus vni,
Ne tuos vnquam vitiosa lædat
Vita ministros.

ἦ δ' ἑτε πάρεθεν) Elegans hæc est prosopopeia. Addit enim gestum orationi, cum fingit Iusticiam obambulare etiam in mundo, venire tandem ad Iouem, & conqueri, quod sit violata, & tunc Iouem punire eos, qui violarunt Iusticiam. Nomina autem virtutum non apud Græcos tantum, verum etiam apud Romanos habita sunt pro deabus, quo nihil aliud voluerunt significare, nisi vt celebremus virtutes. ἐκγεγαῶα) Præpositionem addidit participio, γεγαῶα est fœminimum participium præteriti medij γέγαα Ionice à γίγνομαι. κυδνή) .i. veneranda, reuerenda. h.e. quam reuerentur & colunt etiam Dij, tanta est authoritate & dignitate prædita. αἰδοίη) .i. pudica, casta. ηχὴ) Je erger schalck/ je besser glück. ἀν βλάπτῃ) .s. que lædere queat. Potentialis est modis. σκολιῶς) .i. oblique, maligne, prave, male, inique, mala arte. ὀνοτάζων) .i. iniuria afficiens, improbe nominans. ὀνοτάζω .i. fallo, aliâs iniuria afficio. γηρύετ') .i. dicit, eloquitur, narrat, recenset, conqueritur. ἀδικὸν) .i. improbam, iniustam. ἀποτίσῃ .i. vt luat pœnas, aut persoluat, das es solte bezalen. ἀποτίνω .i. luo pœnas. Inde τίσις .i. mulcta, pœna. βασιλήων) Notetur σωζηστις in hoc

hoc versu, vbi λαων duæ syllabæ contrahuntur in vnam longam, vt fiat inde spondeus. ἀταδαλίας) .i. temeritatis, improbitatis, stulticiæ, iniusticiæ, violentiæ. q. d. vt populus det pœnas stulticiæ regum, & plærunq; accidit, quando populus meruit pœnam, tunc DEVS dat eis regem stultum, infelicem, præcipitem, puerum impium, qui multa moueat, & turbet, vt postea ipse rex & populus puniantur simul, iuxta dictum Horatij, Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.

οἱ) .i. reges, magistratus, principes, omnes superiores. λυγρὰ) .i. mala, tristia, lugubria. νοεῦντες) .i. cogitantes, sentientes, statuentes. & mutatur in ευ Dorica dialecto, ἀ νοέω .i. decerno, statuo, cogito. Hæc est proprie descriptio syncophantiæ, seu definitio calumniæ. ἀλλη) .i alio, aliorsum. δίκας) .i. iura, iudicia, consilia, das Recht. παρκλίνουσι) .i flectunt, detorquent, lencken ab / wo sie hin wollen / das Recht biegen. Leges pretio figunt atq; refigunt. φέροντες) .i. dicentes, enunciantes. h. e. male dicentes ius ab ἐνέπειν, quod est aliquid decernere seu mandare. σκολιῶς) .i. iniuste, oblique, non recta via. Hæc est natura sycophantiæ, seu calumniæ, quadam calliditate detorquere ius ad suum arbitrium, & summam iusticiam palliare iniusto titulo, seu titulo iniusticiæ. Quàm autem Iusticia sit necessaria ad humanæ societatis conseruationem, vide Ciceronem lib. 5. finium, in quo Piso Academicus in hæc verba disserit, In omni honesto, quod per se expetendum dicimus,

cimus, nihil tam illustre, nec quod latius pateat, quam conuinctio inter homines, & quasi quædam societas & communicatio vtilitatum, & ipsa charitas humani generis, quæ nata á primo satu, quo á procreatoribus nati diliguntur, & tota domus coniugio & stirpe coniungitur, serpit sensim foras, cognationibus primum, tum adfinitatibus. Deinde amicitijs post in ciuitatibus cum ciuibus & ijs, qui publice socij, atq; amici sunt. Deinde totius complexu gentis humanæ, quæ animi adfectio suum cuiq; tribuens, atq; hanc quam dico societatem coniunctionis humanæ, munifice & æque intuens, Iusticia dicitur, cui sunt adiunctæ pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæq; sunt generis eiusdem, atq; hæc ita Iusticiæ propria sunt, vt sint virtutum reliquarum conuuia. Nam cum sic hominis natura generata sit, vt habeat quoddam innatum quasi ciuile & populare, quod Græci πολιτικὸν appellant, quicquid aget quæq; virtus, id á communitate & ea, quam exposui, charitate atq; societate humana, non abhorrebit.

TEXTVS.

Ταῦτα φυλασσόμενοι βασιλῆες, ἰθυνέτε μύθῳ,
Δωροφάγοι, σκολιῶν δ' δικῶν ὄπιπάγχυ λάθεσθε,
Οἱ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακά τεύχων.

H δὲ

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
Πάντα ἰδὼν διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας,
Καί νυ τὰ δ' αἴκ' ἐθέλησ' ἐπιδέρκεται, οὐδὲ ἑ λήθει.
Οἴην δὴ καὶ τήνδε δίκην πόλις ἐντὸς ἐέργει.
Νῦν δ' ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
Εἴην, μήτ' ἐμὸς υἱὸς. ἐπὶ κακὸν, ἄνδρα δικαιον
Εμμεναι, εἰ μείζωγε δίκην ἀδικώτερος ἕξει.
Αλλὰ τάγ' οὔπω ἔολπα τελεῖν δία τερπικέραυνον.
Ω πέρση, σὺ δ' ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
Καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
Τὸν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε κρονίων,
Ιχθῦσι μὲν, καὶ θυρσὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεινοῖς,
Εσθεὶν ἀλλήλους: ἐπὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αυτοῖς.
Ανθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
Γίνεται. εἰ γὰρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν,
Γινώσκων, τῷ μέντ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα ζεὺς.
Ος δέ κε μαρτυρίησιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας,
Ψεύσεται, ἐν δ' δίκην βλάψας, νήκεστον ἀάσθη,
Τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται.
Ανδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

VERSIO.

Hæc obseruantes ô Reges dirigite sermones,
Hæc vos Reges diligenter perpendentes rectè gubernate vestras sententias
Doniuori. Iniustorum autem iudiciorum prorsus obliqui caimini.
Sibi ipsi mala machinatur vir, qui alteri mala fabricans.
Malum namq; consilium consultori pessimum,
Omnia videns Iouis oculus, omniaq; intelligens,
Certe & hæc (si voluerit) videt. Neq; ipsum latet,
Qualem etiam Iusticiam vrbs intus exerceat.
Nunc autem ego, neq; ipse inter homines iustus
Esse velim, neq; meus filius, quoniam malum .s. est,
virum iustum
Esse, si maius ius iniustior habebit,
Verum hæc non spero permissurum Iouem fulmine gaudentem
O Persa. Tu autem hæc in animo pone tuo.
Et certe iusticiam audi, violentiæ autem prorsus obliuiscere
Hanc enim legem .s. de colenda iusticia, ordinauit Saturnius
Piscibus quidem & feris, & auibus volucribus
Deuorare se mutuo, quoniam non est iusticia inter ipsos.
Hominibus autem dedit iusticiam, quæ multo præstantior
Existit. Si enim quis voluerit iusta concionari
Cognoscens, Huic quidem diuicias dat late videns Iuppiter
Qui autem testimonijs volens iusiurandum vorans
Mentietur

Mentietur impingens in iusticiam insanabiliter deliquit.
Huius nãq; obscurior posteritas deinceps relinquitur,
Viri autem seruantis iusiurandum, soboles in posterum melior ſ. est.

VALLA.

Tu iudex causa malorum
Qui violas sacra iura Deæ, iam dirige mentem,
Ius cole, in alterius, te nulla pecunia vertat
Damna, nocet sibi qui cuiquam nocet, & male suadet
Ille sibi, in quenquam si quis male iura ministrat.
Cuncta videt pater omnipotens, & quod mihi tecũ est
O iudex, modo si subeat speculatur ab alto.
Nil latet hunc, aut hoc quales tribuantur honores
Iusticiæ in populo, quam non ego pectore toto
Nec mea progenies coleret, postquam orbe sub isto
Spreta iacet bonitas, & ius iniuria vincit.
Inuito Ioue ni fierent. Hæc accipe frater,
Hæc animo meditare, iniustum pone furorem,
Ius quoq; frater ama, sine quo genus omne ferarum.
Credimus, alterno certatim corpore pasci,
At nos instituit vitæ melioris origo,
Iura dedit pater omnipotens ea pectore toto
Si quis habet, decus æternum pia præmia reddet.
Iuppiter affligit siquis pro teste vocatus
Peierat, ac merito pensatur culpa nocentis
Supplicio: offendens ius, ille offenditur vna,
Ex quo obscura quidem nulli quoq; cognita surget
Posteritas iusto de sanguine rata propago,
Clara caput tollet patrio seruata decore,

FRISIVS.

Sed memor ô iudex horum, tua dirige recte
Iudicia, & capiant te obliuia iuris iniqui
Noxius ipse sibi est, alij qui quærit obesse,
Consiliumq; malum danti fert maxima damna.
Perspicit ac sentit sacrum Iouis omnia lumen,
Nunc videt & nobis quid agatur, si velit, illum
Nec latet hac quod nam ius exercetur in vrbe.
Ast ego mortales inter iustus minime essem
Filius, aut itidem si peccatum foret. esse
Iustum aut præmia si iniustum maiora manerent,
Talia sed minime est facturus Iuppiter vnquam.
Ast immitte tuis hæc Perse cordibus imis,
Audi iusticiæ, vimq; obliuiscere diram,
Hanc etenim legem nobis Deus ipse reliquit,
Piscibus at nemorumq; feris, auibusq;, se vt ipsi
Inuicem edant, iuris quia non discrimen in illis.
Iusticiam nobis, quæ præstantissima longe est,
Tradidit, & quoties audet quis dicere verum
Existens terris, Deus huic dat prospera cuncta.
Qui dum testis adest, temere periuria iurans
Mentitur, lædens hic ius, mage læditur ipse,
Nam genus ipsius perit, atq; extingitur omne:
At genus in claro iusti post nomine viuit.

DISPOSITIO.

ταῦτα φυλασσόμενοι) facit apostrophen ad Iudices, vt recte iudicent. Q. d. Reuereamini ergo Iouis filiam, nec iniusta iudicia exerceatis. Ratio est, Quia plerunq; mala consilia redundant in ipsos authores.

thores. Subijcit autem quasdam gnomas procul dubio ex legibus naturæ tanquam ex fonte sumptas. Prima est, Malum consilium consultori peßimum, sicut & Germani dicunt, Vntrew schleget jhren eigen Herrn. Item, Vntrew wird gerne mit vntrew bezalet. Exemplum illustre habemus in Absalone & Achitophel, qui ambo struentes insidias regno Dauidis, ipsi perierunt. Et Virg. ait, Cadit ipse Tolumnius augur, primus in aduersos telum qui torserat hostem. Quod autem ait, Deum omnia videre, nec illum quicquam celari posse, Significat procul dubio Deum esse καρδιογνώστην, hoc est, perscrutatorem cordium.

νῶν δ' ἐγὼ) Addit argumentum sumptum ab absurdo, & subest quædam Ironia, Non admodum multum referret, quales essemus, siue iusti, siue iniusti, si non iustis essent proposita præmia iusticiæ, & constitutæ pœnæ iniusticiæ. At sunt pœnæ malorum & præmia bonorum proposita, Igitur plurimum refert colere iusticiam. Sententia autem Ironiæ est, Cum talis sit iam rerum status, vt iusticiæ nullus respectus habeatur, nec ego cupiam esse iustus, nec filius meus, video enim iustum pluribus calamitatibus esse obnoxium, quam eum, qui studet iniusticiæ, sequitur correctio, vtut res se habet, præstat tamen esse iustum. Quia Iuppiter tandem non potest ferreim probitatem, sed grauißime vlciscitur.

καὶ νυ δίκης) Hoc argumentum ducitur à natura hominis, & ex legibus naturæ oritur, Homines

natura conditi sunt ad colendam iusticiam & honestatem, Deus dedit nobis rectam rationem, sunt nobis inscriptæ diuinitus leges naturæ, quibus accendimur ad colendam iusticiam. Bestiæ vero carent recta ratione, & istis legibus naturæ, Ergo bestiæ non colunt iusticiam. Leges autem naturæ hæ ferè sunt, Deum cole, gigne, & ale genitum, iuua societatem hominum, neminem lædito, vt societas seruetur, Res distribuantur, Tolluntur hi, qui lædunt societatem humanam, aut pacem.

PARAPHRASIS.

Hoc statutum habeto frater, vt colas potius iusticiam, quàm iniusticiam. Deus enim hominum animis quasdam sententias inscripsit, quæ moneant nos recta. Piscibus vero, feris, & auibus non communicauit tales sententias, sed vi omnia inter ipsos geruntur, quoniam iusticiæ non student. Hominibus sanè dedit leges naturæ, quæ incitent nos ad iusticiam, quam siquis coluerit, hunc amplissimis præmijs ornat Deus. At qui falsum testimonium dicit, colitq; iniusticiam, non tantum sumitur supplicium de ipso, sed de ipsius etiam liberis.

EXPLICATIO TEXTVS.

ταῦτα) Apostrophe ad Iudices, vt recte iudicent.

cent. Neq; temere toties inculcat magistratibus hanc admonitionem. Non enim solum sacræ literæ summa diligentia describunt conditiones bonorum iudicum & magistratuum, sed etiam experientia testatur plurimum referre, vt viri sapientes non minus veritatis, quam pietatis amatores, & qui ab auaritia alieni sint, deligantur & controuersijs dirimendis præficiantur. Exod. 18. inquit Moses, Elige ex vniuerso populo viros integros, timentes Deum, amantes veritatis & inimicos auaritiæ, quos cæteris præficies. Cic. 2. Offi. Nullum vicium tetrius est, quam auaritia, præsertim in principibus & Rempub. gubernantibus. Habere enim quæstui Rempub. non modo turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. Deut. 1. Eligite ex vobis viros sapientes, intelligentes, & peritos in tribubus vestris, vt constituam eos super vos principes. Deut. 17. Et 2. Chron. 19. Institut. Iustin. lib. 4. de Actionibus cap. 17. βασιλῆες) Nunc vocat iudices, administratores falsorum & deprauatorum iudiciorum. ἰθύνετε) .i. rectificate, gubernate, dirigite recte, pronunciate recte, ab ἰθύνειν .i. recte iudicare. μύθους) .i. iudicia, sermones, sententias. Refertur ad ipsorũ sententiam, Quia dicunt iura, Ergo reuereantur Iusticiam filiam Iouis. δωροφάγοι) .i. commestores aut deuoratores munerum, vel, qui corrumpimini muneribus, & iniusta decernitis. λάθεσθε) ἄορ. β. ἔλαθον ἀ λειθάνω. Q. d. totam illam sapientiam iniuste, aut oblique iudicandi, oportet vos exuere, aut

 deponere.

deponere. χολιῶν) .i. iniustorum iudiciorum in vniuersum obliuiscimini.

οἳ αὐτῷ) Sequuntur generales sententiæ, quibus innuit eos daturos pœnas iniusticiæ & violentiæ suæ. Prior sententia conuenit cum ea, Incidit in foueam, &c. Qui enim struit alijs insidias, plærunq; in ipsius caput redundant insidiæ, vel præcipitat se in easdem insidias. τεύχει) h. e. Ipse sibijpsi fit causa detrimenti, qui lædit alios. Qui enim læduntur, illi in bonis fortunæ, alijsq; externis rebus læduntur. Qui vero lædit & iniurijs afficit, hic suam ipsius animam contaminat atq; offendit. τεύχων) .i. machinans, faciens, fabricans. Quare in authorem recidit malum. Quia (inquit) Deus videt dolos malos, neq; eos relinquit impunitos in facinorosis. ἢ δὲ κακή) Vide originem prouerbij apud Gellium lib. 4. cap. 5. & Valerium Maximum lib. 7. ἰδὼν) occurrit tacitæ obiectioni. Q. d. Non euades pœnam diuinam, Deus enim videt omnia. Ista omnia dicuntur contra clandestinam iniusticiam & palliatam & fucatam speciosa prætextu & titulo, Iuxta Ciceronis dictum, fraus est multo odiosior, quam violentia. ὄφθαλμῷ δίκης) περίφρασις ipsius Dei est. νοήσας) .i. intelligens, seu animaduertens, á verbo νοέω, ich mercke. τάδ') .i. omnia, quæcunq; agimus. ὧδ' ἔρκεται) i. videt, aspicit. ab ὧδ' ἔρκομαι, Inde Dracones ab acumine visus nomen habent. νυ) Paragogica est dictio. τάδ') id est tua iniusta facta, & vtut ea legas, ornes & pallies, tamen Deus videt & intelligit & quidem punit.

nit. λήθει) .i. neq; hæc ipsum fallunt. Est vsitatissimum in Græca lingua addere singulari plurale neutrum, ἀ λήθω .i. lateo. ἐέργει) .i. quo iure quæq; vrbs vtitur, vel cohercet intra se. Q. d. non fallit Deum, quàm iusta administratio sit in qualibet vrbe, Ab ἐέργω, prohibeo, coërceo. Inde ἕρκος dicitur propugnaculum, quod nostri etiam vocant, einen ercker.

νῦν δ' ἐγὼ) Iam sequitur argumentum ex absurdo, Q. d. Si Deus non puniret iniusticiam, tunc nec ego vellem docere meos liberos iusticiam. Est locus de prouidentia, si sic deberet fieri, quis vellet appetere vel colere iusticiam. Mire se in hoc loco explicando torquent Plutarchus, & Proclus. Sed interpres Grammaticus existimat hæc verba ab Hesiodo cum grauitate & conditionaliter dici, Non essemus neq; ego neq; filius meus iusti, Quia cedit in damnum, nunc esse hominem iustum. Postea subijcit hoc schema καθ' ὑπόθεσιν, Si iniustus esset consecuturus maiorem iusticiam. h. e. meliori loco foret, nec tandem puniretur diuinitus. Deinde infert audacter suum scopum, & soluit obiectionem, dicens, sed hoc non confido futurum, vel concessum iri á Deo. εἴλω) Occupatio, Age non præstat iam esse probum. Bonus quidem vir est, sed nihil ad hanc rem, inquit Cicero. Q. d. Ironice, Qualis iam est status rerum, vix optarim esse iustus. Quare? Quia vt quisq; est iustissimus, ita maxime premitur. ἔμμεναι) pro εἶναι, Ionice. μείζω) pro μείζονα .i. melius, maius, potius. ἀλλὰ) Correctio, vtut sit, tamen præstat esse iustum. Quia Iuppiter vlciscitur

tandem improbitatem. ἔολπα) ab ἔλπω vel ἐλπέω. Q. d. Hoc Deus tamen auertat, quod velim esse iniustus & malus. τελεῖν) .i. permittere, facere. τερπικέραυνον) .i. fulmine gaudentem.

ὦ πέρση) Est apostrophe ad fratrem. Quia ipsi hunc librum scripsit ad fratrem sumpta occasione à moribus vel vitijs fratris, & est repetitio propositionis. Deinde additur ratio, Reuocat autem omnes illas paræneses de colenda iusticia ad locum communem de lege naturæ, & dicit homines esse conditos diuinitus ad colendam iusticiam, & ad innocentiam. Animalia cætera esse condita ad violentiam, Ideo Deus eis dedit cornua, & alia arma, quibus possint se defendere & tueri, Homo inermis nascitur, Ideo non est conditus ad bellum & violentiam. σῇσιν) pro σοῖς. βάλλεο) Ionice, pro βάλλου. Q. d. sensibus hæc imis repone, vel, repone hoc apud mentem tuam, vel, infige hæc animo tuo, vel, hæc diligenter in animo tuo obserua. ἐπάκουε δίκης) .i. obtempera iustitiæ, vel, amplectere iusticiam. ἐπακοῦσαι enim significat proprie obedire. Inde ἐπήκοος dicitur subditus vel obediens. δίκης) Est repetitio propositionis. Q. d. Nunc iudicio siue iusticiæ asculta, aut sinas te regi iustis legibus. Omnem vero violentiæ. h. e. illicitæ cupiditatis & iniusticiæ memoriam deponas.

τὸν δὲ γαῖρ) Addit argumentum à lege naturæ per collationem, Homini Deus ordinauit hanc legem, vt non grassetur erga alios iniusta vi, sed adhibeat iusticiam, tanquam instrumentum ad omnes actiones.

νόμον)

νόμον) .s. vt audiant iusticiam, & abstineant à violentia. διέταξε) .i. ordinauit, sicut Cicero ait, Hæc maxime discernunt hominem à bestijs, vis & ius. Vis enim est bestiarum, Ius autem est hominum. Loquitur ad fratrem, dehortans ipsum ab illa bestiali mutua depastione & rapinis atq; violentia, Cohortans autem ad iusticiam, vt recte agat, suumq; cuilibet relinquat. ἔδειν) commedere inter se mutuo, inter ipsos pisces, feras, alites non est iusticia. θηρσὶ) θὴρ nostri vocant ein Thier / & hæsit in nostra lingua, Sic dicitur quoq; hoc vocabulum in tertio genere serpentum, ex cuius veneno conficitur Alexipharmacum, quod vocant Theriacum. οἰωνοῖς) οἰωνοὶ proprie dicuntur aues importunæ & sepulchrales, quæ amant solitudinem, vt aquilæ, vultures, stryges, noctuæ, milui, corui, & quicquid est talium rapacium & infestarum auium ab οἶος .i. solus & ὤον .i. ouum, quod soli sine concubitu aëre concipiant, quod ament loca sola, in quibus solent nidificare, & habitare. Sed reliquæ aues innocuæ amant cœtus hominum, & oblectant homines, & vt defendantur ab hominibus, vt columbæ, anseres, gallinæ. Hoc autem loco omnes volucres intelligit. πετεηνοῖς) πετεηνὸν. παρὰ τὸ ἐν τῷ πέτεσθαι τείνειν τὸ πτερὸν, quod in volando extendat alas. πετέηνον autem, παρὰ τὸ ἐν τῷ πέτεσθαι ἄνω, οἷονεὶ τὸ ὑψιπετές, quod sursum & in altum volet. Vnde illud per diphthongum, Hoc vero per η scribitur. ἀλλήλοις) .i. inter se mutuo. δίκη) Quia nullam habent cognitionem iusticiæ.

Etc. 1.

Cic. 1. Offic. Cum duo sint genera decertandi 1. per disceptationem .i. per leges & iudicia. 2. per vim, cumq; illud proprium sit hominum, hoc bestiarum, confugiendum est ad posterius si vti non licet superiore.

εἰ γάρ τις) Alia est collatio, Qui iusticiam colunt, illos Deus cumulat ingentibus præmijs. Qui vero iniusta perpatrant, illos Deus punit horribilibus pœnis. ἀγορεύειν) .i. statuere, dicere, concionari, efficere, decernere, proprie pertinet ad publica, siue fiat in foro, siue in senatu, siue pro concione. Inde dicitur ἀγορή .i. forum. γινώσκων) .i. intelligens, cognoscens, sciens. Q. d. Iuste factum non reddet te iustum, sed oportet te intelligere, sicut disputat Aristoteles in primo Ethicorum, vna hirundo non facit ver. Duo igitur requiruntur. Intellectus intelligens iusta, & voluntas prosequens aut appetens iusta. Apte igitur dixit hoc γινώσκων, h. e. sciens & consulto. Sunt enim multi, qui non ex animo profitentur id, quod iustum est, & illud quoq; faciunt ea spe, quod velint sub specie iusticiæ damno esse, & detrimentum afferre. Illis non habetur gratia, nec facta illorum compensatione digna iudicari debent, quod inuiti faciant iusti hominis officium. Neq; Deus ipsis largietur felicitatem vel diuitias vel alia huius vitæ commoda. εὐρύοπα) .s. qui late circumspicit. ὄλβον) ὄλβος .i. fælicitas sæpe pro opulentia ponitur.

ὃς δέ κε) Altera pars antitheſis. Quemadmodum (inquit) ille, qui non inuite, sed sua sponte & voluntate,

voluntate, hominis iusti fungitur officio, felicitatem à Deo consequitur. Ita rursus è diuerso, qui sponte peierat, & ad falsum testimonium religiosam adhibet asseuerationem, is non modo ipse pœnis inuoluitur, sed etiam omnis memoria posterorum eius oblitione sempiterna delebitur. μαρτυρίησιν) pro μαρτύρασι, Ionice. Martyrium. h. e. testimonium. ἐκὼν) das thut er gerne. Sæpe enim fallitur. ὀμόσας) .i. postquam iurauit, ab ὀμόω .i. iuro. ἐπίορκον) falsum iuramentum ψεύσεται) .i. fallet, mentietur, peierabit, à ψεύδομαι. βλάψας) .i. lædens, impingens, inspiciens pro ἐμβλάψας .i. damno affectus aut læsus est. νήκεσον) .i. insanabiliter, non curabiliter, immedicabiliter, er wird den schaden nicht verwinden. ἄκεσ& cum νε priuatiuo νεάκεσ& sinæresi νήκεσον, Nomen pro aduerbio. Q. d. qui iurat falsum iuramentum & violat iusticiam, læsus est insanabiliter, vel, ille sibi accersit insanabile malum, vel, insanabilem calamitatem, vel, ille sibi ineuitabilem, ingentem, & horribilem pœnam diuinam cumulauit. ἀκέω significat medeor, Inde panacea herba dicitur, quasi omnium medicina, quod credita est omnibus morbis mederi. Inde dicitur ἀνήκεσον, quod est immedicabile. ἀάσθη) .i. deliquit, damno affectus est, vel, læsus est, vel, punitus est, vel, ille ipse noxam in se recepit, quod hoc scelus perpetrauit, nec illi debemus aut possumus imprecari maiorem pœnam, quam quantam iam sustinet aut recepit. ἀάσθη) a est geminatum ab ἄτομαι. id est, lædor. Aorist. 1.

ἄσα

ἄσα pro ἧσα, illud α est longum, & propterea à Poëtis dissoluitur in duas breues vocales & pro ἄσα dicunt ἄασα. Inde Aoriſt. 1. Paſſ. ἀάθω & ἀάσθω.

ἀμαυροτέρη γυνὴ) Er wird wieder ausgetilget werden. Eleganter ἀμαυροτέρω γυνῇ vocat poſteritatem, quæ propemodum obliteratur. Quia diuiciæ male partæ raro ad tertium hæredem perueniunt. Iniuſti tandem dabunt pœnas ſuæ improbitatis & non tantum ipſi, verumetiam poſteritas. ἀμαυροτέρη & μαυροτέρη, h. e. obſcura, euanida, wird verblichen / oder vergehet wie ein ſchein. λέλαπται) .i. relinquitur, delebitur, peribit, obſcurabitur, relictum eſt, Præteritum ponitur pro præſenti. εὐόρκου) .i. viri ſeruantis religioſe iuſiurandum, vel, qui recte iurat, vel, præſtat ea, quæ iurauit. ἀμείνων) .i. melior vel præſtantior .ſ. erit. Senſus eſt huius loci, familia eius viri, qui ſeruat fidem & religionem in iuramento, florebit in poſterum. Illa omnia pertinent ad ſecundum præceptum, Ne ſumas nomen Domini in vanum, & ad octauum præceptum, Non dicas falſum teſtimonium. τοῦδ') .ſ. eius viri, qui eſt periurus, poſteritas relinquitur obſcura & attenuata. Illa vox etiam eſt apud Aratũ, quando vult ſignificare ſtellas non valde conſpicuas. ἀνδρὸς) Eſt verſus prouerbialis, qui ponit certum quoddam genus pœnæ, quod incurrit in omnium oculos. Videmus enim ſubinde alias familias decreſcere & redigi ad paucos, alias vero florere & creſcere. Cauſam autem ponit pœnam peccati. Qui enim colunt iuſticiam,

etiam, illorum posteritas floret. Sed qui iniuste agunt, illorum familiæ extirpantur. μετόπισθε) Ita hoc loco perstringit Poëta *transgressores secundi præcepti diuini in Decalogo, Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Non enim habebit Dominus insontem, In quo præcepto præter alia multa peccata prohibentur imprimis periuria.*

PRIMVM, *Quia vtuntur nomine Dei, cum peccent, prætextu nominis diuini conantur tegere peccata.* SECVNDO, *Cum Deus ibi tanquam testis inuocetur, periurus lædit gloriam Dei, Quia quantum in ipso est, Deum facit falsum testem.* TERTIO, *periurus clare profitetur se contemnere iudicium Dei, Quia iurans imprecatur sibi iram Dei, si fallat. Cum igitur fefellit sciens ac volens, palàm contempsit iudicium Dei. Hunc manifestum contemptum & Deus punit & debent leges magistratuum punire. Cum igitur tam multa peccata sint in periurio, consuetudo sæpe iurandi sine magna causa, & graui deliberatione valde pernitiosa est.*

Sciendum autem est Deum periuros punire multis magnis calamitatibus, etiam cum magistratus non punient eos, sicut omnes historiæ plenæ sunt exemplorum, quæ testantur tristes exitus fuisse illorum, qui iusiurandum, aut fœdera violauerunt. Et sunt infinitæ sententiæ scriptorum de pœna periurij, vt apud Tibullum, Ah miser, & si quis primo periuria celat, Sera tamen tacitis pœna venit pedibus. Huiusmodi sententiæ sunt acceptæ à patribus & comprobatæ experientia,

perientia, Deniq; sunt vox Decalogi. Deinde pertinet etiam ad officium magistratuum punire periuriã, & ratio in promptu est, Magistratus debet tueri omnia vincula societatis & iudiciorum, Iuramentum est præcipuum vinculum politici status, Ergo eius authoritas maxime defendi debet per magistratus. Quare omnium gentium leges constituerunt supplicia in periuros. Et vox XII. Tabularum laude dignissima est, quæ falsum testem de Saxo Tarpeio deijci iubebat.

Porrò hæc ratio de magistratu sumitur tantum à corporali necessitate, Ideo alia ratio, quæ sumitur à gloria Dei, addenda est. Nam magistratus non tantum est defensor corporis, sed etiam gloriæ Dei, quod ad externam disciplinam attinet. Tenendum igitur est hoc argumentum, Magistratus est custos totius legis, quod ad externam disciplinam attinet, Sicut Paulus inquit, Lex est posita iniustis, prophanis, &c. Ergo debet punire delicta externa aduersus omnia præcepta. Puniat igitur & periuria & alias contumelias externas nominis diuini. Extat igitur lex Leuit. 24. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Hinc Poëta recte argumentatur, periuri familiam sunditus perituram. εὐόρκων) εὐόρκων & δίκαια ἀγορεύων, hoc loco est idem. Non enim loquitur de eo, qui recte iurat, sed qui simpliciter est bonus & iustus.

TEXTVS.

TEXTVS.

Σοὶ δ' ἐγὼ εὐθλὰ νοέων ἐρέω μέγα νήπιε Πέρση.
Τλὴν μὲν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως. ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι: μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον. ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.
Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει,
Φρασσάμενος, τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἦσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

VERSIO.

Tibi autem ego bene cupiens dicam ô valde stulte Perſa.
Improbitatem quidem etiam turmatim licet capere
Facile, parua quidem via, valde autem prope habitat.
Ante virtutem Dij poſuerunt ſudorem

Immortales. Longa autem & ardua via ad ipsam
Et aspera primum, postquam autem ad summum peruenerit
Facilis deinde est s. via virtutis, difficilis quanquam existens.
Ille quidem est præstantissimus, qui sibi omnia consulit
Deliberans, quæ tandem in fine futura sint meliora:
Bonus autem rursus & ille, qui bene monenti obtemperabit
Qui vero neq; sibi ipsi sapuerit, neq; alium audire
In animo posuerit, hic profecto inutilis vir s. est.

VALLA.

Hæc quoq; quæ referam stultissime concipe frater,
Quàm facile innumeras vitiorum amplectimur artes
Haud procul illa habitant, breuis est via, qua sit cum- (dum.
Est via virtutis contraria, sudor anhelus
Hanc sequitur, quæ se scopulosis ardua cliuis
In longum prorumpit iter, riget aspera primo
Ingressu, leuis est postquam alta cacumina tanges.
Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro,
Prospiciens rerum fines meliora secutus
Dignum laude virum parentem recta, monenti
Credimus: ille tamen sibi qui non consulit, aut qui
Alterius præcepta fugit, vir inutilis extat.

FRISIVS.

Nunc tibi præcipue memorabo salubria Perse,
Scilicet ex vitijs facile est vel prendere turbam,
Nam via non longa est, foribus vicina morantur.
At regina graui virtus sudore paratur.

Est via

Est via difficilis, præceps, longa, aspera, ad illam
Principio, post quam iam stas in vertice summo,
Tum facilis, tum sit dulcis, licet ante molesta.
Optimus ille vir est, primusq; sibi omnia noscens
Consulere, expendens quæ post prodesse valebunt.
Sed bonus hinc ille est, audit qui recta monenti,
Qui sibi consulere ignorat, nolitq; monenti
Ascultare alij, nullusq; & inutilis hic est.

DISPOSITIO.

σοὶ δ' ἐγὼ) *Postquam hactenus in genere de Iustitia disputaut, statim hominibus illa cogitatio venit in mentem, si debeo iuste agere, tunc oportet me laborare, & difficulter vitam agere. At ego possum per malas artes ditescere, sicut illa vetula, quæ furabatur fila, dicebat,* künſt gehet für geſpünſt. *Tantum enim furabatur, quantum vix alia per totum annum labore poterat acquirere. Huic tacitæ obiectioni respondet, Verum est, sed labor est comes virtutis & iustitiæ. Quicunq; enim recusant laborem, illos necesse est iniusta agere, præsertim si non habent ampla patrimonia, aut amplissimas opes, vt possint in ocio viuere. Ab illo loco de colenda iustitia digreditur ad hortationem. Hortatur enim fratrem ad laborem, vt honestis artibus augeat rem familiarem, se, suosq; alat non rapinis, sed bonis iuste acquisitis, & quia est fratrem adhortaturus ad industriam, primum ponit* ἐγκώμιον *seu commendationem laboris, & dicit, illam esse naturam rerum honestarum & pul-*

ebrarum, vt habeant comitem laborem, sicut dici solet, Labor est comes virtutis, Ocium est comes turpitudinis, Iuxta dictum Basilij, ἀργία κακυργίας ἀρχή, Item, Ocium est pulvinar Sathanæ.

Argumentatur autem á natura virtutis, Esse scilicet laborandum, præsertim cum nihil possit parari sine magno labore. Semper enim quædam difficultas est proposita rebus honestis. Ita Poëta egregiè monet, neminem posse ad virtutem peruenire, nisi per laborem & sudorem, sicut testatur Aristoteles, cum ait, περὶ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ καὶ τέχνη καὶ ἀρετή, H. e. Et ars & virtus circa id semper versatur, quod est difficilius. Item Ouid lib. 2. de Ponto, Difficile est fateor, sed tendit in ardua virtus. Quare hinc est discendum, virtutis viam primum esse arduam, sed postea subinde dulcescere. Idem fit in studijs. Molestum est enim versari in regulis Grammatices, sed illis perceptis vberrimos fructus ex studijs nostris percipimus, vt rectissime Isocratem dixisse iudicem, τῆς παιδείας τὴν ῥίζαν πικρὰν εἶναι, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς,

H. Radices Virtutis habet licet arbor amaras.
Prædulces fructus proferet illa tamen.

Hunc locum Hesiodi citauit Cicero lib. 6. Epist. Fam. 18. Epistola ad Leptum, Vide Annotationes Eobani Hessi in primum γεωργικῶν Virgilij in loco, Labor omnia vincit, vbi recenset multas egregias sententias, quæ huc referri possunt.

οὗτος μὲν πονέεις) Postquam in priore sententia

sententia monuit esse laborandum, siquidem labore tantum ad virtutem perueniatur, subijcit iam aliam sententiam, virtutis viam esse asperam, Ideo ad eam paucos peruenire. Quia multi sunt homines, qui virtutem non intelligunt. Ita facit triplex genus hominum. Quidam enim per se vident viam virtutis, sed tamen suum consilium ad aliorum recte monentium accommodant. Pessimi sunt illi, qui neq; per se vident, quid sit rectum, neq; recte & fideliter monentes audiunt. Vult autem Poëta hoc inferre, Ergo vide & tu Perse, ne sis in postremo genere hominum, & cum nequeas per te sapere, saltem obsequere mihi bene monenti. Vertit hunc totum locum Liuius lib. 2. Bell. punici 3. Decad. ex Hesiodo in oratione Minutij, Sæpe ego (inquit) audiui milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit, Secundum eum, qui beue monenti obediat, Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenij esse. Nobis quoniam prima animi, ingenijq; negata sors est, secundam ac mediam teneamus, & tum imperare discimus, parere prudenti in animum inducamus.

Ad hunc fermè modum Aristoteles in fine 2. lib. Ethico. cap. 8. generale præceptum tradidit venustissimis verbis, cum difficile sit attingere medium, operæ danda est, vt tamen non procul á medio discedamus & cum non possimus optima consequi, ea tamen teneamus, quæ minimum habent vicij. Verba autem Aristotelis hæc sunt, ἐπεὶ οὖν τὸ μέσον τυχεῖν ἄκρως χαλεπὸν, κατὰ τὸν δεύτερον φάσι, πλοῦν τὰ

ἐλάχιστα, λητπτέων τῶν κακῶν. Aristoteles lib. 1. Ethic. cap. 4. citauit apposite Hesiodi versus, quos ita vertit D. Philippus, piæ memoriæ,

Qui nullo monitore potest facienda videre I.
Quæq; decent, quæq; euentus in fine secundos
Sunt tandem paritura, suisq; obtemperat ipse
Consilij, mores vera ratione gubernans
Ante hic alios virtute & laudibus omnes.
Sunt alij minus ingenio, plæriq; sagaces II.
Qui parere tamen curant meliora monenti,
Laudandos inter recte numerantur, & isti.
Sed qui nec sapit ipse, nec audit recte monentes. III.
Nec rapitur freno, nec legum vincula curat,
Sed pronus sequitur, quo traxit cæca libido,
Hic malus ac odio dignus ducatur, & idem
Accerset pœnas sibi tandem, & tristia damna.

EXPLICATIO TEXTVS.

νήπιε) Q. d. qui longe erras. Recte ipsum hoc nomine appellat, vt qui iusticiæ imperitus fuerit, & iniurijs atq; rapinis assuetus. Miscet autem cohortationi iustam reprehensionem. νοέων) ich meine es gut mit dir / qui tibi bene volo, & fideliter suadeo. Ducit nunc argumentum à natura virtutis, from sein ist ein fein ding / man kan es abgehen / wenn man wil. νοέων pro νοῶν. i. cupiens, sciens, cogitans. ἐσθλὰ). i. bene vel bona, aduerbia scit. ἐρέω) Ionicum pro ἐρῶ ab ἔρω κακότητα). i. scelera, vitia,

tia. malitiam, improbitatem. ἐσὶν) Sæpe vtimur pro, licet. ἰλαδὸν) .i. turmatim. aceruatim, cumulatum, magno cumulo, hauffenweiſe. Aduerbium eſt, q. κατ' ἴλας. Q. d. nihil eſt facilius, quàm aliquid mali deſignare. ἑλέσθαι) .i. capere, apprehendere. Omnia grauia onera difficulter tolluntur, aut ſuſcipiuntur, & facile deponuntur. Sed eſt quoddam onus, quod facile ſuſcipitur, ſed non facile deponitur, vt vicia, infamia, facile quis ſe poteſt contaminare flagitijs, ſed non facile poteſt eluere illam maculam vel infamiam, quæ facile contrahitur, ſed non facile eluitur. In eadem ſententia eſt etiam Interpres Græcus, Quod licet malitia ſit ἐπίκτητος, h. e. acquiſititia, tamen omnino facile & exiguo negocio in ſolidum poſſidetur, nec eſt tam difficilis comparatu, & tam tarda, ſicut virtus. Quam primum enim aliquis furtum fecit, ſtatim malitiam illam furandi ſtimulatricem in ſolidum acquiſiuit, & ſic adulterandi malitiam ſimiliter, & cætera vitia. Virtus autem non ſine longo tempore, & magna cum difficultate comparari poteſt. ὁδὸς) .ſ. breuis via eſt ad malitiam. κακία) .i. malitia.

θεοὶ) Argumentum à difficili, Nemo peruenit ad virtutem, niſi per laborem & ſudorem. ἱδρῶτα) Vide prouerb. Difficilia, quæ pulchra. Similem ſententiam habet Euripides in Heracl. ἀδ' ἀρετὰ βαίνῃ διὰ μόχθων. προπάροιθεν) .i. ante virtutem, vel, in conſpectu virtutis. Q. d. ſi quis vult penetrare ad virtutem, illum prius oportet tranſire per ſudorem.

Omnia hoc loco sunt dicta, sudorem posuere Dij virtutis ad arcem. ὄρθιος) .i. recta, ardua, alta. αὐτὴν) .s. virtutem .s. quæ ducit ad virtutem. πρῶτον) .s. primo aditu, Fuit quoddam genus carminis in Musica, quod vocarunt ὄρθον, propterea quod sublata voce caneretur. Lucianus meminit in Hermotimo. ἵκεται) Impersonale paßiuum. Alij exponunt ἵκηαι .i. perueneris. ἄκρον) .i. in summum verticem. Q. d. postquam aliquis euasit, & superauit difficultatem laborum, seu asperitatem. ἤπειτα) pro ἔπειτα ε in η mutata. ῥηϊδίη) .s. ipsa via. ἐοῦσα) Q. d. quamuis labor comitatur virtutem, tamen ille fit dulcis. Nam vbi aliquis assuefecit se & obfirmauit animum, tunc ille labor dulcescit, & mellescit.

οὗτος) Alia ponitur γνώμη de diuersitate ingeniorum, Varia (inquit) sunt ingenia, Quædam per se intelligunt & vident, quid sit agendum, illa sunt omnium præstantißima. Quædam per se non intelligunt, sed tamen sunt tractabilia & patiuntur se doceri. Sed est quoddam malorum ingeniorum genus, nempe, quæ nec ipsa vident, quid sit agendum, nec alios recte monentes audiunt, illa ad nullam rem sunt vtilia. Sic monet Hesiodus fratrem, vt quandoquidem per se non sapit, saltem bene & fideliter monenti obediat, Ego (inquit) moneo te, vt colas iusticiam, nec respuas laborem. Deinde ne sis ex extremo & profligatißimo genere hominum, qui nec ipsi intelligunt, quod rectum sit, nec volunt alios bene monentes audire. πανάριστος) .i. omnium optimus. πᾶν enim

auget

auget. πάντα) .i. in omnibus. νοήσει) .i. qui per se sapit. αὐτῷ) .s. ex se ipso. φρασσάμενος) .i. considerans, deliberans, cogitans, consulens, á φράζω. σ est geminatum. ἦσιν) ν apponitur per paragogen ἀμείνω) .i. præstantiora, meliora. Primus gradus hic est. τὰ) pro ἅ. ἐς τέλος) Q. d. non tantum debemus consulere, quomodo res sit incipienda, sed etiam prospiciendus est finis rei. ἀμείνω) pro ἀμείνωνα, h. e. sollicitus de futuro, non tantum de præsentibus, quæ sunt præ manibus. ἐσθλὸς) .i. bonus & dignus laude. Aristoteles dicit eum, qui per se sapit, habere actum agentis. Alterum vero, qui obedit, habere actum patientis. εἰπόντι) .i. dicenti vel monenti. κἀκεῖνος) pro καὶ ἐκεῖνος. ἐν θυμῷ) Tertius gradus est. ἀχρήϊος) .i. inutilis, postremus, cuius nullus est vsus, homo nullius precij, nulli rei vtilis, **Ein vnnützer Mensch / der nirgend zu taug / mit dem kan man nichts schaffen noch ausrichten.** Ita duo loci sunt tractati. Alter de labore, alter de obedientia erga bene monentes, quos vt lector rectius intelligere queat, placuit subijcere ea, quæ in hunc locum annotauit Interpres Græcus.

Facit nunc (inquit) prosopopeiam, cum fingit malitiam & virtutem certa habere domicilia, & certas monstrat vias, per quas tam ad virtutem, quàm ad malitiam perueniri poßit. Et iter quidem ad malitiam esse breue & exiguum, propterea quod paruo negocio comparari potest. Ad virtutem autem, viam esse longam & arduam, propterea quod eget magno labore

& longo tempore, quam postea etiam facilem esse dicit, eò quod post acquisitionem, dulcem & promptam sentimus. Ad idem respiciens Corinthus quoq; fingit ipsam in alto quodam & salebroso colle super palmam arborem consistere? Quo figmento etiam ipse voluit innuere siue demonstrare, virtutem omnino difficilem & tardam esse. Post hanc cohortationem directam ad fratrem, subiungit aliam quandam sententiam paræneſin, & inquit, Ille primum locum inter bonos tenet qui per se & suo marte, nullius alterius consilijs adiutus, intelligit, quod in rem sit, prouidens & præcognoscens ea, quæ ad finem vsq; sunt bona & vtilia. Secundum autem locum tenet is, qui per se quidem, suoq; ingenio non sapit, sed obedit recte consulenti. Qui vero hæc ipse sibi scit consulere, nec consilijs alterius audiens est, ille est deterrimus atq; extremi ingenij. Hoc autem dixit, quasi vellet dicere, Oportuisset quidem te, ô Perſa, tuopte ingenio sapere, & scire, quod bono sit, nec indigere alterius consilijs. Quando vero per te nescis, oportet te mihi, qui optima tibi consulo, auscultare & parere. Quod si non feceris, mali ingenij hominem te ostendes. Hactenus Interpres.

TEXTVS.

Αλλὰ σὺ γ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς,
Εργάζου πέρση δῖον γόνος, ὄφρά σε λιμὸς
Εχθαίρῃ,

Εχθαίρῃ. Φιλέῃ δέ σ' ἐϋςέφανος δημήτηρ
Αἰδοίη, βιότου δὲ τεὴν πίμπλησι καλιὴν.
Αιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀν-
δρὶ.
Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅσκεν ἀεργὸς
Ζώη, κηφήνεσσι κοθούροις ἴκιλος ὁρμὴν,
Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ,
Εσθοντες. σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔςω μέτρια κοσ-
μεῖν,
Ως κέ τοι ὡραίου βιότου πλήθωσι καλιαὶ.
Εξ ἔργων δ' ἄνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε.
Καὶ τ' ἐργαζόμενος πολὺ φίλτερος ἀθανά-
τοισιν
Εσσεαι, ἠδὲ βροτοῖς, μάλα γὰρ ςυγέουσιν ἀ-
εργούς.
Εργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.
Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργὸς,
Πλουτεῦντα, πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀ-
πηδεῖ.
Δαίμονι δ' οἷος ἔησθα τὸ ἐργάζεσθαι ἄμει-
νον,
Εἴ κεν ἀπ' ἀλλοτρίων κτεάνων ἀεσίφρονα θυ-
μὸν
Εἰς ἔργον τρέψας, μελετᾷς βίου, ὥς σε κελεύω.

VER-

VERSIO.

Verum tu noſtri memor ſemper præcepti
Labora ô Perſa diuinum genus, vt te fames
Fugiat. Amet autem te bene coronata Ceres
Veneranda. Victum autem tuum impleat horreum
Fames enim tibi prorſus ignauo comes viro,
Huic autem Dij iraſcuntur & homines, qui ocioſus
Vixerit fucis carentibus aculeis ſimilis impetu,
Qui apum laborem abſumunt ocioſi,
Commedentes. Tibi autem negocia placeant modera-
ta exercere,
Vt tibi tempeſtiuo victu impleantur horrea.
Ex laboribus autem homines diuiteſq; opulentiq;,
Et laborans multo etiam charior tam Dijs
Eris, quàm hominibus. Valde enim oderunt ignauos.
Laborare autem nullum probrum, ignauia autem
probrum.
Si autem laboraueris, ſtatim te æmulabitur ocioſus
Diteſcentem. Diuicias autem virtus & honor comi-
tatur,
Deo autem ſimilis eris (laborare melius)
Si ab alienis poſſeſſionibus ſtultum animum
Ad opus conuertens, curas victum, vt te iubeo.

VALLA.

Ergo age frater ades generoſo è ſanguine Perſe,
Neu fuge fraternos monitus, operare laborem,
Alma Ceres ornata caput ſua dona miniſtret,
Sic tibi plena domus. Segnem crudelis egeſtas
Opprimit, hunc homines odio, ſuperiq; ſequuntur,
Torpenti ſimilem fuco, cui ſpicula ſurgunt
Horrida diſtenſumq; fauis conſumit edendo

Semen

Semen apum, piger ipse sedet, vitatq; laborem.
Tu modo cura operi, quantum potes, adjice frater.
Horrea sic rumpunt messes, sic copia rerum,
Sic pecus augetur, sic tu mortalibus & Dijs
Gratus eris: segnes animos, & inertia corda
Oderunt: Operi laus est imponere curam,
Turpe sed hinc prohibere manus: incumbe labori,
Forsitan ad studium torpentia pectora vertes.
Dum partas ostendis opes, virtutis adeptus
Nomen & æternum laudis decus, vtere quæso
Arte, para victum, violare aliena nephandum est,
Fac superis æquandus eas, incumbe labori.

FRISIVS.

Sed tu nostra animo semper præcepta reuoluens,
Esto operi intentus Perse diuine, fames vt
Te premat inuidia, Cereri sed amare pudicæ,
Illa tua omnigeno sic impleat horrea victu,
Ecce fames comes est homini certissima pigro,
Adde quod hunc odio superiq; hominesq; sequuntur,
Quisquis segnicia fucos imitatur inertes,
Quorum venter apum consumit parta labore,
Ocia agens: Sed opus tu quodq; in tempore cura,
Horrea vt accipiant maturum in tempore fructum
Ditescunt homines ex sedulitate laborum,
Quin operans fies multo mortalibus & Dijs
Charior, Hic odio, cui corpus torpet, habetur.
Turpe labor non est quicquam, sed inertia turpe.
Tu studio, ad studium quoq; perstimulabis inertem,
Ditescens, At opes virtusq; decusq; sequuntur,
Dijs similis fies: Melius nil ergo labore
Siq; nec alterius cupiens rerum, vsq; laborans
Vt iubeo, proprium studeas acquirere victum.

DISPO-

DISPOSITIO.

ἀλλὰ σύγ' ἡμετέρης) Principalis propositio est, qua adhortatur fratrem ad laborandum, vt possit effugere famem, & habere horreum refertum frumento. Additur argumentum sumptum ex locis honestatis, quod & Dij & homines solertibus mirum in modum faueant. Ociosos vero, qui tantum aliena viuunt quadra vatiniano odio prosequantur. Sequitur similitudo elegantissima, qua inertes comparat fucis. Sicut enim fuci irruunt per vim in aluearia, & absumunt mel, quod est confectum aliarum apum labore, Ita ociosi homines bona alieno labore parta tantum absumunt: postea repetit propositionem, Quare tu debes pro tua proportione laborare, nec tantum aliena bona profundere, quod est contra iusticiam. Deinde commendat laborem vt qui plurimum prosit ad consequendam dignitatem, honores & diuitias.

EXPLICATIO TEXTVS.

ἀλλὰ σύγ') Conclusio per apostrophen, in qua adhortatur fratrem ad laborem & honestam curam. ἐφετμῆς) præcepti, admonitionis. ἐργάζεν) pro ἐργάζου, Dorice. δῖον γένος) .i. oriunde á Dijs, vel nate ex honesta aut nobili familia, vel ex honestis parentibus. Vehementius ipsum præsenti encomio ad studium virtutis hortatur. Decet enim virum generosum

& nobi

& nobilem, virtutem sequi, & iniusta facta vitare, quæ ignominiam conciliant. ὄφρα) Addit argumentum ceu rationem vtilitatis seu honestatis. λιμὸς) famem & agriculturam facit personas, quo figmento orationem reddit iucundiorem. ἐχθαίρῃ) .i. fugiat, aut odio habeat. Q. d. Qui diligenter laborant, illos odit, & fugit fames. Qui vero sunt ignaui & ocioſi, illos comitatur fames. φιλέῃ) Sententia huius loci est, Labora, vt te fames odio habeat, Amet vero Ceres, h. e. terra, nimirum fœcunditas plantarum & agrorum, & impleat tuam domum alimentum, quibus te ipsum sustentes εὐσέφου &) Terram vocat εὐσέφουον .i. bene coronatam, aut propter aream modum circuli exornatam, aut quod coronet nos suis fructibus, pomis, & spicis. δ' ημήτης) .i. Ceres. h. e. vbertas frumenti. Dicitur autem δ' ημήτης q. terræ mater, Quia largitur fruges. Vocat autem coronatam propter sementem, quæ ferat coronam. Nihil enim perinde ornat terram, & delectat oculos, atq; segetes. αἰδοίη) .i. veneranda. Vsitatum est in Græca lingua gemina & plura epitheta vni substantiuo addere. βιότοιο) .i. victus ex alimentis. τεὸν) pro σὸν. ϖίμπλησι) ϖιμπόλωσι, ϖίμπλω ἐὰν ϖίμπλῳ, ϖιμπλῇς, ϖιμπλῇ, ϖίμπλησι Ionice. Dicitur autem ϖιμπλάω, ϖίμπλημι. καλιὴν) Metaphorice, domum. Q. d. si diligenter laboraueris, tunc amabit te Ceres, & implebit horreum tuum victu, vel frugibus. h. e. ita diteſces & expelles famem, nec coge-ris fame mori.

λιμὸς

λιμὸς γάρ τοι) Adiungit locum honestatis, Deus & homines oderunt ignauos & ociosos, & quando sunt calamitosi, tunc merito sunt calamitosi. Est enim iusta calamitas, quæ accidit homini ignauo, & ocioso. Mirifice autem Poëta hunc locum amplificauit comparatione, qui incitat nos ad laborandum, siquidem fames soleat plærunq; comitari ignauiam, Iuxta illud Salomonis cap. 10. Prouerb. Egestatem affert manus ociosa, sed manus sedulorum ditescit. s. opificum agricolarum, aliorumq; hominum, qui non ocio torpent, sed sedulo & fideliter, vel sibi vel alijs laborant, & Deum reuerentur, nempe si hoc ad gloriam Dei faciat, & ipsis salutare sit. Nam rerum corporalium promissiones habent suas exceptiones. Item Psal. 128. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es. σύμφοιτος) .i. comes, σωακόλουθος, consecutor, assecla. h. e. ocioſus habet paupertatem sociam, & habitat cum fame, ἃ σὺν λιμῷ φέρω. quod simul fertur. Qui autem non laborat, non manducet. Quid vero potest miserius & calamitosius esse, quàm quando aliquis esurit & est ocioſus. Sed qui esurit & non est ocioſus, meretur misericordiam. ἀεργῷ) .i. ocioso, ignauo, sine opere.

τῷ δὲ θεοὶ) Etsi Ethnicus fuit Poëta Hesiodus, tamen ex naturali quadam noticia sibi diuinitus indita vidit, quod Deus magnopere execratur ocium, vt de Deus postulat Prouerb. 6. vt in laborando formicæ exemplum imitemur. Et Propheta Ezechiel dicit, peccatum Sodomæ fuit superbia, saturitas panis & abun-

dantia

dantia, & ocium. Præterea Athenis fuit ociosis hominibus capitalis pœna constituta. Atq; vtinam Germania strictim obseruaret hanc pœnam, procul dubio non haberemus tot decoctores & fures. Illi enim, qui versantur in ocio, nec magnifaciunt iusticiam & alias virtutes, necesse est, vt alijs rapiant sua bona, quibus suo luxu ex animo indulgere, & satisfacere queant. νεμεσῶσι) pro νεμεσάοσι, ἀ νεμεσάω .i. indignor vel succenseo. Dicitur proprie de iniusta ira. Nemesis dicitur ira Dei in puniendis sceleribus & flagicijs. θεοὶ καὶ ἄνδρες) Interpres sapientes & rerum diuinarum peritos appellat hoc loco Deos. Homines vero vocat eos, qui sunt rudes & ex plebe, humanarum rerum aliquomodo periti. Et inquit, quod ignauo & torpido homini non immerito omnes sint infensi, tam sapientes, quám imperiti.

ὅσκεν ζώη) ἀ ζώω ζώεις ζώει, ζώη autem optatiuum & subiunctiuum η. Illud ὥσκε & hoc κε apud Iones non construitur cum subiunctiuo. Contrarium autem fit apud Atticos. κηφήνεσσι) κηφήνες .i. fuci, threnen. Diligenter obseruandum est, quod Poeta ignauum virum fucis spiculo carentibus comparat. Hos autem versus ita vertit Eobanus,

Oderunt superi ignauos, & semper inertes
Nam similes fucis sunt, qui sua spicula condunt.

Fuci pertinent ad genera vesparum. Sic Virg. 4. Georg. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. Nam apes solent quosdam custodes constituere ad aluearia, qui arceãt fucos Ita tu Perse male agis, si instar fuci vis

tantum absumere bona alieno labore parta. κοθόρνοις) .i. carentibus spiculis. Quia non exerunt suos aculeos, sicuti apes. Vide Plin. lib. 11. cap. 16. & Aristotelem lib. 9. de natura animalium. κόθορνος autem nomen habet á κενθῶ .i. lego, abscondo, occulto, & οὐρὰ .i. cauda seu aculeus. Quia non habent aculeum, quo conficiant mel. Monachi & Canonici nostro tempore veri sunt fuci, quia dilapidant aliena bona. Interpres καθόρνοις exponit, κακόρνοις .i. maleficis, aut ἀκέντροις .i. carentibus aculeo, aut κοτόρνοις τοῖς κότον ἔχουσιν ἐν τῇ οὐρᾷ .i. iram habentibus repositam in cauda. Aut τοῖς κολοβὸν ἔχουσιν οὖραν ἢ ἀποκρύπτουσιν αὐτῶν .i. mutilem habentibus caudam. h. e. subducentibus illam. Aut τοῖς καθεύδουσι μὴ φυλάττουσι τὴν ὥραν, quod dormiant & observent tempus, quando apes ad opera sunt egressuri, aut ipsi mel devorent. Hæc ex Proclo sunt sumpta. δρμιῶν) .s. tanquam fuci irruunt in alucaria, & mel absumunt, quod est confectum aliarum apum labore. ἴκελον) .s. similis fucis, quod ad impetum, aut iram attinet. h. e. assuetus rapinis, & alienorum bonorum consumpto, quemadmodum fuci. Fucus autem est insectum apem referens, ignauum & sine aculeo, depascens occulte laborem apum. τρύχουσιν) i. vexant, opprimunt, absumunt, perturbant, machen irre, á τρύχω .i. corrumpo. ἀεργοὶ) .i. ocioſi, pigri. κάματον) .i. victum & laborem. Fucus est insectum non admodum absimile apibus, sed est ignauum & ignobile genus, non laborat ex industria.

Igitur

Igitur cogitur egere & furari, interficitur ab apibus, quando apprehenditur, multum mellis vorat & absumit, fressen das Honig auff / das darnach die armen Bienlein müssen darben vnd sterben. Ante aluearia semper iacent cadauera fucorum, qui sunt grandiores apibus, sed non sunt ita pugnaces.

σοὶ δ' ἔργα) Repetit propositionem cum egregia commendatione laboris. Q. d. Tibi non displiceant labores, sed illos ama, sintq; tibi curæ, vt possis exornare, scilicet, teipsum, ne sias turpis & incultus, dum sectaris ocium & malitiam. ἔργα) .i. negocia, opera, labores. ἔσω μέτρια) .i. mediocria, moderata, vel, in tempore. Hic locus exigit tantum ab vnoquoq;, quantum præstare potest. Vnusquisq; enim debet laborare pro sua industria, pro suis facultatibus, pro sua vocatione, scilicet, vt iuuenes discant, senes & periti doceant, fortes laborent, & quærant victum imbecillioribus. κοσμεῖν) .i. moderari labores, adornare, exercere, es sol einer etwas fürhaben. Q. d. Tu debes laborare pro tua vocatione, ita vt ordine administres tuos labores. Vno versiculo tria connectit & requirit, 1. Laborem. 2. Moderationem. 3. & ordinem, qui leuat & adiuuat laborem. κοσμῶ .i. compono, ordino, vel ordine administro. φίλα) .i. grata, iucunda. ὡραίῳ) .i. maturo, tempestiuo. h. e. reposito oportuno tempore. Hinc dicitur ὡραῖος βίοτος & victus tempestiuus, quem fert terra suo quolibet tempore, quem ex

agricultura quisq; percipit, vt tempore autumni vi-
na, & fructus arborum. πλήθωσι) Actiuam & pas-
siuam habet significationem.

δὲ ἔργων) Absoluto loco de colenda iusticia,
subiecit adhortationem ad laborem, additis argumen-
tis à premijs, Si diligenter laboraueris, tunc Deus be-
nedicet tuo labori, & ita ditesces, & illud erit tibi
honorificum, quærere & augere rem familiarem per
bonas artes, per industriam, per laborem. Iam autem
commendat laborem à contrario. Q. d. Ex studijs &
laboribus atq; artibus, non ex ignauo ocio homines
consequuntur celebritatem sermonis & gloriam, &
ex ijsdem annuos prouentus acquirunt, qui vitæ su-
stentandæ sufficiunt. Præterea laborando reddes te
charum, & sapientibus & plebeijs. πολύμηλοι) .i.
qui habeant multos boues. Apud veteres enim maxi-
me possessiones sitæ erant in bobus. Opulentia est co-
mes vel potius fructus laboris. ἐργαζόμενος) Ponit
aliud argumentum, Etiam Deus amat fideliter labo-
rantes & odit ignauos & ociosos. Inde est prouerbi-
um, Iuuante Deo tu quoq; moue. h. e. Deus vult nos
iuuare, sed tamen ita, vt quisq; faciat suum officium.
Si quis enim vellet sedere ociosus & ignauus expecta-
re, donec per miraculum Deus eum sustentaret, illud
esset Deum tentare. ἔσσεαι) σ est geminatum. φίλ-
τερος) Q. d. si laboraueris, tunc Deus amabit te.
Quia Deus præcipit laborem, & benedicit ijs, qui
libenter & fideliter laborant. μάλα) Antithesis est,
Dij valde oderunt ociosos & ignauos. συγέουσιν) à

στύγειν .i. odisse, Inde Styx est nomen Paludis apud inferos. ἔργον οὐδὲν ὄνειδος) Est egregius versiculus continens locum honestatis, Nec tantum (inquit) vtile est laborare, sed Deus etiam laborem approbat, & est honestum. Occupatio, Est contra meam dignitatem laborare. Respondet, Non est turpe laborare, sed turpe est otiosum & ignauum esse. Hoc loco autem debes subdistinctionem facere, vt significet ἔργον, h. e. opus siue laborem, hoc modo, Nullus omnino labor ingenuus sit dedecus. Nam si dixeris, ἔργον οὐδὲν ὄνειδος, non distinguens, indicabis, neq; lenocinari, neq; alia turpia facta esse probrum.

εἰδ' ἐκεν ἐργάζῃ) Addit vnum exemplum, Q. d. Quando diligenter laborabis & ita florebit res tua familiaris, tunc tuo exemplo extimulabis etiam cæteros ad laborem, ita tu publice proderis Reipub. & principaliter tibi etiam proderis priuatim. Animus humanus non potest esse otiosus. Si enim non intenditur ad res honestas, tunc delabitur ad mala facinora. Est quoddam apophthegma in Plutarcho, qui scribit quendam querere, quomodo posset animaduertere, vtrum status Reipub. floreat in aliqua ciuitate, si quis peregre proficiscatur & velit mores hominum & statum plurimarum ciuitatum cognoscere & experiri, an floreat status Reipub. Alter fertur respondisse, si multi homines inuenirentur in ea otiosi, tunc certum esse eam esse turbulentam & pessimis moribus obnoxiam. Si autem vnusquisq; deditus esset suo operi, tunc eam esse bene moratam & quietam. Et profecto

verum est. Vbi enim multi sunt ociosi homines, ibi turbatur Respub. Vbi vero quis hoc agit, ad quod diuinitus est destinatus, ibi publicæ & priuatæ res melius habent. Est igitur sententia huius loci, si diligens eris in tua vocatione, tunc etiam multi imitabuntur tuum exemplum. ζηλώσει) .i. æmulabitur, imitabitur te, vel, sequetur tuum exemplum. Q. d. studia acuuntur exemplis, vel animi hominum excitantur, quando vident alios esse intentos in opera. ζηλόω .i. æmulor, Inde ζῆλος .i. zelus seu æmulatio. πλουτέοντα) pro πλουτοῦντα .i. ditescentem, Dorica dialecto. Q. d. si tu per laborem bene constitues rem familiarem, tunc extimulabis alios, vt imitentur tuum laborem, & tuam diligentiam.

πλούτῳ) Iuxta illud, virtus, fama, decus, diuinaq; omnia pulchris Diuitijs parent. Et Horat. Et bene nummatum decorat suadela, Venusq;, Germani dicunt. Gelt macht einen Held. Cum enim diuitiæ in omnibus rebus maximum pondus habeant, tum certe in hoc prosunt, quod præcedant ad virtutem, paupertas facile ad malefaciendum inuitatur. Vnde Callimachus Poëta, non virtutem sine pecunia, nec pecuniam sine virtute, sed vtramq; simul à Ioue sibi dari optabat, quod inops non bene innocentiam suam, tueri & custodire queat. Quare Poëta noster vult, vt quis sibi honesto labore comparet diuitias. Earum enim comites esse virtutem & honorem. Merito miratur Interpres Græcus in expositione huius loci, quomodo dicat author virtutem sequi diuitias, quæ potius

ad in-

ad intemperantiam & contumeliam homines moueant. Hic autem alij quidem affirmant, quod virtus sequatur diuitias proprio ingenio & labore partas, nec sanè male dicunt. Ipse vero dicit, quod etiam quomodocunq; comparatas diuitias comitetur virtus, non tamen reuera præsens, sed opinione duntaxat apparens. Eorum enim qui ditescunt, alios quidem sapientes, alios vero industrios vocant & alij aliter illorum dignitatem adulando amplificant. Aut etiam aliter exponit, Quatuor sunt primæ & generales virtutes, fortitudo, prudentia, temperantia, & iusticia. Atqui etiam pulchritudinem & celeritatem, & circumspectionem & alia infinita eiusmodi, antiqui virtutes appellarunt. Harum vero quædam insunt diuitibus, egenis autem etiamsi adsint, tamen paupertas occultat illas, sicut fabulosa illa orci galea. ὁπηδεῖ) Q. d. Honestum est rem peperisse & auxisse labore & industria & honestis artibus. Econtrà est probrosum, perdidisse rem paternam per ocium & prodigalitatem, **Es stehet vbel / wenn man spricht / Er hat seines Vaters gut vbel zubracht.** Magna est infamia & est quoq; magnum peccatum in Deum, parentes, & propinquos, suum patrimonium dilapidasse. Tales autem publicis pœnis debent coherceri & puniri. οἷος ἔησθα) pro ὅμοιος εἶς .i. eris similis Deo, Idiotismus communis, Talis, pro, similis. θα est paragogicum. δαίμονι) h. e. homines iudicabunt te esse beatum & fortunatum quasi Deum. h. e. prædicabunt tuam fælicitatem. Interpres existimat hoc

loco esse schema, quod vocant solutionem obiectionis. Nam Perses, quem cohortatus est ad laborem, fortasse potuit obijcere, paupertatem & infortunium impedire, quo minus præcepta illius effectioni mandare posßit. Hoc igitur vt solueret Hesiodus, inquit, Demoni vero, h. e. fortunæ, quomodocunq; similis fueris, siue felix, siue infelix, siue pauper, siue diues, semper tibi consultius & vtilius, labori honesto incumbere, ita vt tibi præscripsi & iussi, vt nimirum conuertas animum ad laborem, deductum ab alienis facultatibus & possessionibus, h. e. à rapinis alienorum bonorum. ἐργάζεσθαι) ὠφώνημα, Adeo præstat laborare, quàm in ocio versari, vel, Ergo melius & honestius est laborare, & per laborem constituere rem familiarem, quam ociosum & ignauum se gerere, Etiam Deo magis gratum est.

ἔικεν ἀῶ ἀλλοτρίων) Adhuc vna est vtilitas. Qui sunt intenti honestis rebus, illi interim non vacant turpibus. Quorum animi autem non sunt dediti studijs honestis, dilabuntur ad turpia facinora obeunda, coguntur furari, aliunde rapere, homines fallere iniurijs, dolo, fraude, vel alijs malis artibus, sibi quærere vnde viuant. Es heist / Si non intendis animum studijs, inquit Horatius, inuidia & amore simul torquebere. Quæritur Aegistus quare sit factus adulter, In promptu causa est, desidiosus erat, si enim laborasset & militasset, vt cæteri, tunc illud Tragicum adulterium vitare potuisset. ἀλλοτρίων) id est, ab alienis possessionibus, h. e. à bonis rapiendis, vel per furtum, & frau-

& fraudem ac dolum, per malas artes acquirendis. Vt bona summa putes aliena viuere quadra, inquit Horatius. Ita enim solet euenire. ἀεσίφρονα θυμὸν) .i. ab ἄω spiro & φρὴν animus, mens. Nam superbi, imprudentes, & fatui plerumq; sunt elatioris animi, stultum, aut captum mente, vel, cupidum nocendi. κελεύω) .ſ. vt per laborem, diligentiam, honestas artes, & honestum studium diteſcas. κελεύω) .ſ. laborare.

TEXTVS.

Αἰδὼς δ' ἐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει.
Αἰδὼς, ἥτ' ἄνδρας μεγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.
Αἰδὼς τοι πρὸς ὠλβίη, θάρσος δὴ πρὸς ὄλεθρον.
Χρήματα δ' ἐχ ἁρπακτα, θεόσδοτα, πολλὸν ἀμείνω.
Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίη μέγαν ὄλβον ἕληται,
Ἢ ὁ γ' ἀπὸ γλώσσης λήϊσεται (οἷά τε πολλὰ
Γίνεται, εὖτ' αὖ δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ
Ἀνθρώπων, αἰδὼ δέ τ' ἀναιδείῃ κατοπάζῃ,)
Ῥεῖά τε μιν μαύρωσι θεοὶ, μινύθουσι δὲ οἶκον
Ἀνέρι τῷ, παῦρον δέ τ' ἐπὶ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ.

VERSIO.

Pudor autem non bonus egentem virum sequitur,
Pudor inquam, qui viros valde & lædit, & iuuat,
Pudor deniq; ad inopiam, Confidentia autem ad
diuitias,
Diuitiæ autem non raptæ, diuinitus datæ multo me-
liores .s. sunt.
Si enim aliquis etiam manibus per vim magnas diui-
tias rapuerit,
Aut lingua predabitur (qualia multa
Fiunt, quando lucrum mentem deceperit
Hominum, pudorem autem impudentia oppreſſerit)
Facile & ipsum disperdunt Dij, minuuntur autem
possessiones
Viro huic, et breui tempore hæc felicitas eum sequitur.

VALLA.

Nec pudeat, pudor hic multos inhoneſtus egentes
Secum habet, auget opes fiducia, qua melior res
A superis non it: proh rerum insana cupido,
Proh animis infusa lues, iam nulla pudoris,
Cura, iacet paſsim longe poſt terga relictus,
Tu coleris, duce te paulatim corruit ille.
Dijs inuisus homo. cui mens intenta rapinis
Inuigilat, neq; enim semper felicia durant.

FRISIVS.

Vtilis haudquaquam est homini pudor hospes egenti
Nunc iuuat ille virum, nunc officit ille vicissim.
Vir pudibundus inops manet, audax fit cito dives.

Nil vi-

Nil vnquam rapias, data cœlitus optima dona.
Cuius enim fuerit manuum res aucta rapinis,
Siue vsu linguæ mendacis (qualia fiunt
Humanis animis lucri dulcedine captis,
Dumq; pudor nullus, sola irreuerentia regnat)
Hunc male Dij vexant, rursum possessio primum
Atteritur, felix nec longo tempore viuit.

DISPOSITIO.

Subijcit occupationem, At turpe tibi videtur laborare, quam confutat argumento sumpto à contrario, Nos plærunq; excitamur ad laborandum aliorum exemplo, Ergo non est tibi dedecori laborare. Quia tuo exemplo inuitas alios homines ad laborem. Facit autem duplicem verecundiam, bonam scilicet, & malam, Mala verecundia est velle verecundari, quo minus labores, sed alioqui decet pudore in re mala & turpi. Additur alia occupatio, Ergo prodest esse confidentem in corradendis opibus, Quam corrigit, Q. d. Hæc non est mea sententia, quasi aliorum bona sint per vim rapienda, sed honesto labore debes tibi comparare diuicias. Ratio est, Quia opes malis artibus partæ miro Dei consilio ita dilacerantur, vt ad tertium hæredem rarissime perueniant, Iuxta illud, Male partum, male disperit. Perstringit etiam duo genera iniuriæ, quibus homines ditescunt. Sunt enim, qui per vim inuadunt aliorum possessiones, easq; ad se rapiunt, quales sunt raptores aut prædones. Quidam vero per fraudem & periuria rem facere student,

quales

quales sunt rabulæ forenses, qui suis blandicijs sæpe, technis & mendacijs decipiunt homines, vt ab eis extorqueant pecuniam. Tandem addit argumentum à metu diuinarum pœnarum. Q. d. Improbi homines non possunt frui suis opibus.

EXPLICATIO TEXTVS.

αἰδὼς οὐκ ἀγαθή) Occupatio est, forsitan pudet te laborare. Sed hic pudor inutilis & noxius est. Facit autem duplicem pudorem, bonum & malum. Malus sectatur hominem ignauum. Quando enim ocioſi homines obijciunt, Laborare est turpe, plebeium, & rusticum. Præclarum autem est & magnificum & splendidum obambulare, otio indulgere, publicis choreis interesse, Respondet Poëta, Quando aliquis eget, & opus habet labore, tunc multo turpius est egere, quam laborare, Estq; prouerbialis versus, qui ad varia potest accommodari, vt cum dico, fortassis pudet te laborare, sed non debet te pudere laboris. Est enim peruersa & sinistra verecundia fugere ab honesto & ab eo, quod est necessarium. Verecundia debet esse fuga à turpitudine, seu tergiuersatio ab eo, quod turpe est, vtitur igitur hoc loco Hesiodus versu Homeri, qui hunc habet sensum, Ille pudor non est bonus, qui detinet & coërcet egenum atq; pauperem, h. e. Te pauperem non debet pudere, labori incumbere. κεχρημένον) i. inopem, seu, indigentem. Mendicus

dicus homo non existimet esse dedecus laborare. Nam siquis pressus egestate vult prætexere pudorem, nec laborare cupit, ille pudor improbatur. Deus enim plurimis in locis scripturis præcepit laborem, vt, In sudore vultus tui vescēris pane tuo. ἀγαθῇ) .s. per quem refugimus laborem, ἀχάομαι, Er sol sich nicht zu sehr schemen. κομίζει) .i. tenet, apprehendit, portat, sequitur persert. Q. d. verecundia non conuenit homini inopi, & loquitur de verecundia in certa specie, proprie de pudore ad laborandum. Illi enim, qui egent, coguntur deponere verecundiam, & mendicare, quod aliàs non facerent, nisi eos coge-ret necessitas. Satius est perfricare frontem, & pete-re frustum panis medicando, quàm perire fame. Es ist besser eine kleine schande/ denn ein grosser schade. Melius est excedere fines pudoris, quam affici magno detrimento. Illa igitur verecundia, qua quis laborat, ne laboret, est mala, vt quando aliquem indoctum adolescentem pudet discere, quod nescit, est malus pudor, Iuxta dictum Catonis, Non est turpe nescire aliquid, sed turpe est, nil discere velle.

αἰδὼς) Hoc schema ἐπαναλήψις (ἢ) ἐπαναδίπλωσις vocatur, latinis repetitio & geminatio. Dicit autem pudorem & damno & emolumento esse hominibus. Nam duplicem illum facit, 1. vtilem qui fugit à turpi. 2. peruersum seu præposterum, qui fugit ab honesto & necessario, qui valde nocet homini-bus, eosq; grauiter affligit, & quod dicit Poëta, hunc habet sensum, si quis pauper veretur laborare & aliud

quippi-

quippiam boni facere. ille ex tali pudore damnũ, iactu-
ramq; facit. Si vero pudet eum facere turpia, magnum
percipiet commodum, vt verbi gratia, si pudeat eum
furari, aut, si fuerit miles, pudeat ipsum stationem,
ordinemq; suum deserere. Nam iste pudor est malus.
Malus vero ille prior, qui facit πρὸς ἀνολεθρον .i. ad
egestatem, vt explicat in sequenti versu. μέγα σίνε-
ται) pudor obest hominibus, si eum prætexere ves
lint in laborando, Econtra pudor prodest in re mala
& turpi. σίνω .i. noceo vel lædo, & hic est medium.
Ita Poëta ostendit rationem priorum verborum, ins
quiens, Est pudor, qui lædit, & est, qui iuuat, Aut
qui ordinat & qui dissipat, vt ita sit quidam lædens,
& quidam iuuans pudor. ὀνίνησι) ὀνιμι & ὀνιμαι
.i. vtor. Geminauit hic syllabam pro ὄνησι. Inde ὄνεσις
.i. vtilitas. ὀνήσιμος .i. vtilis. Est reduplicatio pri-
mæ syllabæ, quod est vsitatum in verbis incipientibus
ab o & α. πρὸς ἀνολείην) .i. inopiam, paupertatem,
infelicitatem, indigentiam. ὄλεσσος est suum contra-
rium. Ergo prodest esse confidentem in corradendis
opibus. Sed non ita debes intelligere, Hæc non est mea
sententia, quasi aliorum bona sint rapienda, sed debes
laborare. Horat. Nil sine magno vita labore dedit
mortalibus. αἰδὼς) .s. verecundia adest inopiæ.
Q. d. Turpe est esse inopem, præsertim propter
ignauiam. Non est pudendum, laborare egentem, sed
magis pudendum est egere. θάρσος) .i. audacia,
confidentia, fiducia. Diuites sunt plærunq; audatiores
egenis. Diuitiæ enim pariunt talem confidentiam,

Germa-

Germani dicunt, Gut macht muth / Muth macht vbermuth. ὀλέσῃ) ſ. prodeſt. Contrarium eſt verecundiæ eſſe præditum animo. Sententia huius loci eſt, pudeat te potius tua ignauia eſſe egentem, cum poßis bono animo & fidenti eſſe, Si velles diligenter laborare, vel, pudeat te per negligentiam & ignauiam manſiſſe inopem, cum poßis eſſe diues per diligentiam. Interpres declarat hunc locum ita, pudor, tibi aut tuus, facit ad inopiam, Audacia autem & conatus ad diuicias. h. e. pudeat te, ſi es ocioſus, & vitam degis moleſtam in paupertate. Sis vero audax & impudens ad diteſcendum, nulli parcens labori, qui modo facit ad opes comparandas. Sunt quidam, qui αἰχμὴν & αἰδῶ faciunt differentiam, αἰχλύω vocantes ignominiam factam propter turpia facinora, vt exempli gratia, poſt furtum capi aliquem, & conſtringi vinculis, tandemq; publice virgis cædi. αἰδῶ autem verecundiam & decoram ſubmißionem. Talem differentiam etiam faciunt inter θρᾶσον & θάρσος. θρᾶσος (inquiunt) eſt impudens, & non ad normam rationis reuocata temeritas. θάρσος autem audacia, quam ratio gubernat, & exiſtimant ἀνολεθρίω cum finali ν ſcribendum eſſe, cum cæteri ſcribant ſine ν.

χρήματα) Correctio eſt præcedentis verſus. Nam non vult quenquam ita impudentem eſſe, vt audeat aperte raptorem agere. Laudat igitur θεόσδοτα χρήματα, quæ Deus nobis confert, dum induſtrij ſumus, & manum cum Minerua ſimul mouemus. Ne-

inmem

minem enim ille dormitantem & oscitantem adiuuat. Imò odio prosequitur, vt superius dixit Poëta. Θεὸς δ' ὀτρύνει) Pudorem (inquit) habe ad paupertatem, Audax vero esto, & strenue subeas laborem, eumq; vrge alacriter ad accumulationem opum tuarum. Diuitiæ vero, quæ diuinitus dantur, multo sunt meliores & feliciores, quàm illæ, quæ iniuste & violenter contra voluntatem aliorum acquisieris. πόλλον ἀμείνων) Est veluti obiectio, Quid opus est laborare, tamen multi ditescunt, qui non laborant vtentes compendio quodam (sicut illa vetula dicebat, Kunst geht für gespünst, cum furabatur fila & nolebat laborare,) & qui norunt malis artibus quærere. Ad hanc obiectionem respondet Poëta, Honeste debes rem facere. Opes enim non debent esse raptæ, non quæsitæ malis artibus, non per fraudem & dolum, sed diuinitus datæ. Egregia sententia est & digna obseruatione, ponit laborē, & tamen dicit, opes debere diuinitus esse datas. Qua sententia significat, Deum esse datorē opū, sed per medium, quod ipse præcipit. Quidam enim fruuntur opibus honeste partis cum tranquillitate, & melius viuunt, quam diuites, qui malis artibus rem fecerunt. Hinc Cicero rectissimè dicit Philip. 2. Antonium inuasisse Cnei pompeij bona, quæ tanta fuerunt, quanta vix cogitari possunt, tamen intra paucos dies ita omnia esse consumpta, vt ne relicta sint vestigia illorum bonorū, ita quod est apud Poëtam nescio quem, Male parta male dilabūtur. Germani dicunt, Almusen geben armet nicht/Kirchen gehen seumet nicht

nicht / vnrecht gewunnen gut druhet nicht. Item, Vbel gewunnen / bös zurunnen.

ἅρπακτα) .i. pecuniæ seu opes non debent esse raptæ, seu iniuste partæ. Complectitur omnes modos parandæ rei familiaris. Explicat autem hunc locum, Non perueniunt ad tertium hæredem, quæ sunt malis artibus quæsita, sicut vulgo dici solet, Male quæsit, male perdit, Item, Male partum, male dilabitur. Sunt autem duplices artes quærendæ rei familiaris, Honestæ & malæ. Qui per malas artes rem facit, illius opes dilabuntur. βίᾳ) .s. per vim, vt raptores. χέρσι) .i. manibus & ex rapinis. Sunt enim duplices artes malæ, vis in manibus, & dolus in lingua. ἕλκται) ἁ λκίζομαι vel λκίσομαι .i. prædor, Inde λκιστὴς .i. prædo. ἀπὸ γλώσσης) .i. qui prædatur lingua seu mendacijs linguæ. ἀπὸ γλώσσης λκίζειν significat imponere malis artibus. Et hoc non tantum pertinet ad rabulas forenses, & hoc genus hominum, qui machinationibus consequuntur opes, sed etiam ad eos, qui malis impostoris aliquid consequuntur. λκίοσετ) .i. habet prædationem linguæ. Poëta adeo significanter loquitur, vt nihil supra, Lingua est officina fraudulentiæ & doli. Q. d. sic fit in mundo, vt alius ditescat rapinis & violentia, alius fraude, dolis, lingua, calumnijs & malis artibus. Eandem sententiam huius loci esse existimat Interpres Græcus, cum ait, Etiamsi quis acquirens aliqua bona manu aut per vim, iurauerit, aut fortasse nondum possidens illa, sed cupiditate quadam lucri & possessionis illorum iurauerit,

λκϊσάμενον pro αἰχμαλωτίσας τὸν ὅρκον τῇ γλώσσῃ. h. e. capiens iuramentum lingua, h. e. periurans, quemadmodum crebre accidit. & iusticiam fugat expellitq; impudentia, non tamen impune ferat, sed Dij talia cupientem & facitantem facile μαυρῶσι .i. obscurant & deturbant de sua dignitate & excellentia.

κέρδος) Est iterum egregius locus communis de cupiditate lucri, quæ in mundo solet obtinere priores partes. Verecundia autem posteriores partes. κέρδος dicitur cupiditas lucri. ἁρπατάω .i. decipio. κατοπάζῃ) .i. quando posthabetur verecundia, & præponitur impudentia, vel præcedit impudentia, & verecundia cogitur sequi post tergum. ῥεῖα) Argumentum à metu pœnæ diuinæ. Quando aliquis opes acquisiuit per malas artes, aut per violentiam, non sunt diuturnæ, weren nicht lange. Deus enim cito talem diuitem præcipitem agit, sicut est in sacris literis. Ego (inquit) videbam iniustum splendide elatum, & videbam eum florere & cum rursus præterirem, ibi non erat amplius. Tunc interrogabam, vbi est ille? vbi sunt illæ amplæ opes? vbi sunt eius liberi? R. Misere coguntur mendicare. Vbi sunt eius opes, quas ante annum habuit? R. ipse mortuus est, liberi perierunt, opes dissipatæ. κατοπάζω .i. opprimo. μιν) idest, eum, qui malis artibus rem facit. μαυρῶσι) .i. delent, obscurant, obliterant, tollunt è medio, attenuant, redigunt in nihilum. μαυρόω .i. attenuo pro ἀφανίζω, quod significat obscuro. μαῦρον dicitur

dicitur obscurum, quod vix videri potest, vel, tenebrosum, vt, ein finster kleines Stedtlein / das man nicht wol sehen kan / oder sihet.

ἀνέρι τῷ) hic quoq; occurrit Poëtæ tacitæ obiectioni. Fortasse enim Perses potuit dicere, Atqui videmus periuros & impudentes, atq; alios horum similes opibus abundare, & illis feliciter omnia succedere. Vt igitur hanc occupationem soluat Poëta, hæc subiungit, ἀλλὰ τὸ μοὺ μινύθει, h. e. sed illa felicitas non durat longo tempore, verum paulatim euanescit. οἶκοι) i. domus, familiæ, possessiones. μινύθουσι) pro ἐλαττοῦνται. h. e. decrescunt & pessum eunt res familiares atq; domesticæ tali viro h. e. propter iram atq; indignationem Dei contra se excitatam vndiquaq; conspicit suam domum ruinam minari, & tandem delabi. σαῦρον) i. ad exiguum tempus. Dixit σαῦρον pro τὸ ὀλίγον, ἀπὸ τῦ σάνω, σαύσω, τὸ σωτόμως σανόρθιον. i. quod non diu durat. sed breui momento cessat. Deductum est autem hoc nomen á sermone breui, qui breuiter enunciatus per linguam statim cessat & euanescit. Vide, quàm sint propriæ & graues sententiæ, non possunt ne cogitari quidem magis venustæ, aut magis propriæ sententiæ.

TEXTVS.

Ισον δ' ὸς ἰκέτλω, ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξῃ,
Ος τε κασιγνήτοιο ἑῦ ἀνὰ δέμνια βαίνοι,
Κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχῳ παραπαίριά ῥέζων,

Οστε τοῦ ἀφραδίης ἀλιταίνετ' ὀρφανὰ τέκνα,
Οστε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήρα ὀδῷ
Νεικείη, χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν,
Τῷ δή τοι ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται. ἐς δὲ τελευτὴν
Εργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβὴν.
Αλλὰ σὺ τῶν μὲν πάμπαν ἔεργ' ἀεσίφρονα θυμὸν,
Καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Αγνῶς καὶ καθαρὼς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν.
Αλλοτε δὴ σπονδῇσι θυέσσι τε ἱλάσκεσθαι,
Η μὲν ὅτ' εὐνάζῃ, καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ,
Ως κέ τοι ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν,
Οφρ' ἄλλων ὠνῇ κλῆρον, μὴ τὸν τεὸν ἄλλος.
Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἔχθρὸν ἐᾶσαι
Τὸν δε μάλιστα καλεῖν, ὅς τις σέθεν ἐγγύθι ναίει.
Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.
Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
Εμμορέτοι τιμῆς ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι

Αὐτῷ

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι,
Ως ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.

VERSIO.

Par est delictum, qui supplicem, quiq; hospitem malo affecerit,
Quiq; fratris sui ascenderit cubilia,
Clandestini lecti coniugis inhonesta faciens,
Quiq; alicuius per stultitiam lædit orphanos liberos,
Quiq; parentem senem malo in senectutis limine
Conuitiatus fuerit, duris inuadens verbis.
Huic sanè Iuppiter ipse irascitur. Tandem autem
Factis pro iniustis grauem addit pœnam.
Verum tu ab his quidem prorsus arce stultum animũ.
Quantum potes autem fac sacra immortalibus Dijs
Caste & pure, Adure autem pinguia feruora,
Interdum vero libationibus, sacrificijsq; placa Deos
Et quando cubitum ieris, & quando lumen sacrum venerit
Vt tibi placatum cor & animum habeant,
Vtq; aliorum consequaris hæreditatẽ, non tuam alius.
Amicum ad conuiuium voca, qui prope te habitat.
Si enim tibi & negotium domesticũ aliud extiterit,
Vicini nõ cincti accurrunt, cinguntur autem affines,
Malum .s. est malus vicinus, quantum bonus magnum commodum,
Sortitus est honorem, qui nactus est vicinum bonum,
Neq; bos sanè poterit perire, nisi vicinus malus fuerit.
Bonam mensuram quidem accommodato accipias à vicino, Rectaq; reddas
Eadem mensura, & plus, si poteris,
Vt indigens & in posterum promptum inuenias.

VALLA.

Nec minus omnipotens pœnis affligit eisdem
Qui seruum offendit, vel qui sanctissima frangit
Fœdera amicitiæ, seu qui cum coniuge fratris
Non pauet infandos coitus fraternus adulter.
Vel qui in pupillos audet vim ferre nefandam,
Vel qui in longæua confectum ætate parentem
Horribili voce insurgit, vixq; abstinet illi
Verbera, non impune tamen stat pœna nocenti
Post obitum. Depone igitur tam falsa superbæ
Mentis consilia, & melioribus vtere quæso.
Thure pio venerare Deos, ijs tempore in omni
Et munde & pure liba cum clara nitescet
Sole dies, aut cum nox circumfusa tenebris
Abscondit terras. Casto torrenda sub igne
Hostia mactetur, hymnos cane, thura ministra,
Vt tibi Dij faueant, immensaq; copia rerum
Hinc tibi nascatur, multis vt egentibus ipse
Subuenias, non vt viuas germane rapina.
Conuiuas inter se vis discumbere amicus,
Non hostis, veniat primum vicinia: Nam si
Aduersi quicquam acciderit de morte repente
Primum illa occurret, quæ si sine vestibus esset
Nuda etiam veniet, quod nec tibi sanguine iunctus
Non aget, iste sibi vestes atq; omnia ponet,
Improba damnosa est vicinia, sed proba si sit,
Vtilis. Hæc igitur cupienda est pectore toto
Tanquam laudis opus: neq; enim lamenta refundes,
Amississe bouem, proba si vicinia tecum est.
Acceptum metire & eodem pondere redde.
Vicino tibi, vt hic iterum succurrat egenti.

FRISI-

FRISIVS.

Par scelus hic, à quo supplex & læditur hospes,
Patrat, & ingreditur quicunq; cubilia fratris,
Vxorem maculans, & sancta cubilia stupro.
Peccat & is, qui lædit vtroq; parente carentes,
Quiq; senectutis supremo in limine stantem
Haud timet immiti sermone offendere patrem,
Hunc pater ipse Deum Saturnius odit, & illi
Factis pro iniustis tandem mala digna rependit.
Sed nunquam Perse tu quicquam feceris horum,
At pro virili superis Dijs fac sacra, pure
Mundeq;, & pingues coxas adoleto sub aris,
Nunc vini pateris, nunc placa thuris odore,
Solis ad occasum facies, & solis ad ortum,
Vt tibi perpetuo fausti sint atq; fauentes,
Vtq; iuuare queas alios, non te iuuet alter,
Hoste tuo, ad cœnam tui amantem accerse, relicto,
Hunc tamen ante omnes, paries quem separat vnus
Abs te: si qua etenim tibi res peragenda domi sit,
Discincti vicini aderunt, cingentur amici
Damnum vicinus malus, auxilium bonus ingens,
Atq; bonum nactus vicinum, est nactus honorem,
Nec res, vicinus ni sit malus, vlla peribit.
A vicino aliquid capias si mutuo, eadem
Mensura, ac non si possis sine fœnore redde,
Indigus vt rursum nullam patiare repulsam.

DISPOSITIO.

Ἰσον) Hoc loco recensentur generales quædam sententiæ, quibus Poëta monet homines ad colendam

iusticiam & confert quædam facta, quæ quia sunt scelerata, dicit authores facinorum daturos esse pœnas. Et qui ea perpatrant, perinde est, ac si hospitem violarent & supplicem læderent. Ita totum poëma nihil est aliud, quàm Decalogus, & non tantum argumentatur, nos fore tutos ab omnibus malis, si illa præcepta seruauerimus, Sed addit etiam argumentum à religione, futurum est, vt Deus conatus nostros fortunet. Videmus enim omnia facinora grauissime puniri. Et quanquam diuina prouidentia tarda est ad vindictam, tamen tarditatem grauitate recompenset. Postquam hactenus dixit, quod Deus periuris & violentis soleat pœnam & ruinam famæ infligere atq; irrogare, & quod breui tempore felicitas illorum duret, soluit iam aliam obiectionem, quam Perses inferre fortassis potuit, se videlicet non esse periurum. Ad hanc igitur respondens inquit, Ille æquale periurio peccatum committit, quicunq; supplicem & amicum aut extraneum quoq; lædit & violat.

EXPLICATIO
TEXTVS.

I.

PRIMVM PRÆCEPTVM,
De non violando supplice.

Enumerat iam flagitia, quæ pari pœna à Deo puniuntur, suntq; duo præcepta in vno versu comprehensa.

hensa. ἴσον) .i. æquale, perinde, par est, conueniunt, es gilt eins eben so viel als das ander, pariter Dij puniunt eum, vel, pari modo .s. punitur diuinitus ille. Quia hæ sententiæ sunt attexendæ superiori. κακὸν ἔρξει) .i. qui malo affecerit, á ἔρζω, In futuro ἐρέξω, & per metathesin, ἔρξω. Transitiua oratio sic loquitur, Qui supplicem malum facit, pro eo, quod nos dicimus, qui iniuria afficit supplicem. ἱκέτιν) Iuris gentium est parcere supplici, illumq; summo studio defendere. Sic Aeneas parcebat Turno supplici. Sed postquam vidit baltheum Palantis sui amici, cæpit recrudescere vulnus, quod iam consenuisse videbatur, & occidit eum. Ita fuit quoddam fœdus religiosum erga supplices. Ipsi enim crediderunt Deum grauiter offendi, si quis lædat supplicem etiam hostem, aut sontem.

Hæc religio seu hoc statutum haud dubie petitum est á sanctis patribus de parcendo supplicibus & petentibus veniam, & hæc doctrina hæsit procul dubio in Ecclesia sanctorum patrum. Tradita autem est diuinitus & propagata ac conseruata, ignoscendum esse petentibus veniam, vtut peccauerunt & læserunt. Ex illa doctrina promanauit ista religio, seu istud ius religiosum erga supplices, Ideoq; Iouem fecerunt vltorem iniuriarum, quibus afficerentur supplices. Est valde venusta fabula apud Euripidem, ἱκέτιδες, hoc est, mulieres supplices, quæ petunt auxilium ab Atheniensibus.

II.

SECVNDVM PRÆCEPTVM, De non lædendo hospite.

ὅσε ξεῖνον) *Secundum præceptum est de non lædendis hospitibus. Quanti enim fecerint veteres ius hospitij, quamq; habuerint sacrosactum, videre est in omnibus tam Græcorum, quàm Latinorum historijs. Nam ea religione obseruarunt ius hospitij, vt non liceret hospiti aduersus hospitem suum, ad quem diuertere solitus erat, in acie dimicare, nisi prius renunciato hospitij iure. Nota est historia Liuij de Campano illo & Romano milite. Ita gentes statuerunt hospites neutiquam esse lædendos, Nausicaa puella apud Homerum Odyss. ζ. dicit, quantopere Iuppiter curet hospites & supplices, cum ait,* πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε Δόσις δ' ὀλίγη φίλη τε. *h. e. Ab Ioue nam supplex pauper procedit & hospes Res breuis, at chara est, magni quoq; muneris instar. Inde* ξένιος *dictus est Iuppiter, quod in eius tutela sint hospites, vnde est illud Virgilij, Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur) &c.*

III.

TERTIVM PRÆCEPTVM, Abstinendum esse à fratris vxore.

ὅσε)

ὅσε) Tertium præceptum est, vitandas esse incestas libidines, propterea quod Deus eas corporalibus & æternis pœnis soleat punire. Præcepta sunt, Non mœchaberis. Deut. 25. Maledictus, qui dormit cum vxore proximi Et 1. Corinth. 6. dicitur, Nolite errare, scortatores & adulteri non possidebunt regnũ Dei Galat. 5. Qui talia faciunt, regnum Dei non possidebunt. Hæc præcepta in sacris literis tradita non sunt contemnenda. Quia non dubium est, quin sit veritas, quod non sint membra Christi, perseuerantes in adulterijs & alijs prohibitis libidinibus. Deinde pœnæ etiam sunt considerandæ. Omnes enim scortatores, qui non conuertuntur, ruent in æternas pœnas. Sed tamen addenda est etiam doctrina de pœnis in hac vita. Non debemus dubitare, quin Deus etiam in hac vita puniat adulteria, & alias prohibitas libidines, pœnis corporalibus & animæ plagis. Ideo scriptum est Hebr. 13. Scortatores & adulteros iudicabit Deus, scilicet, & in hac vita & post hanc vitam, si non fiat conuersio.

Iam videamus exempla pœnarum in hac vita. 1. Inter causas diluuij recitatur hoc peccatum, quod homines præcipui in Ecclesia cœperint vagas libidines exercere, allerley vnzucht treiben. 2 Postea Sodoma & aliæ vrbes funditus delentur. Et quidem ipse filius Dei est in illo itinere apud Abraham & fit executor huius pœnæ sua manu, vt ostendat, quod valde irascatur talibus turpitudinibus. 3. Numeri 25. iubet Deus suspendi multos principes propter stupra-

tas Moabi-

tas Moabitidas. 4. Fere tota tribus Beniamin deleta est, propterea quod quidam nebulones compressérant Leuitæ vxorem. 5. Dauid pellitur ex regno a filio, & filius violat vxores patris, quæ calamitas pœna fuit adulterij Dauidis. 6. Ieremias inter causas exilij Babylonici recitat adulteria. Sic & alij Prophetæ sæpe de pœnis adulteriorum loquuntur.

7. Historiæ omnium gentium plenæ sunt exemplis. Troia destructa est propter raptum Helenæ, & tales historiæ valde multæ sunt. 8. Consideremus etiam quotidiana. Videmus multas, magnas, & paruas familias interire, propter libidines. Et non dubitemus, quin Deus talia scelera etiam in hac vita seuere puniat corporalibus pœnis. 9. Præter pœnas corporales sunt & pœnæ spirituales. Paulus ad Ephesios 4. dicit, Contaminatos vagis libidinibus puniri cæcitate, indolentia, & impœnitentia (mit blindheit vnd verstockung) h. e. fiunt cæci multiplicibus furoribus opinionum, & alijs. Et sunt sine vllo dolore de peccatis, & sine vlla pœnitentia, sed securi quærunt voluptates obscœnas, & peccata peccatis cumulant, donec tandem ruant in æternum exitium.

Talis est vita Pontificum, Canonicorum, multorum impiorum. Videmus Canonicos esse cæcos, sunt Epicuræi, nec volunt audire, nec intelligere Euangelium. Postea ita pergunt in suis peccatis, idolatrijs, & libidinibus, donec prorsus ruant in pœnas æternas. Cogitemus etiam, quam miserum sit viuere ita in scortatione, vel adulterijs, vt scias tibi Deum irasci & non

possi

poßis eum inuocare & nec auxilium, nec defensionem à Deo petere & te esse mancipium Diaboli. Talis vita est miserrima.

Sententia autem Hesiodi præcipit, non esse adulterium committendum cum vxore fratris, cum non tantum sit contra ius scriptum, sed etiam contra ius gentium & naturæ. Hinc rectißime ait Hermione apud Euripidem, τοιοῦτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος, Πατήρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυτι, κόρητ' ἀδελφῷ. Deinde & fratris vxor prohibetur Leuit. cap. 18. Nuditatem vxoris fratris tui non reteges, Quia est nuditas fratris tui. Exemplum videre est in Herode Antipe habente secum vxorem Philippi fratris sui viuentis. Marc. 6.

ὅστε) .s. ad eundem modum punitur is, qui. ἀναβαίνοι) .s. ascendit. h. e. qui contaminauerit lectum fratris. τμῆσις hoc loco est. δέμνια) á δέω .i. ligo, vincio. Inde δέμνια dicuntur ligamenta, quibus aliquis se inuoluit, quando cubat, aut dormit. h. e. lecti. κασιγνήτοιο) pro κασιγνήτου, Ionice. ἑοῦ) pro, σοῦ. ῥέζων) .s. faciens, perpatrans, á ῥέζω. πρακαίρια) .i. intempestiua, importuna, inhonesta, flagitiosa, vel infausta facinora, á καίρος .i. opportunitas temporis. κρυπταδίης εὐνῆς) .i. occulti concubitus. εὐνὴ enim significat cubile. Interdum pro nuptijs capitur, aliquando etiam pro anchora. ἀλόχου) .i. vxoris, vel, erga vxorem ipsius. Sic autem construitur hæc sententia, ὅστις δὲ ἀντιβαίνει διὰ κριπταδίης εὐνῆς, ἀνὰ τὰ δέμνια τῆς ἀλόχου τοῦ ἑοῦ κασιγνήτου,

τȣ, πρακαίρια ῥέζων. h. e. quicunq; adulterium committit cum vxore fratris sui.

IIII.

QVARTVM PRÆCEPTVM, Non esse lædendos pueros & orphanos.

ὅστε τȣ) Quartum præceptum plenissimum humanitatis docet non lædendos esse pueros & orphanos. Sacra enim scriptura grauissimum supplicium minatur ijs, qui pueros lædunt, aut interficiunt. Tanto enim sunt crudeliores homicidæ in conspectu Dei, quanto ea ætas coram hominibus innocentior, & iniuriæ magis obnoxia est. Scribunt quidam leoni tantam inesse clementiam, vt etiam vbi fremat, infanti tamen parcat, nec in hos sæuiat, nisi maxima fame. Quare qui infantes interficiunt, existimandi sunt non humanum tantum sensum exuisse, sed etiam feritate immanissimas bestias superare.

Cum autem Hesiodus prohibeat iniuriam inferre orphanis, alludit ad legem, quæ extat Exodi 22. Viduam & pupillum non affliges. Rationes autem, quibus deterreri debemus, ostendit sacra scriptura. Prima est, sunt nostri proximi, Igitur illos diligere debemus perinde atq; nos ipsos. Secunda, Natura nos monet, vt eis faueamus, qui sustinent ea pericula, quibus nos aut perfuncti sumus, aut obrui possumus.

Tertia

Tertia est, si affliguntur, habent Deum vindicem. Ergo liberi, qui destituuntur parentibus, non sunt lædendi. Quia habent immediate Deum patrem, patronum, tutorem, defensorem.

τῳ) pro τίνῳ, Dorica Dialecto, capitur infinite, pro alicuius. ἀλιτροσύνεται) .i. grauiter lædit, aut graui iniuria afficit. ὀρφανα) .i. orphanos liberos. ἀφραδίης) .i. ex temeritate, seu petulantia. Quia orphani sunt destituti ope, & patrocinio parentum, Ideo sunt expositi iniurijs, propterea quod pro desertis habentur. Etsi autem sunt deserti & habentur pro desertis, tamen Deus statim eis præsto adest, & adiuuat eos, punicns lædentes. τέκνα) Quia illa ætas per se obnoxia est multis malis. Sensus est, Quicunq; iniurijs afficit orphanos.

V.

QVINTVM PRÆCEPTVM, Parentes non esse afficiendos contumelia & probris.

Sequitur quintum præceptum, Non esse duriorib⁹ verbis accipiendos & tractandos parentes. Quid enim est miserabilius, quam si parens exegit curriculum vitæ suæ, & habet alterum pedem (vt dici solet) in cymba Charontis, h.e. in extrema meta vitæ, et suos liberos maxima sollicitudine educauit, & tandem hoc illum expectare oportet, vt à suis liberis in senectute male

male tractetur, seu iniurijs afficiatur. Deus autem sumit grauißimas pœnas de illis, qui ledunt parentes, siue factis, siue verbis. Sciamus enim comminationem licet ab Ethnico Poëta positam hoc loco, nempe, Iouem pro iniustis factis asperam retributionem recompensaturum, non esse inanem vocem, sed à sanctis patribus acceptam, Imò verum Dei esse oracultum, cui respondet euentus. Nam, etsi Ecclesia est subiecta cruci, & causæ magnæ in sacris literis recensentur huius mirandi consilij DEI, *tamen in gubernatione politica* DEVS *est custos disciplinæ, ac atrocia scelera sine vlla dubitatione corporalibus pœnis punit, vt videmus homicidas etiam cum latuerunt ac euasisse iudicia putantur, tamen mirabiliter ad supplicium retrahi.*

Hæc manifesta experientia fateri coëgit Ethnicos saniores, Deo curæ esse hominum facta, displicere Deo iniustam crudelitatem, & puniri eam diuinitus. Idem indicatum est de periurio, & de incestis libidinibus & de his, qui parentes contumelijs affecerunt, ac hodie vsitate prouerbio dicitur Tragico genere mortis moriturum esse, qui parentes contumelia afficit. Vt igitur promißiones & comminationes superioribus præceptis à Poëta traditis etiam in sacra scriptura adduntur, vt ad fidem & timorem Dei excusitemur, Ita & in officijs huius præcepti de non lædendis parentibus, Deum intueamur mandantem & adprobantem hæc officia, & vindicem contumaciæ. Multos ignaros Dei, ipsa tamen naturæ bonitas, vt foueant liberos,

sin

sint officiosi erga parentes & cognatos, iuuent communem societatem ciuium. Ac nisi hanc virtutem & σόφγλιν Deus in natura hominum foueret, nulla esset politia.

Sed nos, qui doctrinam cœlestem audimus, scimus non solum hac naturali inclinatione hæc officia præstanda esse, sed accedere oportere timorem DEI, qui impellat, vt perpetuo & ardenter ea præstemus hoc consilio, vt DEO nostram obedientiam declaremus. Colligamus ergo sententias & exempla, quæ ostendunt pœnas huius vitæ, quæ impendent his, qui sunt contumelioſi in parentes ac maiores. Exemplo est Cham filius Nohæ, qui quod parentem suum Noham derisui habuisset, maledictus est vna cum tota sua posteritate. Genes. 19. Item 2. Reg. 18. Absalon fuit seditiosus aduersus parentem suum Dauid & pependit. Et 4. Reg. 2. pueri deriserunt prophetam Elisæum, & dixerunt, Ascende calue, ascende calue, &c. Itaq; duo vrsi discerpserunt quadraginta duos pueros. Quo miraculo Deus perspicue testificatus est seueritatem iræ suæ aduersus contemptores parentum & seniorum. De Simoisio Homerus recitat, quod vita breuior ipsi fuerit, propterea quod non debita præmia pro vita & victu parentibus reddiderit. Extant & leges de liberis conuitiatoribus & percussoribus parentum. Exod. 21. Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur. Et, Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Et Salomon inquit, Qui subsannat parentes, eius oculos corui excindent. Ro-

manis legibus parricida insuebatur culeo & addebantur simia, canis, gallus gallinaceus & vipera, & in proximum flumen proijciebatur, vt constituto inter has ferarum angustias aër & terra eriperetur, cum vitam ipsi, à quo eam habebat, eripuisset.

Nec tamen satis est de pœnis corporalibus concionari, sed addenda est doctrina de æternis pœnis, quæ grauiores & horribiliores sunt & procul dubio manent eos liberos, qui sunt erga parentes suos ingrati, contumelioſi & impij, nec agunt pœnitentiam. Nam & Paulus ad Romanos cap. 1. recenset non solum immorigeros parentibus inter eos, qui dati sunt in reprobam mentem, & digni æterna morte, sed vtrasq; pœnas, corporales & æternas complectitur, cum ait Rom. 13. Necesse est obedire non solum propter iram, h. e. pœnas, sed etiam propter conscientiam. Testatur pollui conscientiam contumacia, hoc est, excuti gratiam, spiritum sanctum, & fidem, & amitti hæreditatem æternæ salutis, ac fieri reumirae Dei, ac ruere in æternas pœnas, nisi lapsus iterum ad Deum conuersus fuerit, Polluta conscientia est à Deo auulsa, non inuocat, sed fugit Deum. Quid potuit igitur à Paulo tristius hoc loco dici? Quæ est maior miseria, quam esse auulsum à Deo, non inuocare Deum, non regi, non iuuari à Deo, ac denique ruere in æternum exitium.

Harum pœnarum metus in animis iuuenum & imperitorum excitandus est, vt hoc quasi freno regantur & temerarios impetus coherceant, assuefaciant se

ad amam

ad amandam, tuendamq; disciplinam, sint morigeri parentibus, obtemperent politico ordini, nec dubitent diuinitus puniri petulantiam, & disciplinæ contemptum. Dixi hactenus de pœnis. Quia magis mouentur animi mentione pœnarum, & quædam incurrunt in oculos, vt infortunium, calamitas, vastatio familiæ & domus, Rerumpub. turbatio, Ecclesiæ dilaceratio, ac multa alia huiusmodi.

Conferatur & doctrina de premijs, quæ in hos, qui hoc præceptum de honorandis parentibus seruant, conferuntur. Etsi enim nullum est humanum opus, quod dignitate sua mereatur diuina beneficia, Deus tamen tam beneficus & liberalis est, vt etiam immeritis & indignis obedientiam suam aliquo saltem modo declarantibus, sua premia largiatur. Sic ergo dicit Lex, Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus daturus est tibi. Vides hic promitti his qui honorant parentes, longæuitatem. Hoc idem repetit Paulus ad Ephes. 6. Honora (inquit) patrem & matrem, quod est præceptum primum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.

Sciendum autem est honorem, qui parentibus debetur, hæc ordine complecti. 1. Vt agnoscant liberi eximium donum diuinum esse, habere parentes superstites. Multi, si possint, defunctos parentes suos vnguibus ex sepulchris effoderent. 2. Vt cogitent totum ordinem coniugalem, œconomiam, & politicum, esse Dei institutionem. 3. Vt Deo gratias agant, & orent

pro hoc ordine. 4. Vt reuerentiam, obedientiam, candorem. ὠλεικείαν in tolerandis næuis & infirmitatibus probent parentibus, sicut Ecclesiasticus cap. 3. docet, cum ait, In opere & sermone & omni patientia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à DEO, & benedictio in nouißimo maneat.

Honos igitur, qui in opere consistit, est, vt illorum inopiam subleuemus, eos tueamur, iuuemus, ægrotos & senes sustentemus, rursus foueamus, & omnibus debitis officijs prosequamur, Breuiter, vt considerantes ipsorum erga nos summa & innumerabilia officia, cogitemus nos lege naturæ ad similia officia parentibus obligatos, sicuti prouerbium ἀντιπελαργεῖν & ciconiarum lex ab Aristophane in Auibus recitata monet, Δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Deinde honos, qui consistit in sermone, est, vt honorifice de eis sentiamus, & loquamur, abstineamus à contumelijs & conuicijs, sicut in Mose præcipitur, Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Item ne fastidiamus aut cõtemnamus ipsorum monita, filius enim sapiens (vt prouerb. 13. scriptum est) audit castigationem patris, Qui autem irrisor est, non audit, cum arguitur. Et cap. 23. Audi patrẽ tuum, qui genuit te, & ne contemnas, cum senuerit mater tua.

Postremo parentum honos consistit quoq; in tolerantia, vt eorum morbos, asperitatem, morositatem, & alia incommoda, quæ senectus secum affert, toleranter feramus & cogitemus, quam multa mala, labores,

bores, vigilias, curas, miserias, & ærumnas nostra causa in partu & educatione multos annos sustinuerint, vt & nos si quid ab illis est molestiarum, patienter propter Deum toleremus, sicut inquit Ecclesiasticus, Fili suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius, & si defecerit sensu veniam da, & ne spernas eum in virtute tua.

Moueant autem liberos, vt parentibus debitam obedientiam præstent & probent. PRIMO mandatum Dei, Honora patrem & matrem. Item Ephe. 6. Filij obedite parentibus. Paulus enim ostendit sic diuinitus constitutum & ordinatum, vt post Deum summa obedientia, & præcipuus honos à liberis præstandus sit parentibus. Quia enim diuina ordinatio est, vt liberi ex parentibus procreentur, & magnis doloribus matrum procreati, & in hanc lucem editi, parentum cura, labore, vigilijs & plurimis molestijs alantur, & defendantur, vult DEVS liberos hæc parentum summa beneficia agnoscere, & post se primum & summum honorem parentibus exhiberi.

SECVNDO moueant eos exempla filiæ Cymonis, quæ patrem fame necandum, vberibus suis aluit 2. Duorum iuuenum Cataræorum, qui parentes ex incendio humeris suis asportarunt, vt Virgilius refert,

Illis diuitiæ solæ, materq; paterq;,
Et merito pietas homini tutissima virtus,
Erubuere pios iuuenes attingere flammæ,
Et quacunq; ferunt illi vestigia cedunt.

TERTIO, moueant eos præmia & pœnæ. Pro-

missiones præmiorum sunt, vt benefit tibi, & sis longæuus super terram. Certissimum & verissimum est, sicuti etiam experientia testatur, & vt sonat promissio, opera huius præcepti compensari bonis huius vitæ, & inobedientiam etiam puniri in hac vita, id quod & superiorum temporum, & omnium ætatum exempla docent. Videmus regulare esse, sicuti etiam prouerbia, quæ ab experientia sumuntur, testantur, frui eos huius vitæ commodis, & esse felices, qui obedientiam parentibus, præceptoribus, & magistratibus præstant, vnde apud Græcos prouerbialis extat versiculus,

ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονῆς,
Pascens senes parentes, feliciter viues.

Ecclesiastici 3. Non peribit memoria beneficij, quod patri exhibueris. i. e. abunde compensabitur. Item, Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore. Euripides eleganter de obedientia erga parentes sic scribit, Quisquis sua parentes in vita colit, Hic viuus & defunctus est charus Deo, Sem & Iaphet honorantes patrem Nohæ, benedicuntur, Cham ludibrio patrem habens subijcitur maledictioni. Ita horribiliter puniuntur Absalon, Filij Heli, & multi alij quotidie omnibus ætatibus, qui erga parentes impij sunt. Idem iudicandum est de duobus fratribus in vna familia, Esau & Iacob. Hæc de quarto præcepto quasi parerga adieci, vt iuuentus excitetur ad diligentius considerandam comminationem hoc loco factam ijs qui ledunt parentes. Iam consideremus explicationem textus.

νεικείῃ) .i. conuitiatus fuerit, dixerit conuitia, obiurgat, increpat, ἀ νεικέω .i. obiurgo, νεῖκος .i. contentio, φιλονεικὸς .i. contentiosus, vel, qui amat contentiones. φιλονεικία .i. studium contendendi, sicut quidam homines sunt natura contentiosi. Est autem valde odiosum vicium in homine. γουνὸν) Ionice pro γόνεα. Nomine autem parentis synecdochice significantur præceptores, tutores, patresfamilias, ministri verbi, magistratus. ἐπὶ γήραος οὐδοῦ) .i. in limine senectæ, pro, in extrema senecta. Hanc Græcam phrasin imitati sunt quoq; latini Poëtæ. Dixit οὐδὸν pro τῇ φλοιᾷ, periphrastice senectutem intelligens. Dixit autem æquale esse peccatum, hæc omnia perpetrare, hoc est, simile, ἴσον ponens pro ὅμοιον, siquidem omnia peccata similiter dicuntur, hoc est, vnum tam sit peccatum, quam alterum. Non igitur ἴσον posuit pro ἰσόμετρον, quasi aliud peccatum alio non esset maius. Antiqui enim τὸ ἴσον dixerunt ἀντὶ τοῦ ὅμοιον. χαλεποῖσι) .i. duris, molestis, tristibus, vel, acerbo sermone. καθαπτόμενος) .i. perstringens, offendens, inuadens, incessens, mordens. τῷ) .i. qui inclementer tractat suos parentes. ἀγαίεται) .i. succenset, indignatur. ἐς τελευτὴν) .i. tandem, vel, ad finem. χαλεπὴν) .i. difficilem, duram, grauem, molestam. ἀμοιβὴν) .i. compensationem, retaliationem, pœnam, vindictam, vorgeltung / ab ἀμοιβέω .i. retribuo. Q. d. dignas rependit pœnas pro talibus flagitijs.

VI.

SEXTVM PRÆCEPTVM.

Deo esse facienda sacra.

ἀλλὰ σὺ τῶν μὴν) Hactenus tradidit Poëta præcepta de venerandis supplicibus & hospitibus, de vitandis incestis libidinibus, de non ledendis orphanis, de colendis parentibus, Iam sequitur aliud præceptum de colendo DEO pro nostris facultatibus. Illa autem sacrificia pertinebant ad sustentandos sacerdotes, aut illos cœtus, quos apud se habebant sacerdotes, penes quos erat doctrina religionis, qua nam ratione sint colendi Dij, & hoc loco claudit quinq; præcedentia præcepta. Vulgares autem libelli recitant tria opera sabbathi, Interesse ceremonijs publicis, precationem, & oblationem. Cum enim conueniebat Ecclesia, singuli offerebant aliquod munus. Ex hac collatione primum aliqua pars ministris dabatur. Reliqua distribuebatur pauperibus. Hunc morem fuisse & historiæ & veteres Canones & multa vestigia testantur. Inde enim & appellationes quædam factæ videntur, vt Missa, quod Hebræis significat tributum seu collationem. Et ἀγάπη significabat Eleemosynas & hoc nomine interdum pro ipsa synaxi abusi sunt, Quia ibi eleemosynæ distribuebantur.

Manauit autem exemplum à populo Israël. Nam sacrificaturi offerebant victimam, & partem dabant sacerdotibus, Idcoq; scriptum est, Non apparebis va-

cuus

euus coram me. Recte igitur numeretur oblatio inter opera sabbathi. Sed collationis finis immediatus & proprius sit primum, vt ministros iuuemus. Deinde vt pauperibus opitulemur. Talis oblatio hoc fine facta placet DEO. Cæterum superstitiosa opinio in oblationibus improbanda est, qualis fuit Ethnicorum & multorum nostris temporibus, quæ ingentia donaria attulerunt in templa, non hoc fine, vt ministros iuuarent, aut pauperes, sed quia sentiebant DEO placere hoc ipsum opus, tanquam cultum & honorem peculiarem, & mereri se gratiam hoc opere, sicut hac impia opinione etiam Iudæi cumulabant sacrificia. Quare reprehendit Psalmus 49. has superstitiosas oblationes.

ἀλλὰ σὺ) Egregium præceptum est de colendo Deo. Q. d. vesperi & mane debes sacrificare, Nec est, quod velis victimis placare Iouem, opus est, vt sis probus, & iustus. πάμπαν) .i. prorsum, vel, in vniuersum. ἔεργε) .i. arce ab his facinoribus, vel, sis tu alienus à talibus flagitijs, vel, Tu omnino à talibus delictis arceas & abducas animum. ἀεσιφρονα) .i. obuolutum & stulta cogitantem, vel nocendi cupidum. Pulchrum est epitheton depingens humani animi prauitatem in vlciscendis iniurijs. καδδύναμιν) pro, κατὰ τὸ δύνατόν σοι. h. e. secundum potentiam, vires, & facultates tuas, pro virili tua, & in quantum potes. Dixit καδδύναμιν pro κατὰ δύναμιν. Primum è præpositione α abijcitur, Deinde τ mutatur in δ. Explicat hunc versum in Apobthegmatis.

ἔρδειν) pro ἔρδε vel ἔρδειν δεῖ, Tritum est Hesiodo infinitiuum ponere pro imperatiuo. ἁγνῶς) i. pie & sancte, Proprie dicitur de mulieribus & virginibus incorruptis. Interpres vero existimat ἁγνῶς intelligendum esse de animo, καθαρῶς vero, h. e. pure, impollute, de corpore. Adhæc ἔρδε exponit pro θύε, h. e. facias & offeras θεοῖσιν, h. e. animalibus potentijs, nimirum, quantum potes, habe in pectore, & effectioni mandes optima & pulcherrima. Aut intelligit per θεοὺς elementa & astra. Quod autem dicat, tale sit, pro viribus omnia suo tempore facias, quæ decet te facere, In vere quæ tunc oportet & æstate, & reliquis anni temporibus similiter. Conueniunt enim etiam anni tempora cum qualitatibus elementorum. Considera autem etiam præcipuas stellas, præsides temporum, quantum potes. Multum enim, imò plurimum valent astra, non tantum vt agricultura & plantandi studium atq; mercatura bene cedat, sed breuiter, ad omnia, quæ fiunt in vita, maximi sunt momenti.

ὠλοκαίειν) Adurere dixit pro adure. Fuit autem consuetudo mactare victimas, & deinde aliquam partem victimarum combusserunt & sacrificarunt. Planè autem apparet hunc morem acceptum esse à sanctis patribus, & proculdubio Poëta alludens ad hunc morem dicit Ioui sacrificium non placere, nisi cor sit pium, & à prauis cupiditatibus alienum. Vide de hac consuetudine comburendi hostias librum primum Iliados Homeri, & Plutarchum in vita Augusti. ἀγλαὰ μηρία) s. femora pinguia seu splendida, scilicet,

propter

propter ignem. Historica interpretatio non est obscura, quod videlicet coxæ siue femora solebant præcipuis Dijs cremari. Allegorice autem, per illa significarunt, se suas actiones, suaq; cæpta, & animi cogitata Deo commendare, vt auspicata & fausta fiant, felicemq; euentum ac finem sortiantur. Quod & nunc significat Poëta, dum inquit, Moderare vitæ tuæ cursum & omnes conatus tuos ad normam diuinæ mentis, vt sint auspicata & prospera, quæcunq; agis. Hæc interpres. σπονδήσαι) pro σπονδαίως ἀ σπένδω, h. e. libo seu leuiter degusto. Solebant enim primum pocula leuiter degustare in honorem Deorum, sicut Aeneas faciebat apud Virgilium lib. 1. Aen. cum ad Didonem primum peruenerat,

Dixit, & in mensa laticum libauit honorem
Primaq; libato summo tenus attigit ore.

σπένδειν significat libare, Inde σπονδή .i. libatio, significat per συνεκδοχὴν etiam fœdus, propterea quod in fœdere iciendo solebant litare, Item ἄσπονδος .i. fœdifragus, vel, sine fide & ἄσπονδος πόλεμος .i. bellum atrox & irreconciliabile. σπονδεῖον .i. calix seu vas libaminibus dicatum. ἱλάσκεσθαι) Infinitiuus ponitur pro imperatiuo. θύεσι) .i. thuris odore. Pertinet enim proprie ad nidorem, ἀ θύω .i. sacrificio, immolo. Apud Aristophanem & Isocratem εὐαγγέλια θύειν significat sacrificium, quod fiebat, cum res bonæ & feliciter gestæ nunciabantur, h. e. Opffer / welche sie geopffert haben / wenn eine gute botschafft kam vom siege vnd glück.

glück. *Interpres Græcus facit differentiam inter* σπονδὴν *&* θύον. σπονδὴ *(inquiens) dicitur libatio, quæ fuit, quando in sacris fundebatur & offerebatur vinum.* θῦον *autem suffitus est & aroma, odorem gratum excitans. Tale autem quippiam dicit, Nunc igitur ita instrue vitam tuam, vt te docui, tibiq; modum præscripsi, cohortans vt omnia decenter facias, vtq; sis solutus curis & lætus, nec ijs molestiam exhibeas, qui id minime meriti sunt. Pro animo autem nunc dicit libationem. Vinum enim tenebras offundit menti, eamq; de gradu deijcit, aliquando etiam animum stimulat, quemadmodum de primo Hipponax inquit,*

ὀλίγα φρονέουσιν, οἱ χάλιν πεπωκότες

Non multum sapiunt, qui merum ingurgitant.

Et Melanthius Tragicus de animo,

πρόσθ' τὰ δ' ἐνὰ, τὰς φρένας μετοικίσας

Committit dura, transferens mentes alio.

Sic igitur σπονδὴν *posuit pro* θῦμα, θῦον *autem* ἀντὶ ἱλαροτητος. θυμίαμα *namq; exhilarat animos, aut etiam, contrarium, quia aroma fumum excitat, etiamsi auspicatum. Vinum autem conciliat amicitiam, & conuiuas facit.*

Ita Poëta tria posuit, quibus existimet Deum esse placandum. 1. *Primum est sacrificium, h. e. mactatio victimarum. Gentes autem retinuerunt sacrificia, non quod pie sacrificauerint (quia seruierunt idolis) sed quod sacrificia à patriarcha Noha & filijs eius veluti per manus accepta conseruauerint iuxta*

externam

externam ſpeciem, & amiſſa fide, imitati ſunt tantum opus patriarcharum. Vnde & alicubi apud gentes Idolatras mos inoleuerat ſacrificandi homines, quod etſi fuerit crudeliſſimum, & inſtinctu Sathanæ factum, apparet tamen, id factum eſſe hac occaſione, quod à patriarchis prædicatum fuerat, hominem venturum, qui ſacrificio & ſanguine ſuo placaret iram Dei, & expiaret peccata noſtra. Itaq; gentes, vt Paulus ait, detinuerunt veritatem in iniuſticia. 2. Secundum eſt libatio ſeu litatio. Fuit autem illa conſuetudo litandi, accipere poculum, quod erat ad eam rem conſecratum in manus & cum ſtarent ad aram, addere precationem, Cum hoc & illud decreuerim ſuſcipere, precor ô Deus, vt aſpires huic meo conſilio, & vt præbeas fauſtum ſignum, an meæ preces ſunt exauditæ. Poſtea cum hoc dixiſſet, aliquantulum vini ex Scypho ſolebat ille, qui eum in manibus tenebat, effundere in ignem, qui cum increpuiſſet ex infuſo vino, tum habebatur præclarum ſignum & is dicebatur præclare litaſſe. 3. Tertium complectitur omnis generis ritus, Thymiamata, & alia multa. Quæ ſuperſtitiones adhuc hæſerunt noſtris temporibus.

εὐνάζῃ) ab εὐναζω .i. eo cubitum. Q. d. ad ſolis occaſum & ortum debet fieri ſacrificium, vel, vt exponit Interpres, nocteſq; dieſq; facias ea, quæ decent hominem ſtudioſum & induſtrium. ὥς κέ τοι λαον) .i. vt tibi ea, quæ deliberas & facis, ex animi tui ſententia & ſub bona conſtitutione elementorum & temporum, atq; etiam aſtrorum, omnia ſuccedant dexterrime.

rime. Ponit ita Poëta præmia pietatis. Q. d. si præstiteris sacrificia & fueris pius, futurum est, vt DEVS labores tuos fortunet, Item, vt aliorum possessionem iuues, non vt alij tuam iuuent. Sic ait Salomon Prouerb. 3. Honorem habe DEO de substantia tua, & de primitijs omnium prouentuum tuorum, ita fiet, vt horrea tua impleantur ad satietatem vsq; ad torcularia musto exundent. τοι) pro σοι. ἔχωσιν) .i. vt habeant. s. Dij. Q. d. vt habeas Deos placatos & propitios. Apud Virgilium Aeneas mane statim, cum surgit, excitat sopitos cineres, addit precationem & litat. Credebant enim se tutiores illo die aduersus insidias, item omnia venena fore salubriora. ἴλαον) Hic versus, cum sit mirabilis, diligenter est obseruandus. Cum enim tradat præcepta œconomica, dicit, Deo sacrifica, vt Deus tuam rem fortunet. ἀνῇ) .i. consequaris, iuues, emas, ab ὀνέω. Dixit autem ἀνῇ propter versum, o in ω mutato. κλῆρον) .i. sortem, hæreditatem, patrimonium, censum. Q. d. In illa domo est benedictio diuina, quæ aliorum agros emit, si modo sint χρήματα θεόδοτα .i. opes a Deo datæ, honesta arte, non fraude aut rapinis quæsitæ. ἄλλος) .i. nè alius tuum patrimonium emat. Sed vt tuam rem recte & cum iudicio administrans, aliorum hæreditatem ipse possis tibi vendicare.

VII.

SEPTIMVM PRÆCEPTVM, De vicinitate.

τὸν

τὸν φιλέοντ᾽) Septimum præceptum est de vicinitate. Exigit enim, vt vicinum non tantum colamus. sed & amanter tractemus, & vocemus ad conuiuium. Ratio est, Quia si aliquod negotium conficiendum est, subito & adsunt vicini, vbi interim affines & cognati tarde veniunt. Vide A. Gellium lib. 2. cap. 29. de Cassita. Germani dicunt, Mit den Nachtbarn hebet man den Zaun auff / das ist / sie helffen vns in vnsern nöten / vnnd helffen vns / wo wir jhr bedürffen. καλεῖν) .i. voca amanter. Adijcit quædam præcepta liberalitatis, quæ in communi vita necessaria sunt. iuxta dictum Salomonis cap. 5. Fontes tui foras deriuentur, & riui promanent in plateas. At tu dominus esto horum solus, non alieni tecum. Benedicetur enim fontibus tuis. τὸν φιλέοντα) Hoc loco vocat eum, qui beneuolum, tranquillum, & quietum habet animum. ἐχθρὸν autem eum, qui alienum ab officijs amicitiæ, & tumultuosum se ostendit. ἐχθρὸν) .i. non inuites eos ad te, quibus es inimicus. Terentius in Hecyra Act. 3. Scen. 2. Nam qui amat, cui odio ipse est, bis stulte facere dico, laborem inanem ipsus capit, & illi molestiam adfert. ἔασαι) Non est impium, quod inimicum omittendum esse censet, cauendum tamen est, ne nostro vicio accidat. μάλισα) Necessarium & œconomicum præceptum est. τὸν) .i. illum amicum adiungo tibi, q. d. vide, vt ille tibi sit amicus, qui tibi est vicinus, Quia opera vicinorum quotidie opus habebis. Itaq; qui habitant in vicinia, sunt præcipue tibi deuinciendi.

uinciendi. Nam non laudanda est, imò turpis est conflictatio cum vicinis. σέθεν) pro σὸν, Ionice. Q. d. Illum studiosum amicitiæ, & tranquillum ac quietum hominem voca, & conuiuam facias, qui non solum talis est, sed etiam proxime habitat.

εἰ γὰρ) Addit causam, Quia quando alicui res necessaria incidit, vt illi opus sit alterius ope, tunc aduenium vicini incincti, Amici vero & cognati præcincti se prius parant, quando sunt venturi. χρῆμα) .i. aliquod negocium necessarium, Eine notturfft / oder / des man bedarff. ἐγχώριον .i. vernaculum, domesticum. q. d. in tuo agro seu prædio. χώριον enim significat agrum seu prædium. ἄζωσοι) .i. non cincti, non adsunt, non diu adornant. ἔκιον) .i. venerunt, à κίω. ἄος. &. Ostendit iam, propter quam causam dixerit, inter omnes amicos & cognatos quoque multos, inprimis colendum esse beneuolum vicinũ, & inquit, Nam si necessitas vel tumultus aliquis popularis inciderit, tales quidem vicini cinctu & armorum indumentis neglectis, aut seminudi solummodo illico accurrunt ad præstandam opem & auxilium. ζώσαντο) pro ἐζώσαντο ἀ ζωννύω .i. cingo, Q. d. vicini, qui propinquius habitant, adcurrunt & adiuuant. Sed cognati sæpe sunt procul accersendi. Hoc præceptum præcipe valet apud illos, vbi sunt villæ & domicilia separata. Quia non habuerunt tales pagos, quales nos habemus propemodum vrbium in morem. ζῶμα .i. cingulum, præcinctum, præcinctorium, ein schurtz. ἄζωστος .i. incinctus. ζώσαντο) .i. cin-

gunti

guntur prius, h. e. moram faciunt, aut omnino negligunt, prætendentes alia negocia. ϖηοὶ autem vocantur cognati ex matrimonio filiarum, ἐκ τοῦ ϖέος, quod significat τὸ αἰδοῖον. καταχρηστικῶς autem postea omnes cognati ϖηοὶ appellantur.

ϖῆμα) Ista sententia prædicat per collationem bonum vicinum & è regione vituperat malum vicinum. Quam enim sit res pretiosa habere bonum vicinum, testatur dictum Iudæorum, qui si alicui pessime imprecari cupiunt, imprecantur, vt habeat malum vicinum, & habeat paratam pecuniam ex diuenditis bonis, Einen böſen Nachtbarn auff der ſeiten / vnd ſein gut zu gelde, Hoc patet etiam ex historia. Aetoli, & Acarnanes fuerunt mali vicini inuicem, qui propter caput & cutem ſuis Calydoniæ mutuis bellis ſe consecerunt. Similiter etiam Carchedonij & Byzantij, qui propter ſcalmum graui bello nauali ſe attriuerunt in Boſphoro. Talia exempla plura, & maxime priuatorum hominum, facile quis inuenire potest. ϖῆμα) .i. malum, clades, calamitas. ἀγαθὸς) .ſ. vicinus. Demonstrat hoc Plutarchus. Aiunt enim de Themiſtocle aut Platone, quod cum vellet prædium vendere, etiam hoc per præconem addendum censuit, quod haberet bonum vicinum. τοὶ) .i. ſane. Completiuum hoc loco est. ἔμμορε) pro ἔτυχεν, h. e. nactus aut sortitus est, ἐκ τοῦ μείρω, μερῶ, μέμορα & per ἔκθλιψιν ἔμορα & Aeolice ἔμμορα. ἐκ τοῦ μοῖρα .i. ſors, portio, ἢ μείρις, ἔμοιρε, quod est ἔχειν, habere, & per additionem literæ μέμμοιρε

& per syſtolen ἔμμορε. τιμᾷς) .i. rem pretioſam, ein köſtlich ding. Honorant enim ſe inuicem boni vicini. βοῦς ἀπόλοιτο) .i. poterit perire. Hic locum duobus modis explicari poteſt. Vno modo ſic, Non vllius iumenti, quod eſt in laboribus ſuis, damnum faciet is, qui fidum & beneuolum habuerit vicinum. Aut hoc modo magis allegorice, bos nuptus. h. e. non adulterabitur, ſi non habueris malum vicinum. Magna eſt commendatio vicinorum, adeo, vt ſi boni ſint, anteponere videantur ipſis cognatis & affinibus. Verum quod hic de boue dicitur, pertinet ad omnes partes rei familiaris, teſte Columella lib. 1. cap. 3. & ita eſt ſenſus, Nihil tuarum rerum facile interibit, ſi habeas vicinum bonum, qui ſtatum in periculo ſuccurrat. Vide prouerb. Aliquid mali propter vicinum malum. Rurſus aliud, Nec bos quidem pereat. Germani dicunt, Ein Nachtbar mus mit dem andern ein brantfewr für lieb nemen.

VIII.

OCTAVVM PRÆCEPTVM,

De mutuo perſoluendo.

εὖ μὲν) Humaniſſime præceptum eſt ab Heſiodo, vt quæ mutuo ſumpſeris, pari menſura, aut etiam cumulatiore reddas, idq; in vniuerſum exiſtimant ingratia referenda pro acceptis beneficijs omnis generis præſtandum eſſe, ſed tamen idem Poëta iubet, vt

maior

maiore mensura reddas, si possis. εὖ) solent exponere ἀφονικῶς, vt sit sensus, si mutuo sumpseris. Alterum εὖ abundare videtur. μετρεῖσθαι) Passiue exponendum est, pro, dimensum accipere, vel, mutuo accipere, du solt dir wol lassen messen. Bono metiaris à vicino, h. e. accipe bonam & iustam mensuram á vicino. Est autem illa regula, quam tenent nostri patresfamilias, Genaw berechnet / vnd wol bezahlet / behelt gute freunde. Budæus varijs authoribus citatis dicit in suis Commentarijs Græcæ linguæ, quod μετρεῖσθαι significat τὸ μετρῷ λαμβάνειν. Et quod Plutarchus dicit μετρεῖσθαι de militibus, Polybius vocat σιτομετρεῖσθαι. Inde σιτομέτριον dicitur demensum, quod seruis dabatur. Interpres Græcus dicit differre ista, μετρεῖν, σαθμᾶν & ἀριθμεῖν. ἀριθμεῖν enim de calculo, siue numero dicitur, qualis est vnum, duo, & reliqui numeri. σαθμᾶν autem de ponderibus, vt si aliquis forte dicat ἐσαθμήθα, intelligit de graui aliquo pondere. μετρεῖν denique dicitur de mensura, h. e. medimno, siue vase aliquo reponere, aut tradere aliquid, vt frumentum medimno, vinum & oleum metretis & vrceis. αὐτῷ) .s. illa ipsa mensura reddas. αἴκε δ' ὤνεαι) h. e. si facultates tuæ permittant, vt super addas super id, quod accipis mutuo. δ' ὤναμαι ἐὰν δ' ὤνωμαι δ' ὤνη vel δ' ὤνεαι, Ionice. Verba in μι optatiua & subiunctiua circumflectunt præter δ' ὤναμαι ὄναμαι.

ἀποδοῶναι) Poeta cum sciret fratrem Persen ex rapinis in ocio viuere, informauit ipsum, dehor-

tans ab illa peruersitate, ipsumq; œconomicum facere conatur præceptis ijs, quæ supra explicauit, Nunc autem, quia non ignoraret ipsum solere ijs, qui ipsi mutuum dederunt, subtrahere mutua. De hac quoq; re ipsum admonet, & inquit, Bene & accurate rem mensuratam mutuo accipias à vicino, in mensura nimirum & vase, siue medimno aliquo accipiens id, quod mutuaris, vt verbi gratia, frumentum, oleum, vinum, & similia. Bene autem postea restituas illi vicino mensuram eandem, siue μοδιαῖον, quomodo aliquis dicere posset, aut etiam cumulatiorem, si possis: qua ratione gratiam apud illum demereberis, vt etiam in posterum, si opus sit, & mutuum accipere velis, inuenias ipsum paratum & promptum ad subministrandum. ὡς ἂν) Addit epilogum. s. vt habeas homines clementiores & benigniores ad mutuandum, vel, vt liceat tibi redire ad tuum vicinum, si qua re opus est, das du ein ander mal dürffest widerkommen. Etsi autem est præceptum de mutuo persoluendo, tamen Cicero in Officijs citat hunc versum, vbi scribit de gratitudine, inquiens, Nullum officium referenda gratia magis necessarium est. Quod si ea, quæ acceperis vtenda, matore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus, quid nam beneficio prouocati facere debemus? Præterquam autem, quod Deus puniat ingratitudinem, natura etiam ipsa requirit à nobis gratitudinem. Hinc pictæ sunt tres χάριτες, vt vna auersa, reliquæ duæ aduersæ starent, quod scilicet officium duplici officio compensandum sit.

TEX

TEXTVS.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.
Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσίοντι προσεῖ-
ναι,
Καὶ δόμεν ὅσκεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅσκεν μὴ
δῷ.
Δώτῃ μὲν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν.
Δὼς ἀγαθὴ, ἅρπαξ δὲ κακὴ, θανάτοιο δό-
δειρα.
Ος μὲν γάρκεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὅγε καὶ μέγα
δώῃ,
Χαίρει τῷ δώρῳ, καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμὸν.
Ος δὲ κεν αὐτὸς ἕληται ἀναιδείῃφι πιθήσας,
Καὶ τε σμικρὸν ἐὸν, τότ' ἐπάχνωσε φίλον ἦτορ.
Εἰ γὰρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,
Καὶ θαμὰ τοῦθ' ἕρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὶ
γένοιτο.
Ος δ' ἐπ' ἔοντι φέρει, ὅδ' ἀλύξεται αἴθοπα λι-
μὸν.
Οὐδὲ τὸ γ' εἰν οἴκῳ κατακείμενον ἀνέρα κήδει,
Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.
Εσθλὸν μὲν πάρεοντος ἑλέσσαι: πῆμα δὲ
θυμῷ
Χρηΐζειν ἀπέοντος, ἅσε φράζεσθαι ἄνωγα.

Αρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι,
Μεσσότι φείδεσθαι, δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ,
Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔσω.
Καὶ τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.
Πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.
Μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω,
Αἱμύλα κωτίλλουσα, τεὴν διφῶσα καλιήν.
Ος δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι,
Μουνοψηὴς δὲ πάϊς σώζοι πατρώϊον οἶκον,
Φερβέμεν: ὡς γὰρ πλοῦτος ἀέξεται ἐν μεγάροισι.
Γηραιὸς δὲ θάνοις ἕτερον παῖδ' ἐγκαταλείπων,
Ῥεῖα δέ κεν πλέονεσσι πόροι ζεὺς ἄσπετον ὄλβον,
Πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη.
Σοι δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδετ' ἐν φρεσὶν ᾗσι,
Ὧδ' ἔρδειν: ἔργον δέ τ' ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι.

VERSIO.

Non improbe lucreris, mala lucra æqualia s. sunt damnis
Amantem te ama, & iuuantem te iuua.
Et da ei, qui dederit, & ne des ei, qui non dederit.

Datori

Datori namq; est qui dat, Non datori autem nemo dabit.
Datio bona, rapina autem mala, mortis datrix.
Quisquis enim vir liberalis est, hic etiamsi multum dederit
Gaudet donando, & oblectatur in suo animo.
Qui autem ipse rapuerit, impudentia fretus,
Quamuis id sit exiguum, tamen cruciat charum cor.
Si enim etiam parum ad modicum addideris
Et frequenter hoc feceris, statim multum & hoc fuerit.
Qui autem ad id, quod existit, affert, is effugiet nigram famem,
Neq; in domo id, quod repositum est, virum lædit.
Domi melius .s. est esse, quoniam noxium, quod foris est,
Bonum quidem de præsenti accipere, malum autem animo
Egere eius, quod non habes, id quod de curare iubeo.
Pleio autem dolio, & deficiente satiare.
In medio comparce, sera enim in fundo Parsimonia.
Merces autem viro charo constituta sufficiens sit,
Et cum fratre videns, testem adhibeto.
Crelelitas autem similiter & incredulitas perdiderunt viros,
Neq; mulier tuam mentem impudica decipiat.
Blande garriens, tuum perscrutans horreum.
Qui autem mulieri confidit, confidit hic furibus.
Vnigenitus autem filius seruet paternam domum
Pascendo. Sic enim diutiiæ augentur in ædibus
Senex autem cum moriaris, alium filium relinques.
Facie autē pluribus dederit Iuppiter magnas diuitias
Maior quidem plurimorum cura, Matus autem incrementum

Tuus autem si diuitias animus cupit in præcordijs suis,
Sic fac, operamq; opere subinde addito.

VALLA.

Res male parta mala est, damnosaq; semper ubi illa
Ergo caue : nec te vincant in amore sodales.
Illum adeas qui te, fac mutua munera reddas
Sponte datum capias, scelus est letale rapina.
Quicunq; etsi magnum aliquid largitur amico,
Lætatur : quicunq; iacit de fronte pudorem,
Et rapit alterius quanquam infima, turbat amicã
Visceraq; & mentem cui vis illata rapinæ.
Adde parum paruo, paruo super adde pusillum,
Fiet & hoc magnum, infelix pelletur egestas,
Si modo rem cumules, hominem non lædit habere
Cuncta domi, nocet esse foris, quam dulce, bonunq;
Præsens accipere, atq; absente carere molestum est.
Tunc bene potandum, cum plena effundit ab alto
Vina cadus : tunc parcus eris cum parte Lyeus
Defluit è media : Sed cum declinat ad imum,
Spumantes iterum cyathos & pocula sume,
Quicquid polliceare, homini fidetur amico,
Si quicquam cum fratre tibi est, testem adijce rebus
Subridens : nocuit non credere, credere semper.
Neue tuam alliciat meretrix caue fœmina mentem,
Rem totam vocat illa nimis dum blanda videtur.
Heu quam damnosum est mulieri credere cuiquam.
Rem patris acceptam melius fouet vnicus hæres,
Auget & hanc. At tu plures in morte relinque
Ex te ortos : Nam plura pater Saturnius illis
Attribuet. Sed te si cæcus tangit habendi
Ardor adhuc, fragiliq; placet tibi gloria rerum,
Hæc age quæ moneam, & varios operare labores.

FRISI-

FRISIVS.

Ne mala lucra pares, mala lucra æqualia damnis.
Sis charus charo, visentem inuise vicissim,
Quiq; dedit, reddas, nil da, qui nil dedit vnquam.
Danti aliquis dedit, ac nil danti quis dedit vnquam?
Dos bona, sed nunquam bona mortifera vlla rapina.
Qui dat sponte lubens, quamuis hic grandia præstet
Munera, lætatur, facit atq; hoc corde sereno.
Qui vero ipse rapit, nullo remorante pudore,
Sit quamuis paruum, cruciatum hinc pectore sentit.
Namq; super paruum si paruum apponere cures,
Sæpius & facias, cito magnus fiet aceruus.
Effugit ille famem, præsentem qui auget aceruum.
Sufficit hoc minime quod cella penaria seruat.
Esse domi præstat, Nam damnosum foris esse.
Dulce est de cumulo præsenti sumere, contra (rum.
Est graue egere aliqua re absente, hinc sis memor ho-
Dum plenum est fermeq; vacet vas, largius hauri,
In medio parcas, in fundo parcere serum,
Dicta prius merces famulo detur, idq; benigne,
Et cum fratre iocans cura tum testis vt adsit,
Fidere sæpe nocet, nocet & diffidere sæpe
Ne fucata tua spoliet te mente caueto
Fœmina, blanda, loquax, nidi damnosa vorago,
Confidit furi, qui confidit meretrici.
Hinc patrias seruet dilectus filius ædes,
Sic tibi res crescent, procedentq; omnia dextre.
Fac moriare senex gemina ex te prole relicta,
Namq; Ioui facile est locupletes reddere plures,
Curaq; multorum maior, plus fertur in arcam.
Si cupias summis quoq; tu diuescere votis
Perse, sic facito. vsq; laborem annecte labori.

EXPLICATIO
TEXTVS.

IX.

NONVM PRÆCEPTVM,
De vitanda vsura.

μὴ κακὰ κερδαίνειν) Hoc præceptum prohibet vsuram, qua sæpe multum lucramur, iniusto tamen titulo. Q. d. Non debes anniti, vt male. h. e. malis artibus, aut iniustis modis quæstum consequaris. Quicquid enim male partum est, ea via à nobis recedit, qua ad nos peruenit. Verum CHRISTVS prohibet apertis verbis vsuram accipere, cum ait, Mutuum date, nihil inde sperantes. Et lex prohibet Deut. 23. Fratri tuo absq; vsura mutuabis id, quod indiget. Deinde ratio ipsa humana vituperat vsuram, & sic argumentatur. Nummus non est inuentus, vt gignat nummum, sed vt sit medium in emptione mercis. At in vsura nummus gignit nummum, vnde & Græci τόκον appellant à τίκτω. Est enim vsura lucrum, quod ad mutuum accedit, seu, vbi præter sortem soluitur aliquid propter mutuationem. Itaq; hæc ratio comparandæ pecuniæ maxime est præter naturam.

Ex hac ratione colligunt alias multas eruditi homines, quibus ostendunt vsuram contra naturam esse. 1. In rebus, in quibus vsus est consumptio, non potest vsus à re separari, & pro vsu seorsim aliquid exigi. At in vsura

in vsura venditur vsus, separatus à re. Est igitur contra naturam. 2. Item, Res, quæ natura non fructificat, non debet transferri pro re fructificante, At in vsura transfertur pecunia, quæ natura non fructificat, Et tamen igitur aliquid tanquam ex re fructificante. Igitur vsura est contra naturam. Nam qui agrum elocat, iure aliquid percipit, cum ager natura ferat fruges. Item, Nemo debet exigere certum lucrum ab alio propter rem concessam ad incertum lucrum. Porrò hoc fit in vsuraria mutatione, Igitur vsura est inhonesta.

Hic disputant recentiores, vtrum liceat Christiano exercere fœnus. Nos breuiter respondemus, Christiano licere vti contractibus, quos leges probant, & iudicant honestos esse, quemadmodum licet Christiano vti alijs politicis ordinationibus. Quanquam autem leges veteres Imperatorum permiserunt vsuras, tamen non probant. nec iudicant honestas esse. Non enim omnia probant leges, quæ permittunt. Non enim possunt leges omnia vicia tollere ex rebus publicis, sicut nec medici omnes morbos corporum sanare possunt, quosdam etiam morbos vetant irritare medicamentis. Ita leges quædam vicia, quæ longa consuetudine confirmata, sine magno incommodo non possunt tolli, dissimulant & ferunt. Non igitur exercebit Christianus vsuras. Vtetur autem alijs contractibus legitimis, quos probat magistratus.

μὴ κακὰ κερδᾶναν) pro eo, quod nos dicimus, μὴ κακῶς κερδᾶνε. h. e. ne malum lucreris, vel. ne mala

mala lucra quæras, treibe nicht wucher / vnd vnrechten gewinn. Est *versus prouerbialis*, *Male parta, male dilabuntur.* κερδαίνω .i. *lucrifacio.* ἄτῃσιν) *pro* ἄταις.

X.

DECIMVM PRÆCEPTVM,

De amicitia colenda.

τὸν φιλέοντα φιλεῖν) *Plutarchus expungit hos versus, dicens, nunquam fieri amicum, si alter amicorum velit expectare, donec se alter amicum reddat. Res autem non est talis, sed illi versus commendant nobis amicitiam & compensationem beneficiorum. Primum enim necesse est, vt officium officio compensetur. Deinde habendus est delectus in amicis deligendis. Q. d. non debes tuam beneuolentiam intercludere illis, quibus debes & velis in alios conferre tuas facultates, qui te repudiarunt. In summa, remuneratione beneuolentiæ, vicißitudine studiorum, officiorumq; sublata, nemini est vita vitalis.* φιλέοντα) *h. e. eum, qui habet beneuolum animum & solet præstare officia amicitiæ, amore prosequaris.* φιλεῖν) *non significat tantum amare, sed etiam hospitio excipere, & comiter tractare. Hic versiculus est etiam in Pindaro, Illum scilicet esse colendum, & officijs amandum, qui te amet, & hostem ècontra esse fugiendum & vitandum. Hæ autem sententiæ quanquam sint gen-*

tile

tiles & cum lege naturæ pugnare videantur, tamen sunt bonæ, si recte intelligantur. Non enim est prohibitum, vt caueam mihi ab hostibus, possum tamen precari Deum, vt meliorem mentem illis det.

προσίοντι) .i. accedenti, h. e. suauem habenti animum, adq; conuersandum idoneo, accedas, hoc est, suauis esto erga illum, & cum eo contrahe familiaritatem. Ex similibus enim constat amicitia. περὶ δόμεν) Est habendus delectus in largiendo, sicut recte hac de re disputat Cicero in Officijs, Largitio non habet fundum. Cicero, Qui temere effundit facultates suas, in parasitos, in homines infideles, iure plectitur. Quantæcunq; enim sunt facultates, non possunt sustinere immodicos sumptus. Oportet igitur esse quandam communicationem officiorum. Q. d. Da ei, qui dederit, & non da illi, qui non dederit, Altera manu da, altera accipe more Phœnicum mercatorum, vel, quicunq;, si modo posit, sit liberalis, δωξητικῶς περὶ εὐμετάδοτον, facilis ad subministrandum, Et ne aliquid conferas in illum, qui contrario modo se habet, h. e. in illiberalem & sordidum. δόμεν infinitiuum ἀόριστον secundum est, Ionice ex δοῶναι factum δόμεναι, cui autem recisa fit δόμεν. Estq; vsus infinitiui pro imperatiuo familiaris Græcæ linguæ. Et illud δότης & ἀδότης similiter est intelligendum, sicut priora, h. e. danti, datori, vel liberalem animum habenti, & econtra illiberalem, sordidum, non dantem. δότης autem & ἀδότης per ο μικρὸν scribuntur. Attice autem hoc loco producuntur, scripta per ω μέγα.

Donum

Donum est bonum, & sicut dicitur, Felix est, qui dat, Infelix, qui accipit.

XI.

VNDECIMVM PRÆCEPTVM,

De liberalitate præstanda.

δὼς ἀγαθή) Hoc præceptum commendat liberalitatem, quæ virtus est digna bono viro. Quia vir liberalis lœtatur in sua liberalitate. Raptor autem angitur etiam propter leue furtum. Nam illi homines nunquam possunt habere quietam conscientiam etiamsi sint in summis honoribus. Bonus vero etiamsi contemnitur, tamen oblectatur virtute. De mala conscientia, eiusq; cruciatibus vide elegantißimum locum apud Ciceronem in Oratione pro Milone. κακὴ) .i. affligit homines, vel facit, vt homines affligantur aut interficiantur. δότειρα) .i. mortifera, seu mortem afferens. θανάτοιο) Ionice, pro, θανατοῦ· ὃς μὲν) Vide, quot habent Græci voculas planè ociosas, quibus carmen farciunt, μὲν, γὰρ, κὲν, ῥα, νυ, δὲ, δὴ, τοι. Longe difficilius latinum agere Poëtam, cui tales voculæ desunt, & si infartiat non suo loco, ridetur. ἐθέλων) volens, liberalis, promptus, vel, qui non dat inuitus, vel, qui præditus est animo & voluntate benefaciendi. δώῃ) .i. poterit dare, dederit, dedisset, pro δοίη, sicut διδώη pro διδοίη. Quidam iota non subscribunt, neq; admodum necessarium est, cum Do-

res vbi

res vbiq; ferè negligunt. χαίρει) Nam qui vltro & sua voluntate contulerit aliquid beneficij, etiamsi id magnum fuerit, gaudet & delectatur hac contributione. Benefacta enim naturaliter afferunt secum gaudium, & bonam conscientiam ex ipsa sua virtute. Hæc est lex naturæ scripta & picta in mentibus hominum, & naturaliter malefacta sequitur dolor. Qui enim nocent alijs, sentiunt dolorem in animis. Etsi autem nonnunquam sit ad tempus stupefactus sensus in corde, tamen redit tandem multis modis cumulatus. κατὰ θυμὸν) .i. in animo suo, vel, iuxta animum suum. Q. d. qui de alijs bene merentur, percipiunt voluptatem & fructum benefactorum.

ἔλιτται) Q. d. qui impudenter aliquid surripuerit, etiamsi exiguum fuerit, tristicia afficitur tamen is, à quo surreptum fuit. ἀναιδείηφι) φι est paragoge. αἰθήσας) .i. confisus sum impudentia. ἐὸν) .i. quamuis existat hoc, quod rapit, modicum aut parvum, tamen hoc charum cor mœrore seu dolore affecit. ἐπάχνωσε) .i. angit, suffocat, valde offendit, propter conscientiam sui furti, à πάχνόω .i. gelidum facio. πάχνοῶ hoc loco idem est, quod τὸ λυποῦν .i. perturbans, ducta metaphora ἀπὸ τῆς πάχνης, τῆς λυπούσης τὰ λήια, à pruina nimirum affligente segetem. ἦτορ) .i. pectus. Aliquando vtuntur pro corde. Q. d. qui adeo impudens est, vt ipse rapiat, nec domi expectet beneficentiam amici, tamen illud quod rapuit, quamuis modicum sit, offendit, affligit seu perturbat conscientiam, Iuxta Græcanicam

sententi-

sententiam, σωείδησις πλήσσει τὴν ψυχήν) i. conscientia verberat animum. Item, Heu quam difficile est crimen non prodere vultu. Sensus totius huius loci est, Hilarem datorem & promptum, quoties aliquid dat de suo, semper aliquam latentem animi lætitiam inde percipere. Contrà raptorem suo animo tormenta & cruciatus parare licet sit vel minutissimum, quod rapiat. Nam iuxta vulgare dictum, Conscientia mille testes. Et Seneca Tragædiographus, Tutum quis habuit nemo securim scelus.

τέρπεται) Sunt humanissima præcepta in communi vita necessaria, Non esse fallendos homines amicos, ne quidem in re exili & modica. Nam id quoq; esse argumentum malitiæ, leuitatis, inhumanitatis, & grauiter offendere animum eius, qui patitur. Multa autem hoc loco sunt antitheses. Nam plærunq; inter se opponit Poëta contrarias sententias, Qui (inquit) bene meretur de hominibus, ille capit voluptatem ex suo facto, & vicissim ab hominibus diligitur. Qui vero alios afficit iniuria, quamuis hoc in re leui fiat, tamen grauiter offenduntur homines, Etiam modicum, & leue damnum grauiter offendit amicum. Nam etsi sit modicum, tamen si sit ledendi cupidus, non semel solet nocere, sed sæpe, donec tandem fiat magnus aceruus. Nam modicum modico additum, postea magnus cumulus congeritur.

DVODE

XII.

DVODECIMVM PRÆCEPTUM, De diligentia, & aſsiduitate.

εἰ γάρ κεν) Vtile præceptum eſt de aſsiduitate, ſicut dici ſolet, Hodie aliquid, cras aliquid, & tandem fiet cumulus. Res enim præclarè non tam magno impetu, quam aſsiduitate efficiuntur. Nihil eſt tam durum, quod non emolliat, Nihil tam arduum, quod non efficiat aſsiduitas. Plinius tradit inueniri ſilices formicarum pedibus attritos, idq; grauiſsimum exemplum eſſe putat, quantam vim habeat aſsiduitas. Hinc eſt verſus, Gutta cauat lapidem, non vi, ſed ſæpe cadendo. Idem autem fit in ſtudijs literarum, quod in re familiari. ἐπὶ σμικρὸν) Demonſtrat, quomodo puſillum ablatum contriſtet, & inquit, Si illud exiguum ſæpe iteraueris, ſtatim illud maius fiet. καταθοῖο) i. adieceris, adpoſueris, addideris, pro καταθῇς, optatiuus pro ſubiunctiuo. μέγα) Paucula ſi ſtudeas ſuperadieciſſe puſillis, Idq; frequens facias, magnus cumulatur aceruus. Meminerint ſtudioſi huius præcepti, In ſtudijs ſuis hoc diligenter obſeruent, vt quotidie aliquid reponant tanquam in theſauurum. Et illud ipſum præceptum poteſt accommodari ad œconomiam, ſicut eſt in auferendo, vbi modicum à modico auſertur, tandem nihil reliquum erit, ſic quoq; in cumulando ſi ſæpe aliquid reponas & id crebro facias, tandem eris dives,

& cumulabis ingentes diuitias. φέρει) .i. qui auget præsentem aceruum, der den hauffen immer mehret, vel, quicunq; substantiæ suæ iam præsenti addit, suasq; res cumulat, effugiet adurentem & calidam famem, sic interprete Græco declarante.

ἐῶ ἐόντι) .i. ad illud, quod adest. ἀλύξεται) .i. euitabit, effugiet, ab ἀλύγομαι. αἴθοπα λιμὸν) .i. nigram famem ab effectu dixit. Quia famelici plerunq; sunt nigri ab αἴθω .i. ardens seu comburens faciem, ἀπὸ τοῦ αἴθω ab vro & ὤψ ὁποὸς facies. Dicitur autem quia fames homines attenuat & ex illa attenuatione cutem quoq; exsiccat, vnde atra redditur cutis. Sicut Homerus frequenter vocat αἴθοπα οἶνον quasi fumicalidum, h. e. natura ignitum, quod semina quædam caloris in se habeat, sitq; natura ignitum, non, vt alij, propter calorem, autore Gellio lib. 17. cap. 8. Idem sentit Suidas. ἀλύξεται) .s. qui dabit operam, vt aliquid semper aceruo adijciat, facile effugiet, famem, egestatem, inopiam. οὐ δὲ τὸν) .i. male consulunt sibi, qui non habent repositum victum, sed coguntur ab alijs emendicare. Idem fit in studijs, cum tantum alienis oculis videmus. κατακείμενον) .i. quod repositum est. Q. d. neq; res cumulatæ & domi positæ contristant, molestiaq; afficiunt hominem. κήδει) affligit, seu cura afficit. Q. d. quando aliquis domi habet repositum thesaurum, non opus habet, vt sit sollicitus.

οἶκοι βέλτερον) .i. præstat domi habere, quo indigeas, quàm foris quærere per vicinam, si tu ca-

reas

reas. Admonet diligentem patremfamilias, vt in tempore omnia necessaria domui suæ prospiciat. Nam iucundum est de præsenti cumulo sumere, vt dicit sequens versiculus. Hesiodus autem sumpsit hunc versiculum ex Homeri hymno, & apparet fuisse prouerbialem versum, Melius est aliquid habere domi, nec bonum est foris aliquid quærere. Es ist besser ein Sperling in der hand / denn einen Kranch vnter dem Zaune. οἴκοι) .i. te habere domi repositum id, quod opus est. Alij putant hanc esse sententiam, Diuitiæ acmulatæ non prosunt, nisi illis quoq; fruaris. Melius est, domi, quam foris, esse. Δύηφι) φι est paragoge. Illum versiculum repetet copiosius. Βλάβερον) .i. quoniam damnosum est illud, quod foris est, vel, satius est domi habere repositos annuos fructus, noxiũ vero foris. Triste enim & molestum est animo, si domi non iaceant, sed aliunde necesse sit emere atq; comparare. παρέοντος) .s. ab eo, quod præsto est, vel de præsenti, h. e. vti præsentibus rebus, habere in præsentia ea, quibus opus est, non requirere foris. Illi sunt mali patresfamilias, qui quando aliqua re opus habent, tunc primum cogitant, vnde sit petendum. ἀπέοντος) .i. eo, quod abest. Hic locus admonet, turpe esse, perpetuo nihil habere. Male enim sibi consulunt, qui non habent repositum victum. ἐλέσθαι) Q. d. iucundum est fructibus annuis domi repositis frui, eosq; habere in promptu, cum est opus. Molestum autem & incommodum, illis domi carere, & ex tabernis atq; a mercatoribus frequenter emere vel emen-

dicare. ἄνωγα) ἀντιπῶσις, Quæ tibi consulo & te admoneo, vt facias.

XIII.

DECIMVM TERTIVM PRÆceptum, De parsimonia.

ἄρχομένῳ) Aliud est præceptum de parsimonia. Q. d. debes ratione quadam subinde comparcere. Non enim debes tum primum comparcere, cum ferè nihil amplius restet, Sicut prouerbium docet, seri infundo parsimonia, quod admonet in tempore parcendum esse rebus necessarijs. Eleganter autem traduci potest sententia ad res animi, veluti siquis adhortatur iuuenes, vt vtantur ætate, Iuxta illud, vtendum est ætate, cito pede labitur ætas, Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit. Qui enim vult vrgere studia, cum est senex, parum efficiet in studijs. Hac de re vide Eras. in prouerb. Sera in fundo parsimonia. In summa Poëta monet, ne simus nimis prodigi, aut nimis sordidi, Sed teneamus medium, nempe, liberalitatem. ἀρχομένῳ). i. incipiente seu pleno, wenn man das Fäs anzepffet. Cælius lib. 15. cap. 25. κορέσεσθαι). i. bibe vel ede ad satietatem, quando plenum est dolium. Infinitiuus ponitur pro imperatiuo. λήγοντος) .i. cum vas ferè est vacuum. μεσόθι) .i. in medio locus est parsimoniæ, vel, fruare ad satietatem in media parte. Nihil admodum prodest parsimoni-

monia, quando diuitiæ sunt consumptæ, Iuxta vulgare dictum, Nil iuuat amisso claudere septa grege. Interpres Græcus hunc locum sic exposuit, Aperto primum operculo dolij, ad satietatem vsq; cum mercenarijs & domesticis tuis vino indulge. Nam si permittas infra labra consistere in principio, acidum fiet & vapescet. Similiter etiam in fine, vacuato iam penè dolio, inutile fit vinum, præterquam quod etiam sex perturbat & contristat. In medio vinum est optimum & verendum, ne postmodum ad necessitatem deficiat. Allegorice vero alij de tribus ætatibus dolium explicant, nimirum, de pueritia, iuuentute, & senectute, & dicunt, quod in pueritia & senectute constituti indulgere debeant genio & voluptatibus huius vitæ, In iuuentute autem laborandum esse.

XIIII.

DECIMVM QVARTVM PRÆceptum, De humanitate præstanda mercenarijs.

μισθὸς) Aliud præceptum, quod mercenarij sint benigne tractandi. Q.d. si fueris vsus alicuius opera, debes liberaliter soluere mercedem, non debes sordide cum eo agere, sed reddere sufficientem mercedem. Alludit autem sine dubio ad rem familiarem, quam non recte gubernant, qui male tractant mercenarios. Postea enim non facile possunt inuenire, cuius opera

vtantur. Perstringit etiam oblique ingratitudinem hominum, de quibus bene meremur, Iuxta illud, Nosse volunt omnes, mercedem soluere nemo. Item sacra literæ iubent, ne boui trituranti os obligetur. εἰρημέν᾽) .i. dicta constituta. φίλῳ) .i. cuius operam conduxisti. Est præceptum de contractibus, Benigne esse contrahendum cum ijs, quorum opera vti volumus, aut quorum operam conduximus. Idem dicit Cicero lib. 2. Offic. Non acerbe cum ijs esse agendum, non esse eos defraudandos. ἄρκι᾽) .i. bona, seu, sufficiens. Q. d. si conduxisti alicuius operam, vt tibi possit posthac etiam operam nauare, vide vt præbeas illi sufficientem mercedem. Quia quando quis debet laborare cum suo damno, non potest diu durare.

XV.

DECIMVM QVINTVM PRÆceptum, De non facile credendo.

μηδέ τε) Aliud præceptum, Non temere cuiquam esse confidendum. Tanta enim est peruersitas hominum, vt vix fratri credendum sit, nedum alijs. Idem admonet illud Epicharmi, νῆφε μηδὲ μέμνησο ἀπιστεῖν. Illud item Euripidis in Helena, σώφρον᾽ δ᾽ ἀπιστίας οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς. Hoc quoq; referri potest ad patremfamilias, ne rem familiarem nimium credat seruo. Quia oculus Domini faginat equum. πασιγνήτῳ) Hic versus videtur mihi

mihi esse hyperbole, Non est temere credendum, vsq; adeo, vt ne quidem fratri temere credas, & est verum. Etiamsi enim cum fratre agis, tamen vide, ne nimium fidas illi. Quanqam nimia diffidentia etiam sit vituperanda, cum sæpissime sit noxia. γελάσας) Est Epithasis in hoc verbo. Q. d. Ita fidendum esse, vt sciamus, cum quibus agamus, quibus fidamus. ὠνιθέου) .i. adhibe, h. e. age cum eo caute, vel ne quidem fratri omnia facile credito. πίσεις) .i. fides habita, plurale est, Q. d. Nimia facilitas credendi, & nimia diffidentia perdiderunt homines. Demosthenes in 2. Philippica docet vtile præceptum ad omnem vitam, nempe, propugnaculum firmissimum esse diffidentiam. Verba autem hæc sunt, ἓν δ' ἔτι κοινὸν ἡ φύσις τῶν εὖ φρονούντων ἐν ἑαυτῇ κέκτηται φυλακτήριον, ὃ πᾶσι μὲν ἐστὶν ἀγαθὸν καὶ σωτήριον, μάλιστα δὲ τοῖς πλήθεσι πρὸς τὰς τυραννίδας. τί ἔστι τοῦτο; ἀπιστία.

XVI.

DECIMVM SEXTVM PRÆceptum, De vitanda scortatione.

μηδὲ γάμου) Præterquam quod Poëta approbat hoc loco coniugium, & vituperat scortationem, præcipit etiam, mulieri nihil arcani esse credendum, propterea quod hac atq; illac perfluat & plena sit rimarum. Hinc rectissime dixit Aristoteles esse tria, quo-

rum aliquem pœnitere queat. Primum, si quis mulieri credat ea, quæ cælanda fuissent. Secundum, si quis nauiget, cum terra posit conficere negotium. Tertium, si inuenis suam ætatem male collocet, & vnam illam prætermittat, in qua non ducat aliquam lineam, vt ille ait. Verba autem Aristotelis hæc sunt, ἀρίστο τέλης εἶπεν, ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας εἶναι, μίαν μὲν ἐπὶ τῷ γυναικὶ πιστεῦσαι λόγον ἀπόῤῥητον. ἑτέραν δὲ πλεῦσαι, ὅπου δυνατὸν ἦν πεζεῦσαι. τὴν δὲ τριτὴν, ὅτι μίαν ἡμέραν ἀμελήθετο ἔμφυτος.

γυνὴ) Aliud præceptum de vitantis scortis. πυγοσόλον) .i. fucata, impudica, procax, compta, sumptuosa, ornans nates: Est epitheton parum pudicæ mulieris ἀπὸ πυγὴ .i. nates, σέλλω .i. orno. Q. d. quæ componit nates, seu quæ colligit vestem circa nates, vel. quæ ornat & componit se, vt placeat viro ad libidinem. Interpres Græcus πυγοσόλον exponit τὴν σολίζουσαν τὰ περὶ τὴν πυγὴν μέρη ζωνίοις καὶ λοιποῖς, vestientem & exornantem partes natibus vicinas, cingulis & alijs. Aut τὴν σολίζουσαν τοὺς πυγῶνας καὶ τοὺς πήχεις καὶ τὰς χεῖρας, περιβραχιονίοις καὶ δακτυλίοις, exornantem lacertos & cubitos, atq; manus armillis & annulis. σε νόον) pro σὸν τὸν νοῦν per Antiptosin, Te mentem, pro, tuam mentem. Vtuntur enim sæpe primitiuis pro derivatiuis. κωτίλλουσα) .i. garriens. Metaphora sumpta est ab hirundinibus. κωτίλλω enim significat

blandè

blande nugor. κωτίλη hirundo propter garrulitatem, ab Anacreonte & Simonide appellatur. δι-φῶσα) .i. scrutans à δι-φάω, per contractionem δι-φῶ .i. perscrutor. Q. d. damnosa vorago horrei, h. e. tendit insidias loculis tuis, seu, marsupio tuo, seu rei tuæ familiari, Taſche mein lieber Mann/ Gelt hab ich dich lieb. καλιὴν) pro τὴν φωλεὰν, lustrum. Nunc autem aut locum, aut vinum significat. πεπόιθε) .i. credidit. Præteritum medium est pro præsenti. φιλήτησι) .i. furibus seu deceptoribus, seu, surripientibus aliena, & omnibus malis, παρὰ τὸ φιλεῖν τὰς ἅπας, & hoc vt scribatur per ι, aut παρὰ τὸ φυλεῖν, τὸ ἀπατᾶν, à decipiendo, per η scriptum φιλήτης significat impostorem, seu, qui arte quadam furari nouit. der da kan einen mit einem geschwinden griefflein herüber rücken / vnd in die fauſt hinein betriegen.

XVII.

DECIMVM SEPTIMVM PRÆceptum, De præsentia Domini.

μοιχοκλοπὴς) Est præceptum de præsentia Domini. Q. d. filius sit paterfamilias, ac veluti dispensator. Est enim secundum Catonem in re rustica, primum, bene pascere. Interpres aliam habet sententiam huius loci, inquiens. Postquam Poëta multa præcepta de varijs virtutibus Persæ fratri præscripsit, adhor-

tatur eum iam hoc loco, vt se coniungat vni tantum mulieri, & non pluribus, ne videlicet ex contrarijs sibi ipsi, & ex diuersa matre genitis filijs, tristiciam sibi comparet, & improuisam mortem, dum occulte mulieres & filij contra se mutuo conspirant, vitaeq; ipsius insidiantur, quemadmodum Aesopi fabula duas mulieres introducit facientes caluescere semicanum. μουνογενὴς πάϊς) h. e. liberi nati ex vna, eademq; matre, fratres vterini. πάϊς) Loquitur de educatione sobolis. Q. d. si tibi est res familiaris tenuis & curta, tunc suscipias atq; educes vnum atq; alterum filium, atq; si educaueris plures, Deus tamen potest eos nutrire. Si enim habebis multos filios, tunc acuetur in te diligentia reponendi pro tuis liberis. σῶζοι) fuit olim lex, sed planè barbarica & dura, vt vnus tantum filius retineretur in domo, Reliqui solebant exponi, sicut etiam videre est in Terentio. φερβέμεν) Ionicus infinitiuus est pro φέρβειν. Q. d. distribuendo pabulum, vel, ad alendum, vel, pascas, h. e. da operam, vt bene pascas. Q. d. da operam rei pecuariæ, sis diligens paterfamilias in hoc genere, præcipue in curanda re pecuaria. Quando enim aliquis fortunatus est in fœtura ouium paucis annis ditescit, Wenn einem die Schaffe wol stehen / so wird einer balde reich, quod & solet dici nostro tempore, & illa est honesta via & ratio ditescendi & tales opes solent peruenire ad nepotes. Sed quæ fraude sunt partæ, non perueniunt ad nepotes, sed dißipantur, sæpe etiam ijs adhuc viuentibus, à quibus sunt corrasæ.

οἶκον)

οἶκον) Est egregius versus & diligenter observandus, propterea quod describat optimum genus victus esse bene pascere, h. e. dare operam, vt nostra stabula sint instructa pecoribus, vt habeamus bona prata, vel, bona pascua. ὦς) Illa enim est optima via ad opulentiam. ἀέξεται) .i. quo habebis plures liberos, eò cumulatiores diuitias dabit Iuppiter, viel leute/ viel glücks. πλῆθτον) .i. hoc pacto, Si ex vna muliere habueris liberos, nec pluribus te coniunxeris, sument incrementum tuæ opes, laborem tuum adiuuantibus & vxore & liberis. μεγάροισιν) Nunc abusiue omnem domũ simpliciter μέγαρον vocat. Proprie autem μέγαρον vocatur locuples & copiosa domus, κατὰ τὸ μεγαίρω, τὸ φθονῶ, inuideo. γηραιὸς) Dupliciter hæc sententia intelligi potest. Primum, Quo maior sit numerus liberorum, eò felicius augeri, & procedere rem familiarem. Deinde quod res familiaris vnius opera non tantum potest augeri, iuxta illud, viel hende machen leichte arbeit. Item, vnus vir, nullus vir. ἄνοιϊ) Iam redit ad illud superius de educatione liberorum. Proclus, Aristarchus, aut Plutarchus hoc non posse intelligi affirmant & esse superfluum. Verum Interpres Græcus optime sensum horum verborum intelligi, atq; hoc loco consistere posse existimat. Inquit enim, Si vni tantum mulieri, non autem pluribus, coniunctus fueris, ideoq; multos liberos non genueris, augebuntur tuæ opes, & sine tristitia vitam degens, ad magnam senectutem peruenies, nec immatura morte occumbes. Si

vero

vero multis mulieribus coniunctus, magnam liberorum copiam genueris, singulæ cum suis liberis portionem aliquam de tuis facultatibus subtrahent. itaque lamitatum & afflictionum occasionem præbebunt, vt acerbam cogaris experiri senectutem, & præterea improuisam mortem, quæ solet post afflictiones contingere. Aut certe acerbam vitam deges propter apparatum venenorum, quæ mulieres zelotypia laborantes conficere solent.

ἕτερον) i. suscipias vnum filium, qui sit columen familiæ. Q. d. postea canescens educes adhuc vnum filium, vt si ille fortasis non diu viuat, præsit alius familiæ. καταλείπων) ἀντὶ τοῦ τὸν παῖδα, simpliciter, filium. h. e. liberos in vita relinquens superstites. ξυῆα) Statim corrigit illam legem, quæ etiam ipsi visa est inhumana, dura, & iniqua. Q. d. etiamsi multos liberos vterinos genueris, etiam hac ratione ipsis diuitiæ à Deo contingent, nimirum omnibus simul laborantibus. πόροι) posit præbere. ὠθήκη) i. augmentum, repositio, maior accessio requiritur. Q. d. est opus, vt plus reponas, vnde isti sese sustentare possint, vel, maior est cura de pluribus. πλείων) Q. d. magnæ quidem impensæ fiunt in nutritione multorum liberorum, Maius vero lucrum emergit ex laboribus ipsorum. De rusticis autem liberis loquitur, non de politicis, qui vrbes inhabitant. Nam isti vt plurimum tantum causæ sunt impensarum.

σοὶ δ') Concludit hunc librum epiphonemate de commendatione laboris. Q. d. subinde esse laborandum,

randum, subinde augendam esse rem familiarem. Insignis est commendatio assiduitatis, quæ reddat homines ditiores. πλόστος) *Iam addit generale præceptum, vna est via honesta ad opulentiam, & quam Deus approbat, nempe fidelitas in laborando. Quia Deus benedicit fideli laboratori.* ἐργάζεω) *.i. sis diligens, laborioſus, tunc Deus benedicet tuo labori, & augebit rem tuam familiarem. Vbiq; autem Poëta vſurpat infinitiuum pro imperatiuo.* ἔργον ὦν ἐργῶ) **eins vber das ander**, *Q. d. ſi tuus animus cupit diuitias ad iſtum modum, oportet vt tradas te labori, & nunquam quieſcens, vnum laborem ſuper alium exexceas & ſedulo vrgeas. Hinc autem digreditur Poëta, oſtenſurus deinceps, quæ tempora ſingulis laboribus conueniant, nimirum, arationi, ſationi & meſſi atq; vindemiæ & præterea nauigationi, & alijs neceſſarijs operibus.*

FINIS IMPOSITVS EST PRIMO libro Heſiodi de colenda Iuſticia Anno Domini 1574. Die 15. Ianuarij, quo ante 14. annos obijt M. Franciſcus Burchartus Vinarienſis, ex cuius publica prælectione Vitebergæ 1532. partim hæc annotata ſunt excepta, partim etiam ex priuata inſtitutione D. Philippi Melanthonis, partim deniq; ex Interprete Græco, qui vixit ante annos circiter quadringentos & 15. à Chriſto nato 1160.

IN HE-

IN HESIODI LIBRVM SECVNDVM QVÆDAM PROLEGOMENA incæpta 1574. 2. Februarij.

I.

Quo genere dicendi vsus est Hesiodus?

Oratio Hesiodi *versatur in medio genere dicendi, non est nimis pressa, nec nimis redundans, ampla, copiosa, & amplificationibus illustrata, sed medio tramite incedit, vt sit medium quiddam inter summum & infimum genus dicendi, vtitur verbis probatis & vsitatis, quæ tunc fuerunt in vsu, cum ille vixit. Deinde vtitur sententijs proprijs, suauibus, & lenibus. Non excurrit late in amplificationes & tractationes affectuum. Ideo Hesiodus non est oratorius, quoniam tantum tradit præcepta vel commemorat perpetua serie Heroum & Deorum geneses.*

II.

Quæ sunt inprimis in Hesiodo obseruanda?

Tria,

Tria, 1. præcepta. 2. suauitas sententiarum. 3. & compositio in elocutione, videlicet, delectus verborum & studium proprietatis & suauitas. Habet enim verba maxime propria, & selecta, & bene composita, & molli filo orationis deducit carmen, quamquam hic Ethicum est, & simplex.

III.

Quo tempore vixisse putatur Hesiodus?

R. Tempore Dauidis, aut certe Salomonis (quæ ætas videtur studiosa fuisse Gnomicorum scriptorum) qui haud dubie imitatus est doctores Ecclesiæ. Nam scripsit quasdam leges & præcepta conuenientia cum Decalogo ac lege Diuina, ita vt multa videantur sumpta esse à primis parentibus.

IIII.

Quod est argumentum secundi libri Hesiodi?

Superiori libro morum & recte viuendi, Hic agriculturæ & laborandi præcepta tradit. Describit autem primum communissima agricolis tempora, messis, videlicet & arationis, idq; ab ortu & occasu Pleiadum, quæ stellæ in tergo Tauri existunt.

Quid

V.

Quid est ortus & occasus stellarum Poëticus?

Est *vel ascensio & descensio stellarum supra vel infra Horizontem, quæ fit sole vnâ aut oriente aut decumbente, vel earundem apparitio & occultatio, quæ fit sole ad eas propius accedente vel recedente.*

Hæc sumpta sunt ex 4. parte Quæstionum Sphæricarum D. Sebastiani Theod. Vuinshemij.

VI.

Quare vocantur ortus & occasus Poëtici?

Quia Poëtæ his ortibus & occasibus crebro vtuntur, sicut & historici, & rei rusticæ scriptores, cum describunt tempora æquinoctiorum, solstitiorum, arationis, sationis, messis, & aliarum operarum rusticarum, Item, mutationem aëris & tempestatum.

VII.

Quot sunt discrimina ortus & occasus Poëtici?

Tria sunt, videlicet, Matutinus, Vespertinus & Heliacus.

VIII.

Quid est ortus matutinus?

Ortus matutinus, qui vulgo Cosmicus, Græcè ἀνατολὴ ἑῳὴ *dicitur, est ascensio stellæ supra Horizontem, quæ fit vnà cum sole oriente, aut paulo post solis ortum, sed hoc modo orta, non conspicitur, Tegitur enim radijs solaribus, vt cerni non possit.*

IX.

Quid est occasus matutinus?

Occasus matutinus, qui vulgo Cosmicus, Græcè vero δύσις ἑῴα *dicitur, est descensio stellæ infra Horizontem occidentalem, sole è regione oriente.*

X.

Quid est ortus vespertinus?

Ortus vespertinus, quem vulgo Acronycum, Græce ἀνατολὴν ἀκρονυκτὸν μᾶλλον ἑσπερίαν *vocant, Quia sub initium noctis fit, est ascensio stellæ supra Horizontem orientalem, quæ fit vesperi sole è regione descendente.*

Quid

XI.

Quid est occasus vespertinus?

Occasus vespertinus Acronycus, δύσις ἀκρόνυκτος & ἑσπερία, est descensio stellæ infra Horizontem occidentalem, quæ fit vesperi sole vna decumbente, aut paulo post solis occasum. Permutantur autem inter se inuicē hæc duo ortuum & occasuum discrimina. Nam quæ stellæ Cosmice oriuntur, Acronice descendunt, & quæ Acronice oriuntur, Cosmice descendunt, iuxta vulgares versiculos, Cosmice descendit signum, quod Acronice surgit, Chronice descendit signum, quod Cosmice surgit.

XII.

Quid est ortus Heliacus?

Ortus Heliacus, quem Plinius vocat emersum, Græci vero ὡτολλὼ, est stellæ, quæ paulo ante tecta latebat radijs solaribus, nec conspici poterat: emersio extra radios solis, vt conspici mane possit, quod fit cum sol à stella, quam fulgore suo antea texerat, recedit, & quasi eandem detegit, vt mane ante ipsius ortum iterum conspiciatur.

XIII.

Quid est occasus Heliacus?

Occasus Heliacus, quem Plinius vocat occultationem, Græci κρύψιν & ἀφανισμὸν, est stellæ, quæ paulo ante post solis occasum supra Horizontem occidentalem conspiciebatur, occultatio, vt vesperi post solis occasum cerni non possit, facta propter solis vicinitatem, quas stellas, ad quas accedit, fulgore suo tegit & occultat.

Hactenus Vuinshemius.

XIIII.

Recita versus de ortibus Poëticis.

Φ. μ.

Mane vehit supra terram tibi Cosmicus ortus
Sydera, sed Phœbi lumine tecta latent.
Mane dat Heliacus quædam subuecta videre
Astra, sed Acronycus nocte videnda trahit.

XV.

Ad quid prodest doctrina de ortu & occasu syderum?

Primum vtilis est hæc consideratio, vt opificium mundi

mundi sciamus non extitisse casu. Deinde prodest hæc doctrina ad enarrationem multorum scriptorum, quorum, quia alij magis, alij minus erudite ortus & occasus recensent, explicatio difficilis interdum est, & admodum intricata, cum præsertim stellæ propter motum octauæ sphæræ iam aliquantulum progressæ sint, vt signa consequentia, intercalatio quoq; non emendata, aliquid faciat discriminis.

XVI.

Estne etiam liberalis, necessaria & vtilis cognitio cœlestium motuum?

R. PRIMVM sciendum est doctrinam de motibus cœlestibus esse honestam, & liberali homine dignam. Præclare enim Plato ait, Astronomiæ causa oculos hominibus datos esse. Volebat enim significare in omnibus corporibus nihil esse pulchrius, quàm ista cœlestia lumina, & homines natura ad hanc pulchritudinem fruendam præcipue rapi. Deinde testatur etiam Ouidius cognitionem cœlestium motuum liberali homine dignam, cum ait, fælices animæ, quibus hæc cognoscere primum, Inq; domos superas scandere cura fuit.

SECVNDO necessaria est cognitio cœlestium motuum. Qualis enim futura esset hominum vita, si non haberemus descriptam temporum rationem, si

non haberemus in historia, aut rebus gerendis annorum numerum. Plusquam barbaries, imò bellarum vita fuerit nullam nosse antiquitatis seriem, nullum temporum ordinem in præsentibus negocijs constituere posse. Erunt, inquit Moises, in signa, tempora, & annos. Hîc cœleste oraculum præcipit generi humano, vt certas anni metas diuinitus propositas diligenter obseruare, & interualla annorum consideret. Quod sine eruditione & motuum cognitione nequaquam fieri potest.

TERTIO *magnas affert vtilitates cognitio motuum cœlestium. Quidenim ad animantium conseruationem gratius est vicibus dierum & noctium, Quid ad terræ fœcunditatem, ad fruges procreandas, & alenda animantia vtilius, quàm veris, æstatis, autumni, & hyemis dissimiles tempestates? in quibus diligentia artificis tanta fuit, non modo vt spacia temporum solis & lunæ motibus metienda proposuerit, sed vires etiam addidit, vt terra aliàs fœcundo calore tepefieret, aliàs rigaretur, aliàs areſceret, aliàs astricta gelu quieſceret. Hæc vt arte facta esse intelligremus, certorum siderum ortus & occasus, singulis anni partibus conuenientes, soli adiunxit. Post sementem vernam occidunt Hyades, quod Plinius inquit. Sydus esse vehemens & terra, mariq; turbidum. Id ita institutum est, Quia terræ eo tempore rigatione opus est. In messe opus est siccis tempestatibus. Tunc igitur Canicula æstus auget. Sic reliquis anni partibus conueniunt certi ortus & occasus. Hæ vtilitates notæ sunt,*

quæ

quæ, vt Xenophon ait, testantur architectum, cum tam studiose nostræ necessitati prospexerit, valde amantem esse nostri generis, seu vt ipse ait, φιλάνθρωπον.

QVARTO, magna etiam vis est astrorum in humanorum corporum temperamentis. Ita fit, vt alij calidiores, alij humidiores, aliâs calor in corporibus augeatur, aliâs humor, & sequuntur temperamenta seu complexionem sæpe animi actiones, vt calidi sunt ὀξύχολοι, frigidi sunt timidiores. Neq; tamen sentiendum est, quod euentus certo prædici possint, Temperamenta seu complexionem astra adiuuant. Euentus vero Deus gubernat in tota natura, nec necesse est sequi sterilitatem, cum eam astra minantur. Quia Deus eam gubernat & aut finit perire, aut diuersum effici, sicut Moises ait, Ipse dabit vobis pluuiam de cœlo. Et in humanis actionibus non necesse est fieri homicidam eum, qui iracundior est, Sed Deus euentum gubernat, sicut ait Salomon, A Domino diriguntur gressus hominis. Temperamenta tantum astra iuuant, sicut & ipse Ptolomeus ait, lunam esse causam naturalium potentiarum, solem vitalium. h. e. luna humorem alit in nascendo & crescendo, sol temperat & facit sensus acriores, & alio loco idem Ptolomeus ait, decreta Astrologica non esse similia prætorijs. h. e. vt statim necesse sit luere aliquem pœnam, quam minantur astra, sicut statim supplicio affici oportet eos, qui á prætore condemnati sunt. Atq; harum rerum

exempla suppeditant historiæ. Sed hæc disputatio longior est, quam vt hîc explicari tota poßit.

Finis τῶν προλεγομένων.
Sequitur nunc ergo

TEXTVS.

Πληϊάδων Ατλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Αρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.
Αἱ δή τοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσάρακοντα
Κεκρύφαται, αὖτις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
Φαίνονται, τα πρῶτα χαρασσομένοιο σιδήρου.
Οὗτος τοι πεδίων πέλεται νόμος, οἵτε θαλάσσης
Εγγύθι ναιετάουσ', οἵτ' ἄγκεα βησσήεντα
Πόντου κημαίνοντος ἀπόπροθι πίονα χῶρον
Ναίουσι.

VERSIO.

Pleiadibus ex Atlante genitis exorientibus
Incipe messem, arationem vero occidentibus,
Quæ quidem noctes & dies quadraginta
Latent: Rursum vero circumacto anno
Apparent, primum ferro acuminato.
Hæc sanè agrorum lex est. s. ijs agricolis, qui mare
Prope habitant, quiq; valles irriguas
A mari procelloso procul pinguem regionem
Habitant.

FRISI-

FRISIVS.

Pleiadas cernens orientes de mete frugem,
Vomere verte solum cum submerguntur in vndas.
At bis vicenas latitant noctesq; diesq;.
Hinc iterum apparent impletis mensibus anni,
Tempore quo primum incipiunt splendescere falces.
Hæc lex aruorum est cunctis seruanda colonis,
Siue habitent illi rauci prope littora ponti,
Pinguia siue colant in vallibus arua remota
A ponto procul.

VALLA.

Cum cœlo emergunt sublimi ab Atlantide natæ
Pleiades, truncanda Ceres, morientibus illis
Mitte in aratra boues: latitare ea sydera dicunt
Viginti, totidemq; dies, annoq; voluto
Apparent iterum, maturam incidere messem
Rursus & incipiunt dentata falce coloni.
Hanc legem agricolæ atq; habitantes littora seruant
Aut qui pinge solum, vallosaq; tecta tenerent.

DISPOSITIO.

πλειάδων) Primus liber totus fuit Ethicus. Secundus vero partim est physicus, partim Astrologicus. Continet etiam quædam meteorologica, vbi describit hyemem. Est copiosior, plenior, vberior, & habet etiam aliquantum plus difficultatis, quam præcedens. Cum autem in omnibus scriptis soleat primum constitui certa propositio, vt, Dic mihi Musa virum,

Ita Poëta traditurus præcepta agriculturæ & œconomiæ, ponit hîc generalem propositionem summam rusticæ complectentem, quo tempore metendum est, & quo serendum. Agricolam enim imprimis oportet obseruare tempus, quando sint percipiendæ fruges, Deinde, quo tempore sit serendum. Et hoc tempus describit Hesiodus ab ortu & occasu insignium quorundam syderum, nempe, Pleiadum. Quando oriuntur Pleiades, videlicet, ortu Heliaco, quod fit in Iunio, vbi mane paulo ante solis ortum conspiciuntur, tunc scias instare messis tempus. Quando vero occidunt, scilicet, occasu Cosmico, quod fit in Nouembri, vbi mane sub terram descendunt, cum vectu conspectæ sint, scias tempus sementi faciendæ idoneum instare. Quem locum Hesiodi imitatus est Virgilius in Georg. lib. 1. docens quoq; frumentariam arationem & sementem, quam Theophrastus primam vocat,

Pleiadum faciendam occasu matutino,
At si triticeam in messem, robustaq; farra,
Exercebis humum, solisq; instabis aristis,
Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur, &c.

Hîc Virgilius sine mentione temporis, speciem ortus expressit, cum inquit, Atlantides, h. e. Virgiliæ, quæ fuerunt Atlantis filiæ, abscondantur tibi Eoæ id est, matutinæ, h. e. occidant manè Cosmice, quod fit sole oriente. Occidunt autem Pleiades cum 4. gradu Tauri, qui cum specie occasus collocatus, ostendit solem tenere quartum gradum Virginis. Ingreditur autem Sol in Scorpium die 19. Octobris. Quare cum propemodum

modum singulis diebus vtrum gradum percurrat, quartum gradum Virginis Sol tenebit die 23. Octobris, idq; tempus hoc occasu denotatur, quo fit satio autumnalis.

Apparet autem valde celebrem fuisse obseruationem huius syderis etiam Calendario Romano, vt agricolæ iuxta istius syderis ortum & occasum ordinarent suas operas, scilicet, messem & arationem. Ita prima propositio in hoc secundo libro est descriptio totius anni, quem metitur ortu & occasu syderum. Annus enim habet duo insignia tempora, Principium, hoc est, sementem, & consummationem, h. e. messem.

Hieronymus scriba Noricus, qui olim professor erat Mathematum in Academia Vitebergensi, in tractatione sphæræ sic declarauit hunc locum Hesiodi de ortu & occasu Pleiadum. Primum (inquit) messem adoriri iubet Poëta orientibus Pleiadibus, & exprimit ortus speciem, videlicet, ortum Heliacum. Eum enim hoc verbo ὑπιτέλλομαι plærunq; intelligunt. Sunt autem Pleiades in Tauro, & quidem cum principio eius ferè oriebantur & occidebant, Ergo necesse erat eas liberari à radijs solis, & mane ante ortum eius conspici, sole accedente ad Geminos, quod fiebat olim in fine Maij, vel, principio Iunij. Id tempus Messis vocat in regione calidiore. Deinde tempus arationis dicit esse, cum occidunt Pleiades scilicet, Cosmice, quod fit in Octobri, sole existente in Scorpio. Præterea dicit Poëta Pleiades latere per dies 40. Id intelligendum de tempore, quod est ab occasu Heliaco, vsq;

ad ortum

ad ortum Heliacum, post quem mane ante ortum Solis iterum cernuntur. Ideo dicit eas postea cerni per totum annum post ortum Heliacum. Conspiciuntur enim mane perpetuo ante ortum solis, vsq; ad ortum acronychum, qui est in Octobri, post quem vesperi conspiciuntur post occasum solis iterum vsq; ad occasum Heliacum. Fingas itaq; eas non conspici 20. diebus ante ortum Cosmicum, seu ante coniunctionem earum cum sole, & totidem diebus post, quod est admodum verisimile. Nam & stellæ paruæ sunt, & ab Ecliptica non multum recedunt.

Nec male conuenit id, ad tempora ortus & occasus Heliaci, quæ á Columella lib. 11. cap. 2. annotantur. Nam de occasu Heliaco sic inquit, Octauo Idus Martij Vergiliæ celantur. De ortu Heliaco ibidem, Nonis Maij Vergiliæ oriuntur, Sexto Idus totæ apparent. Item lib 9. cap 14. Ab æquinoctio primo, quod octauo Calend. Aprilis in 8. parte Arietis conficitur ad exortum Vergiliarum dies verni temporis habentur duo de quinquaginta, Et iterum paulo post, Duo de quinquagesimo die ab æquinoctio verno, cum fit Vergiliarum exortus circa 5. Idus Maias. Ab 8. enim Martij, quo incipit occidere occasu Heliaco, vsq; ad Nonas Maij, quibus iterum totæ apparent, 60 sunt dies. Non igitur male dixit Hesiodus eas diebus 40. continuis integras latere, sed omnino non conspici.

Verum Vuinshemius in 4. parte Sphæricarum quæstionum in hunc fermè modum explicat Hesiodi

textum.

textum. In primo versu (inquit) non dubium est Hesiodum intelligere ortum Pleiadum Heliacum, qui fit sub finem Maij, vel, initium Iunij, sole in primis gradibus Geminorum existente. Nam illo tempore in regionibus calidioribus tam maturuit seges, vt commode, sicut Hesiodus iubet, demeti queat. Alter autem versus, etsi hactenus à multis de occasu Cosmico Pleiadum, qui fit in Octobri, intellectus est, Tamen debere eum intelligi de occasu Heliaco, qui fit in Aprili, manifestum inde est, quod ex sequentibus duobus versibus commoda sententia elici non potest, si de alio occasu intelligatur. Deinde quia Hesiodus monstraturus suis popularibus, quæ operæ rusticæ quolibet anni tempore faciendæ sint, incipit ab anni principio & cum ortu Pleiadum Heliaco quasi desinit (Nam sub ortum Canis Heliacum Græci annum inchoarunt) atq; deinceps per omnes anni partes præcepta tradit. Tertio, quia in sequentibus versibus, occasus Pleiadum Cosmici meminit. Ocioſe igitur eundem occasum bis posuisset, si hic locus de Cosmico occasu accipiendus esset. Quare vt dictum est, hic versus de Heliaco occasu, & aratione verna accipi debet, &c.

Variant autem hæc præcepta pro situ & natura regionum. Alibi enim citius hyems est, alibi tardius, alibi pinguis & fertilis, alibi macra atq; sterilis terra. Neq; operæ precium facturus aliquis esset, qui apud nos ex Hesiodo, aut etiam Virgilio arationem, sationem, aut messem incoare vellet, sed regionum positus & soli natura vbiq; obseruanda est. Et scripsit hæc

præcepta

præcepta suis populis Hesiodus sub alia cœli plaga, quam nobis existentibus. Cæterum, vt non magnopere nos iubent præcepta illa, quæ olim agricolis profuerunt, ita tamen plurimum vtilitatis Physica & Astronomica, quæ per totum hunc libellum sparsa sunt, afferre possunt. Enarrantur enim huiusmodi authores, tum discendæ Græcæ linguæ genera, tum etiam, vt quam rerum cognitionem complectantur hanc quoq; consideremus ac discamus.

EXPLICATIO TEXTVS.

ἄρχεσθαι) *Vetus est non tantum in versu, sed & in oratione soluta vti infinitiuo pro imperatiuo. Aut intelligendum est in omnibus verbum θέλε, vt sit θέλε ἐργάζεσθαι, θέλε πείθειν, βουτοῖν, & similia.* ἄμητόν) *.i. messem.* ἄμητος *dicitur, meßis seu fruges ipsa.* ἀμητὸς *vero accentu in vltima tempus ipsum meßis significat, & deriuatur ab* ἀμάω, *pro,* θερίζω *.i. meto. Accipitur etiam pro* καρπῶσθαι *.i. frui & fructum capere, & veluti messem facere. Significat etiam* σωάγω *.i. accumulo vel congrego.* πλειάδων) *.i. Pleiadibus, Sunt genitiui absoluti, Nos vero in latina lingua ponimus ablatiuos. Sunt autem Pleiades septem stellæ in tergo Tauri, à Græcis* πλειάδες *&* Ατλάντιδες, *à Latinis Vergiliæ dictæ. Has quidam massam, plæriq; Butrionem vocant. Rustici, massam (einen hauffen stein) Gallinam (eine gluck-*

henne/

henne) & septistellium (siebengestirne) nominant. Anglici Butrionem, h. e. gallinam habentem pullos, vulgariter brûethenn. Dictæ autem sunt primum πλειάδες, quod ex Pleione matre & Atlante patre sunt genitæ. Et sunt numero septem, quas Ouidius 4. Fast. proprijs exponit nominibus, scilicet, Electra, Alcione, Celæno, Merope, Astropæ, Sterope, Taigete, Maia. Alij volunt eas dici ἀ πλέω, h. e. nauigo. Quia in ortu suo primæ nauigationis tempus ostendunt. Alij asserunt Pleiadas stellas dici q. πλείονας á multitudine, quod multæ sunt, & quidem exiguo loco collectæ. Vergiliæ latine dictæ sunt, Quia post ver exoriuntur (intellige, Heliace) & hæ cæteris ampliorem habent honorem, quod earum signo oriente æstas significatur (intellige initialis) scilicet circa Idus Maij, occidente autem hyems ostenditur, quod alijs non est traditum signis. Alij vocant Vergilias non á veris fine, sed á verni temporis significatione.

ἀτλαγενέων). i. genitis ex Atlante rege Mauritaniæ, qui dicitur primus omnium obseruasse ortum & occasum Pleiadum, & distribuisse tempora anni iuxta huius syderis motum, quæ obseruatio mansit apud gentes, ita vt vterentur isto sydere, quasi Calendario. Quia cum emergerent, parabant se ad messem, Cum occiderent, sciebant instare tempus sationis. Igitur Hesiodus quoq; posuit huius syderis ortum & occasum, iuxta quam disposuit præcipuas operas rusticas. Sunt autem præcipuæ operæ, aratio, sementis,

& messis.

& meßis. Iste Atlas à vetustißimis hominibus valde celebratus fuit, adeo, vt Poëtæ finxerint eum gestasse humeris cœlum, id quod etiam testatur Virgilius lib. 4. Aen. Et latera ardua cernit

Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit,
Atlantis, cinctum aßidue cui nubibus atris, &c.

Huc alludit etiam Homerus lib. 4. Odyß.

ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλεόφρονος, ὅστε θαλάσσης, &c. Hinc dicunt Herculem ad Atlantem venisse, & per longum interuallum temporis ab eo doctrinam Astronomicam percæpisse. Multa enim extant testimonia, quæ ostendunt his studijs vetustißimos reges deditos fuisse, vt Atlantem, qui fuit rex Mauritaniæ, Orionem, qui princeps fuit in Euboea & bonus venator (der die strassen rein helt) Chironem, qui fuit medicus, musicus & Astrologus, & fertur habitasse in Pelio monte inter homines æquißimum, à quo Aesculapius medicina, Achilles cythara, in Astrologia Hercules literis instructi sunt. Ideo nomina eorum stellis grata posteritas attribuit, vt significaret se ab illis doctrinam de motibus cœlestibus & anni descriptionem accepisse. Et Cæsar de se inquit apud Lucanum, Media inter prælia semper, stellarum cœliq; plagis, superisq; vacaui.

Constat quoq; Imperatorem Carolum Quintum & intellexisse doctrinam cœlestem penè vt artificem, adeoq; amasse, vt cum sibi aliquod interuallum ad quietem sumpserit, non ludis aut voluptatibus, sed huius dulcißimæ doctrinæ disputationibus animum relaxauerit.

uerit. Sedens in thermis, cum pedis curationi vacare eum necesse esset, ocium fefellit interdum horologijs artificiose describendis, diligentissimus fuit in quærenda longitudine & latitudine regionum, in stellis conferendis ad regionum situs, vt nauigans cœli conatuitu cursum dirigere posit. Quid honestius est magno principe, quàm defessum animum tali voluptate recreare.

Vtinam vero hoc honestissimum exemplum cæteri imitarentur, & ingenijs præmia proponerent. Quod si fieret, conseruari hæ artes, & magis illustrari possent, Sed sæpe mihi venit in mentem, vnà cum cœlo eas senescere & paulatim extingui, & earum interitu portendi finem mundi. Interea tamen generosæ mentes, cœlo ortæ, de patria cogitent, hanc interdum contemplentur, & statuant non frustra hoc pulcherrimum spectaculum cœlestium corporum & motuum hominibus propositum esse, & harum admirabilium rerum ordinem inquirant, Quod cum per sese hominis naturæ maxime congruit, tum vero vtilitates ad vitam magnas adfert. Hæc obiter inserui mentione facta Atlantis, qui fuit Astronomiæ perstudiosus.

ωπτελομενάων) α, Ionica Dialecto interposita est. ωπτέλλεσθαι est conspici mane ante solem ortu Heliaco. Pleiades autem exoriuntur Heliace, quando scilicet paulo ante Solis exortum conspiciuntur. Quia Sol iam aliquantulum discessit ab illo sydere, & illud sydus emergit, quod ante fuit tectum sub radijs solaribus. Nam maius lumen impedit minus lu-

d men.

men. Moscopulus ponit diem 9. Maij. & dicit illum ortum Heliacum durare à die nono vsq; ad 16. Iunij. Per tot enim dies conspiciuntur Pleiades ante exortum Solis. Etiam in Calendario Romano ad 4. Idus Maij ortus Pleiadum, h. e. 11. dies Maij. Romanis enim paulo tardius illuxerunt, quam illis, qui sunt orientales. Ita habes iuxta authorum mentem, quod Pleiadibus Heliace exorientibus incipit æstas præambula aut initialis, & quod id nostro tempore fiat. Sententia igitur huius loci est, Incipe messem, h. e. para te ad messem eo tempore, quo Pleiades rursum incipiunt lucere & emergere mane ante Solis exortum. Hoc ferè nobis est in medio Maij, Homines tunc præparant horrea, purgant ea, acuunt falces, constituunt messores. Tunc in Iunio Pleiades mane conspiciuntur, & fruges sunt maturatæ in locis calidioribus citius, In locis vero frigidioribus tardius matureſcunt. Nam quando aliquis longius progreditur ad septentrionalia loca, Solis calor est remotior.

Hesiodus igitur hîc loquitur de Heliaco ortu Pleiadum. Hæ enim in fine mensis Maij, postquam nonnihil ab his Sol discesſit, rursus incipiunt mane apparere, quod tempus idoneum messi incipiendæ affirmat. Arationem incoare iubet occidentibus Pleiadibus, quod in mense Octobri accidit sole existente in Scorpio. s. in oppositio signo. Tum enim Cosmice occidunt Pleiades. ἀρότοιο) Ionice, pro, ἀρότου. Est quasi altera pars præcepti, quando sit incipienda aratio. δυσομενάων) pro δυσομένων .s. occidentibus Pleiadibus

dibus .ſ. occaſu Coſmico, quod fit ſole poſt æquinoctium Scorpium oppoſitum Tauro ſignum occupante. Vide Plin. lib. 18. cap. 25. vbi & Heſiodi nomine Aſtrologiam teſtatur ſuis temporibus extitiſſe. δυσόμενοι autem deriuatur à δύομαι. ἄορ. β. ἐδυσόμην, vel à δύω .i. ſubeo, futurum δύσω. A futuris autem verborum apud Græcos fiunt præſentia. Ita ab illo futuro fit aliud præſens δύσω .i. occido, δύσομαι vel δύσομαι. Proclus dicit illum occaſum Coſmicum Pleiadum eſſe in menſe Octobri, quando etiam apud nos arant & ſerunt ruſtici, ſub feſtum Michaëlis, paulo ante aut poſt, ſub feſtum Mauritij. Tunc eſt acerrima aratio in omnibus locis noſtris, & credibile eſt, meridionales gentes tardius araſſe & conſeminaſſe agros. Loquitur igitur Poëta hoc loco de aratione, quæ fit in autumno, quanquam etiam aratur & conſeminatur rurſum in vere.

αἳ δ' ἤτοι) .ſ. quæ Pleiades. Iam deſcribit tempus, quo Pleiades latent ſub radijs ſolis, & non conſpiciuntur. τεσσαρἀκοντα) .ſ. 20. dies ante & 20. dies poſt. κεκρύφατον) .ſ. latent. abſconditæ vel occultatæ ſunt propter ſolis vicinitatem, à κρύπτω. Hic autem eſt tertia perſona præteriti paſſiui, pro κεκρυμμένοι εἰσὶ, vt apud Homerum in 2. Iliad. ὣς τετρἀφατον. Addunt enim Iones του tantum ad præteritum actiuæ vocis. νύκτας κοὶ ἤματα) Q. d. occultantur quadraginta dies naturales à vicini Solis fulgore tunc Taurum & Geminos peragrantis. Id fit in æſtate, dum Sol propius Taurum verſatur.

Proclus sic interpretatur, Pleiades latere 40. dies & noctes, ita vt per 30. dies lateant, donec Sol est in Tauro, & per dies 5. antequam Sol est in Tauro & per dies 5. antequam egressus est extra signum Tauri. Ita commemorantur 40. dies. Quando igitur Sol est in Tauro, Pleiades latent sub radijs Solis. Quando vero egressus est Sol ex Tauro, tunc Pleiades incipiunt mane ante Solis ortum emergere supra Horizontem & prodeunt paulatim á radijs Solis & Sol est eis remotior per duas aut tres septimanas & ille est ortus Heliacus, qui hîc describitur. Deinde sequitur occasus, quem Proclus interpretatur de occasu Cosmico, & dicit illum occasum esse in mense Octobri, quando etiam apud nos aratur & seritur. Et hoc quoq; est notandum, in talibus locis Poëticis non esse requirendam præcisam & exactam obseruationem, qualis nunc reperitur apud diligentes Astronomos.

Et huc sunt conferendi alij loci in scriptoribus, Liuius lib. 1. Dec. 3. loquitur etiã de hoc occasu Cosmico, vbi dicit Hannibalem transijsse Alpes sub Pleiadum occasum, cum iam tempestas hyemis sæuire inciperet, quod factum est in mense Octobri sub ipsum tempus, quod hîc arationi tribuit Hesiodus. Item Virg. lib. 1. Georg. dicit, Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur, qui locus etiam huc est referendus. Nam id tempus intelligit Poëta, quo Pleiades olim occidebant mane Sole oriente in 4. gradu Scorpionis. Est item locus Ouidij de ortu Pleiadum, Quatuor autumnos Pleias orta facit. Iste est ortus Acronycus seu nocturnus

ferè

ferè circa ipsum tempus æquinoctij. Ouidius igitur loquitur de ortu Pleiadum, sed Liuius & Virgilius de occasu. Quî fit autem, quod idem sydus eodem tempore & occidit & oritur. Verum Ouidius loquitur de ortu chronico seu nocturno, Quando mane occidunt circa tempus æquinoctij Cosmice, tunc nocturno ortu redeunt supra Horizontem. Virgilius, Hesiodus, & Liuius loquuntur de matutino ortu seu Cosmico. Sententia igitur istius loci est, Quando Sol est in Tauro, non conspiciuntur Pleiades, Quia obscurantur à Sole, Alioqui toto anno conspiciuntur. Nostro tempore Pleiades sunt in 22. & 23. gradu Tauri supremæ sphæræ, quæ Ptolomæi fuere in 1. & 2. gradu eiusdem Tauri.

περιπλομένῳ ἐνιαυτῷ) .i. circumuoluente se anno, currente, præterlabente, circumagente se, vel, dum annus circumagitur & voluitur. Non intelligendus est hic locus simpliciter de præterito, exacto, seu circumacto, sed de imperfecto & decurrente ad finem anno. Quia Athenienses auspicabantur annum, non vt nos, sed eo tempore, cum Sol ingrederetur Cancrum sub solstitium æstiuum. περιπλόμενος autem deriuatur aut à πέλομαι .i. existo, aut á πλόω πλῶμι πλόμαι. Inde περιπλόμενος .i. circumuolutus aut circumactus .s. iuxta consuetudinem, legem, & obseruationem anni Attici, quem solebant auspicari á solstitio æstiuo, sicuti Hebræi ab æquinoctio verno, & Romani á bruma. Gellius diligenter hanc vocem reddit lib. 3. cap. 16. pro decurrente ad

finem anno, & non circumacto anno. φαίνονται) .i. apparent, cernuntur. Hunc locum varie exponunt interpretes. Moscopulus sic reddit, περιπλομένου ἐνιαυτοῦ. h. e. Sole circumacto seu recurrente ad illum gradum Geminorum, in quo ante annum fuit, in quo lucent Pleiades. Sed hæc interpretatio videtur longe petita. Proclus propemodum eodem modo interpretatur περιπλομένου ἐνιαυτοῦ. h. e. annuo circuitu, h. e. orbe redeunte ad idem punctum in Iunio mense, cum Sol est in Geminis, quo tempore Pleiades incipiunt rursus lucere mane. Quæ interpretatio est quadam petitio principij. Nam idem dicit, quod antea dictum est. Alia item est interpretatio, Exacto anno, Q. d. Tantum occultantur Pleiades per 40. dies. Postea cernuntur per totum annum singulis noctibus, vel matutino occasu in mense Octobri, vel vespertino Chronico ortu, h. e. Pleiades occultantur seu latent per 40. dies. Postea ortu Heliaco emergunt & conspiciuntur per totum annum. Est & al a sententia, quæ videtur mihi omnium verissima & rectissima, circumacto anno, h. e. sub initium noui anni. Quia Athenienses & cæteri cultiores solebant auspicari annum, sub tempus solstitij æstiui, so ist das etwan ein 40. tage zuuor, scilicet, paulo ante solstitium æstiuum, ante ingressum Solis in Cancrum. Non præcise ponit Poeta, Quando iam annus incipit decurrere ad finem iuxta morem Athenienſium. Quia annum incipiebant à primo gradu Cancri, sub principium solstitij æstiui. Q. d. Rursum vero lucent. h. e. incipiunt lucere, postquam

Sol

Sol discessit mane anno circumuoluto paulo ante ingressum Solis in primum gradum Cancri.

τὰ πρῶτα) Addit signum rusticum, quod commodum illi erat pro suo instituto. Postquam enim Hesiodus Perſæ ex ortu & occasu Pleiadum, æstatis tempus & arationis indicauit, Ista vero cognitio homini plebeio videatur esse difficilis, iam apertius & exemplo ex vita communi desumpto, demonstrat ipsi exortum Pleiadum, & inquit, quod Pleiades eo tempore exoriantur, quando agricolæ acuunt & consolidant falces, atq; ad messem præparant. Præmittit autem messem arationi, & reliquis laboribus, vt propter spem lucri excitet fratrem ad agriculturam, quem natura procliuem ad ocium & desidiam esse nouerat. χαραδομένοιο σιδήρου) .i ferro acuminato seu acuto, vel acuta falce, vel quando ferrum subigitur, vel, quando falces seu ferramenta ad faciendam messem parantur, subiguntur, seu acuuntur, vel, cum homines incipiunt se parare ad messem. quod fit paulo ante solstitium æstiuum. Quia fuit illis haud dubie maturior messis, quam nobis. In summa Poëta describit tempus, quo solent latere Pleiades sub radijs solaribus. Q. d. tunc iterum apparent Pleiades, quando primum acuendæ sunt falces, aut quando paratæ ad messem. χαραδομένοιο) Ionice pro χαραδομένου ἀπὸ χαράσσω, quod hoc loco significat subigo seu acuo. Alioqui sumitur pro signo seu imprimo, inde venit χαραγμὸς proprie significans impressum signum, quod imprimitur percutiendo.

οὕτω τοι πεδίων) Hactenus in genere descripsit Poëta duo tempora anni, quibus debeant fieri præcipua opera rustica, nempe, aratio & messis, & illa tempora distribuit iuxta ortum & occasum Pleiadum. Dixit autem primum de ortu Heliaco Pleiadum, qui fuit celebris, notus & conspicuus, cum mane cernerentur Pleiades lucere ante Solis ortum. Deinde fecit etiam mentionem occasus Cosmici, qui etiam est illustris & conspicuus, quod viderunt circa illud tempus occidere Pleiades, antequam Sol oriretur. Iam sequitur conclusio totius descriptionis veluti ὠνάφώνημα, cui addit adhortationem ad laborem, veluti insignem concionem pro more sacerdotum, qualis Hesiodus fuit, & dicit illam esse regulam generalem, nempe, apud omnes gentes hæc tempora arationis & messis esse obseruanda, siue habitent in maritimis, siue mediterraneis locis. νόμος) .ſ. ἀνθρώπων q. d. ista est lex, seu regula, quam volo. Q. d. Omnes gentes solent metere istis temporibus, quibus dixi. Græci plærunq; dissimulant antecedens, sicut & hic fit, cum dicit, Hoc est obseruandum, scilicet, ijs agricolis, seu hominibus. πεδίων) .i. camporum, agrorum, aruorum. τὸ πεδίον planicies, ager, campus. sed τὸ πέδιον dicitur vinculum paruulum. νόμος) .i. lex, Inde voluntas magistratus est lex non scripta, ἡ βουλὴ τοῦ ἄρχοντος ἐστὶ νόμος .i. est habenda pro lege non scripta. πέλεται) pro, ἐστὶ .i. est seu existit. πέλομαι enim verbum substantiuum Poëticum idem quod εἰμὶ significat. Poëtæ enim crebro ideo vsurpant,

quod

quod est numerosum, est obediens Musicæ seu numeris, facile inseritur versui. Verbum autem εἰμὶ non semper conuenit versui. νεμετάδε) Verbum deriuatiuum à νάω id est, accolo, seu habito. Παλάσσης) .i. in ora maritima.

ἄγκεα) τὸ ἄγκος significat vallem seu locum bene cultum & fertilem inter montes, seu amplam & magnam vallem quandam. Nemo autem scit, quomodo vocetur, quod Germani dicunt die Awe. Tota Thuringia est vallis quædam inter montes & syluam Harcimiam. Βησσήεντα) .i. humidas, irriguas, concauas, profundas, flexuosas. Βῆσσα significat concauitatem irriguam inter montes, & flexuosum. Homeri interpres in Iliad. 3. fertilissimum, maximeq; pecuium locum exponit. h. e. γονιμώτατον καὶ κατιμότατον τόπον. Inde est nomen deriuatiuum Βησσήεις .i. pratosus, seu abundans pratis, da viel Wiesen sind. Q. d. die in den guten Awen oder gründen wonen/ oder / da man keine Acker findet / die da in der höhe liegen. Βῆσσα est apud Græcos, quod nos Germani vocamus pratum, eine Wiesen .i. locum irriguum inter montes & flexuosum. Nostri vocant etiam einen grund/ propterea quod in illis locis irriguis sunt commoda prata & pascua, Ideo insulæ sunt fertilissimæ, quia humor suppetit. χῶρον) .i. terram, solum, regionem. Est appositio. ἄγκεα Βησσήεντα) .i. valles, vbi sunt loca irrigua. Nomina in εις & κεις significant abundantiam & copiam, sicut apud nos nomina in osus &

entis. κυμαίνουτ@) .i. procul à mari procelloso, obnoxio procellis, vndante, fluctuante. κῦμα id est, fluctus. Inde κυμαίνομαι .i. inundo, concutior fluctibus & κυματίας πόταμ@ dicitur mare seu pontus inundans fluctibus. Sententia autem totius huius loci est. Est hæc regula illis etiam generalis, qui habitant valles irriguas & locum fertilem non procul à mari. Quia illæ valles plærunq; sunt pingues & fertiles. Quia sunt loca irrigua. In eadem sententia est etiam Interpres Græcus, vbi præcidens omnem prætextum, quem Perses adferre potuisset, inquit, Hanc legem esse agriculturæ, vt aratio fiat sub occasum Pleiadum, Meßis autem sub ortum earundem, eaq; tempora idonea esse tam ijs, qui marina, arenosaq; & pinguia loca accolunt, quam illis, qui in locis mediterraneis opimisq;, & procul à mari remotis habitant. Eobanus Hessus hunc locum sic reddidit,

Agricolæ lex est, siue is prope littora ponti
Seu longe inde habitet, pinguesue in vallibus imis
Seruet agros, vt nudus aret, proscissaq; nudus
Conserat, & nudus flauentia demetat arua
Tempore si perfecta suo velit omnia, quæ sunt
Humano generi Cereris data munera magnæ, &c.

Huc vsq; habuimus primum locum, nempe descriptionem arationis & meßis.

TEXTVS.

γυμνὸν ἀπείρων, γυμνὸν ἢ Βοωτῆν,
γυμνὸν δ' ἀμᾶσαι, εἴκ' ὥρια πάντ' ἐθέλησθα

Εργα

Εργα κομίζεσθαι δημήτερος, ὥς τοι ἕκαστα
Ὡρι' ἀέξεται, μήπως τὰ μεταξὺ χατίζων
Πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους, καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς.
Ὣτ καὶ νῦν ἐπ' ἐμ' ἦλθες, ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω,
Οὐδ' ἐπιμετρήσω. ἐργάζευ νήπιε πέρση
Εργα τάτ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο.
Μή ποτε σὺν παίδεσσι γυναικί τε θυμὸν ἀχεύων,
Ζητεύῃς βίοτον κατὰ γείτονας, οἵδ' ἀμελῶσιν.
Δὶς μὲν γὰρ καὶ τρὶς τάχα τεύξεαι. ἢν δ' ἔτι λυπῇς,
Χρῆμα μὲν οὐ πρήξεις. σὺ δ' ἐτώσια πόλλ' ἀγορεύσεις.
Αχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νόμος, ἄλλα σ' ἄνωγα
Φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν, λιμοῦ τ' ἀλεωρήν.

VERSIO.

Nudus serito, nudus autem arato,
Nudus quoq; metito, si tempestiue omnia volueris
Opera curare Cereris, vt tibi singula
Tempestiue crescant, ne forte interim egens
Mendicatum petas alienas ædes, & nihil proficias,
Quemadmodum & nunc ad me venisti. Ego vero tibi non amplius dabo
Neq; mutuo dabo Labora stulte Perse

Opera,

Opera, quæ hominibus Dij ordinauerunt,
Ne forte cum liberis & vxore tua dolens in animo
Quæras victum apud vicinos. Illi vero negligunt
Bis quidem & ter fortasse consequeris. Si autem amplius molestes
Opere precium non facies. Tu autem multa inania dices.
Inutilis autem erit verborum lex. Verum te iubeo
Considerare, debitorumq; solutionum, famisq; effugium.

VALLA.

Nudus ara, nudusq; sere, & mete corpore nudo,
Si tempestiuos agrorum ducere cultus,
Augeriq; illos magnis successibus optas,
Neue aliena roges interdum pauper egenus.
Quod si ad nos supplex iterum fortasse redibis,
Non iterum dabimus, iuuat exercere labores
Improbe, quos inter mortales diua potestas
Sortita est, ne tristis inops cum coniuge mœsta,
Aut cum natorum misera comitante caterua
Victum à vicino rogites, dare negliget iste:
Bis vel ter fortasse dabit, dehinc si petis vltra,
Proficies nihil: at tu plurima verba refundes,
Orabisq; iterum, frustra tamen. artibus vt te
Iampridem admonui vigila, atq; incumbe labori.
Dira fames procul hinc abeat, tua debita solue.

FRISIVS.

At nudus sere, nudus arato,
Et nudus metito, Cereris si in tempore cuncta
Officia exoptes curata, vt tempore crescant

Quæ

Quæq; suo, ne quando, grauis dum vexat egestas,
Frustra mendices aliena per ostia victum,
Vt qui nunc ad me veneris, at non dabo quicquam
Aut dono aut vsu, sed Perse stulte labora,
Ipsi terricolis Dij constituere laborem,
Ne cum filiolis, cum coniuge pectora tristis
Panem à vicinis quæras, ipsiq; repellant.
Forsitan accipies bis terue, at si inde molestes
Efficies nihil, in vanum sed plurima dices.
Sed quid verba iuuant? hortor memor esto parare
Ipse, feram vnde famem places, ac debita soluas.

DISPOSITIO.

Secundus sequitur locus continens signum, quo rursus describit tempus arationis & messis. Vult enim messem, sationem, & arationem nudo corpore fieri. Hoc autem dicit, *exhortans ipsum, vt hos labores mature & antequam hyems intendatur, perficiat, aut vt fortiter & magna virium intentione laboret, quæ tantum ipsi æstum comparet, vt se denudare cogatur. Verum percommode addidit commonefactionem metaphorice expressam, qua aliud nihil significatur, quam sedulo & in tempore necessaria vocationis officia esse peragenda, nec in longum tempus esse differenda ea, quæ pertinent ad œconomiam conseruandam. Cunctatio enim in laboribus & operibus œconomicis peragendis plærunq; est noxia.* Ideo & Virgilius hoc præceptum Hesiodicum imitatus Georg. lib. 1. dicit, Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colone. At *cunctatio in Reipub. negotijs, quæ plena*

sunt

sunt periculis, adeoq; in bellis sæpe salutaris fuit, vt Cunctatio Fabij apud Liuium. Sententia igitur huius loci est, vide, vt mature & debito tempore omnia, quæ ad œconomiam spectant, peragas, ne hybernum tempus te opprimat, si fruges maturas velis percipere.

PRIMA ratio adhortationis ad diligenter laborandum sumpta est á futuro damno, Molestum & odiosum est ab alijs emendicare, quibus opus habeas ad alendam familiam. SECVNDA ratio sumitur á mandato DEI, qui vult vnumquemlibet mortalium viuere in sudore vultus sui & exerceri labore ad premendam carnem, & mortificandas cupiditates carnis. Nam qui in ocio viuunt, ambulant non in DEI, sed in Diaboli vijs. Non enim sunt, nec viuunt in ordinatione diuina, siquidem laborem ordinauit Deus. TERTIA ratio sumitur à benedictione Dei. Labor est res sanctissima, qua Deus delectatur, & per quam vult benedictionem suam tibi donare. Quid enim amplius vis? Primum audis Deum velle per laborem, victum & alia ad tuendam vitam necessaria, per benedictionem suam largiri. Deinde etiam tuo labore delectari, eumq; approbare ac sacrificij & gratissimi cultus loco habiturum esse, siquidem non simpliciter labor est, sed opus obedientiæ seu vocationis. Hæc igitur exhortatio Poëtæ licet Ethnici, & tamen in sacris literis quoq; comprehensa, diligenter discenda & exercenda est, vt laborem, & omnes molestias in familia alenda æquo animo feramus, & per

patien-

patientiam vincamus, contenti hoc dicto, quod scimus Deo nostrum vitæ genus gratum esse, & ideo ipsum benedicturum esse nobis. Hoc modo cum bona ac lœta conscientia familia regi, & omnia incommoda deuorari possunt.

EXPLICATIO TEXTVS.

σπείρειν) Infinitiuus ponitur pro imperatiuo consuetudine Græcorum & Hebreorum, Ideo etiam infinitiuus construitur cum accusatiuo. σπείρω autem est sero. Inde σπάρτοι .s. fratres Cadmei, propterea quod essent nati ex satis dentibus Draconum. βοωτεῖν) .i. arare á βοῦς. ἀμᾶσθαι) .i. metito, ab ἀμάω vel ἀμάομαι .i. meto, vel, messem facio. ἐθέλησθα) θα est paragoge Ionica, pro, ἐθέλῃς. ὥρια) .i. tempestiua, matura, opportuna, pro, tempestiue, vel, debito tempore. Græcismus est, quia neutra aduerbiascunt. ὧραι significant Græcis debita anni tempora. Apud Lucianum est, Ne perueniat ad horam, h. e. ad suam maturitatem. κομίζεσθαι) .i. percipere, deportare, curare, item recuperare, Q. d. vide ne sis tardißimus inter tuos vicinos, vel, vide, vt primus tu efficias tuum opus. γυμνὸν) Hæc est poëticum. Q. d. ara, serito & collige messem, fac omnia deniq; antequam te opprimat frigus hybernum. Nam agricola non potest colere agros suos in hyeme. Loquitur hîc Poëta de tertiatione. 1. Proscißio. 2. Iteratio. 3. Tertiatio.

tiatio. δημήτερος) Q. d. Si vis, vt fruges tibi proueniant suo tempore & matureſcant, tunc oportet tempeſtiue, vel debito tempore ſubire operas ruſticas. ἔργα) .i. frumentum vel illos maturos & tempeſtiuos fructus. Q. d. Si voles percipere fruges maturas ſuo tempore, oportet te etiam impendere labores tempeſtiuos. Qui enim non laborat in tempore, ille etiam non percipit fruges in tempore. Qui non ſeminat in tempore, ille etiam non metet in tempore. ἕκαστα) .i. ſingula, vnumquodq;. ὥρια) .i. tempeſtiue, maturè. ἀέξεται) .i. augeantur, creſcant, proueniant cumulatim, ab ἄέξω id eſt, augeo. Poëta verbo ſingularis numeri nomen pluralis numeri adiunxit, quod Græcis eſt vſitatum.

μήπως τὰ) Per hanc occaſionem inſerit adhortationem ad diligentiam & laborem. Q. d. ne ſi careas aliquo interim ſpacio, mendicare cogaris, aut inſtar mendici nudus & egens petas alienas ædes. τὰ μεταξύ) .i. interim, vel, interea. χατίζων) .i. indigens. πτώσσῃς) .i. mendices, vel, mendicatum petas, á πτώσσω, h. e. trepide peto, vel πτωχεύω id eſt, mendico. Inde πτοχός .i. mendicus. Inde ξενοδόχαον locus dicitur, vbi hoſpites recipiuntur. ἀνύσσῃς) Eſt geminatum σ, vt conſtent numeri, h. e. efficias, promoueas, ab ἀνύω, Q. d. moleſtum eſt ab alijs emendicare victum. Poterit enim quis fortaſſe aliquid efficere & impetrare, ſi ſemel venit. Sed ſi ſæpius, eſt moleſtum, tunc extruditur ſua ſpe fruſtratus. Nam vulgo dici ſolet, zu viel gellen macht vnwerde Leute. Sententi

tentia igitur huius loci est, vide, ne emendicare cogaris ab alijs, & nihil efficias, neq; impetres quicquã. ἦλθες) ab ἐλεύθω. i. venio. ἀορ. β. ἦλυθον καὶ ἦλθον, quod magis est in vsu. ὦμοσα) .i. amplius addam, vel, largiar, vel, gratis & gratuito condonabo, neq; mensurabo aliqua mensura vel modio. ὦμοσα μετρήσω) .i. mutuabo, mutuo dabo, admetiar, zumessen.

ἐργάζου) Sequitur pulchra sententia, quæ consentit cum Psalmo 128. Laborem manuum tuarum commedes. Item Genes. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. Hæ sententiæ testantur Deum imposuisse hominibus laborem, & istum laborem manuum & sollicitudinem pro familia esse sacrificium Deo gratum. Debemus igitur laborare propter mandatum Dei, & deinde committere Deo, vt benedicatur noster labor, iuxta illud dictum Salomonis, Benedictio Domini facit diuites. ἐργάζου) Apostrophe, in qua fratrem adhortatur ad laborandum. ἐργάζου, Ionice pro ἐργάζῃ. ἔργα .i. opera, labores. διετεκμήραντο) .i. constituerunt, ordinauerunt, sortiti sunt, determinarunt, à τεκμήρομαι .i. signo. Inde τεκμήρια dicuntur signa. Q. d. vnusquisq; in suo genere vitæ faciat illud opus, & fideliter, ad quod Deus illum vocauit. Et debet hæc sententia non tantum ad agricolas, sed ad omnes vocationes, status & officia huius vitæ seu mundi accommodari. Vita nostra in omnibus vocationibus

tionibus est labor & dolor, sicut ipsa experientia satis testatur.

ἀχεύων θυμὸν) .i. dolens in animo, affligens seu excrucians animum tuum ab ἀχεύω vel ἄχεα .i. dolore afficio, inde ἄχος .i. dolor. ζητεύῃς) .i. quæras, consequaris, mendices, a ζητέω .i. quæro, unde ζητητικὰ ingenia dicuntur, quæ semper aliquid inquirunt, neq; possunt desistere, donec abstrusum eruerint, eaq; solidam doctrinam consequuntur. κατὰ γείτονας) .i. passim, in vicinia, vel, per vicinos. Græcismus est. Q. d. ne cogaris passim mendicare. ἀμελῶσι) .i. negligant, non curent, non dent tibi, aut certe, ne maligne dent tibi, ab ἀμελέω, per contractionem ἀμελῶ. Argumentum hoc loco sumitur a pœna, quam Deus infligit ignauis, ociosis, & maligne laborantibus. Q. d. Deus maledicit illis, qui maligne & infideliter laborant. Econtrà Deus benedicit laboribus fideli & retribuit illi sua præmia, opulentiam, tranquillitatem, rem familiarem bene constitutam, commoditatem vitæ, Quæ omnia sunt præmia legis. De his enim hoc loco procul dubio loquitur Poëta.

δὶς μὲν) occupatio, fortasis semel atq; iterum poteris a vicinis aliquid impetrare. Sed si sæpius veneris, tandem te extrudent. τεύξεαι) .i. consequeris aut adipiscaris aliquid, si qui erunt benigniores, a τυχάνω .i. sortior, inquiro, vel potius τυγχάνω .i. consequor. Inde τύχη .i. fortuna, futur. τεύξομαι. Est enim verbum anomalum. Verba in αω & σκω sunt anomala, & mutuantur reliqua tempora ab aliis verbis.

verbis. λυπῇς) .i. tristeris, molestus fueris, molestaueris, á λυπέω .i. dolore afficio, seu, molestiam affero. λυπέομαι .i. dolore afficior. χρῆμα) .i. rem, negocium. πρήξεις) .i. efficies á πρήσσω, vel πράσσω .i. efficio. Q. d. frustra postulabis, vel, non facies operæ pretium. ἐτώσια) .i. irrita, inania, vana. πολλὰ) .s. verba. ἀγορεύσεις) Q. d. multa verba effundes benigna & blanda & tamen nihil efficies, sicut narratur historia de quodam portitore, qui cuidam petenti, vt transueheretur, respondit, die wort sind gut / giebestu mir das geldt / so füre ich dich vber. ἀγορεύω .i. loquor, dico, concionor. ἀχρεῖος) Q. d. verba nihil iuuant, vel, inutilia sunt verba, quando res ipsa requiritur. Q. d. si non laboraueris, tunc alijs deinde eris molestus, Tu sæpe multa verba perdes, quando aliquis non habet, quod aut vnde det. ἄνωγα) ab ἀνωγέω vel ἀνώγω. Hic est præteritum medium. ἀλλὰ) Conclusio adhortationis. φράζεσθαι) .i. animaduertere, considerare. λύσις) .i. solutio. Oeconomica præcepta sunt hæc. χρεῶν) .i. æris alieni, vel debitorum. Est enim boni viri officium, æs alienum contractum soluere. χρεῶ dicitur æs alienum. ἀλεωρὴν) .i. euitationem, effugium. Q. d. da operam, vt soluas æs alienum, & positis effugere famem, das du dich deso hungers kõntest erwehren, ab ἀλεύαμαι seu ἀλεύομαι .i. fugio, vito. Inde ἀλεωρὴ .i. vitatio, effugium. Hæ sententiæ præcipiunt, perinde, vt verbum Dei, scilicet, vt laboremus & detam fidem seruemus.

TEXTVS.

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀρ-
τῆρα,
Κτηπὴν οὐ γαμετὴν, ἥ τις καὶ βουσὶν ἕποιτο,
Χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι.
Μὴ σὺ μὲν αἰτῇς ἄλλον, ὅδ' ἀρνῆται, σὺ δὲ
τητᾷ.
Ἠδ' ὥρη παραμείβεται. μινύθῃ δέ τοι ἔργον.
Μὴ δ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον, ἔς τ' ἔννηφιν.
Οὐ γὰρ ἐτωσιοεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιὴν,
Οὐδ' ἀναβαλλόμενος. μελέτη δέ τι ἔργον ὀν-
φέλλει.
Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει.

VERSIO.

Domum quidem omnium primum, & coniugem, & bouem aratorem,
Famulam non nuptam, quæ etiam boues sequatur.
Vtensilia vero in domo omnia apta facito:
Ne tu roges ab alio, Iste autem neget & tu careas
Tempus autem idoneum prætereat, minuaturq; tibi opus,
Neq; differas in crastinum, & in perendinum diem,
Non enim ignauus vir implet horreum,
Neq; cunctator. Assiduitas vero tibi auget opus,
Semper autem vir differens opus suum, cum damnis conflictatur.

VAL-

VALLA.

In primis tibi conde domum, precioq; ministram
Dehinc eme, quam possis custodem adiungere bobus.
Pone domi quantum toto tibi sufficit anno,
In rebus spes est alienis irrita: Nam si
Hic dare forte neget, tu semper pauper egebis.
Tempora labuntur, operum quoq; deficit vsus.
Ad cras rem differre nocet: nunquam horrea nunquam
Implet iners, aut qui tempus producit, habenda est
Cura operi, turgescet opus. mala mille molestant
Affliguntq; hominem, cui segne & inutile corpus.

FRISIVS.

Primum ædes, famulam, taurum, qui ducat aratrum,
Emptam, non ductam, tua quæ iumenta sequatur.
Hinc memor apta tuæ domui instrumenta parato,
Ne poscas alium illa, & eo ludare negante,
Tempora diffugiunt, inceptaq; res caret auctu.
Ne differ sub cras opus, adq; diem inde sequentem,
Nam sua desidiam sectans replet horrea nunquam,
Nec cunctator iners: studium rem promouet vnum.
Hinc est lucta pigro cum paupertate perenni.

DISPOSITIO.

οἶκον) *Supra in primo versu huius secundi libri complexus est summam agriculturæ, messem videlicet & arationem. Nunc sequitur narratio continens ge-*

neralia quædam præcepta ad vniuersam œconomiam pertinentia, qualia etiam apud Aristotelem & Xenophontem extant. Vult autem primum Poëta Hesiodus certam deligi sedem, vbi cum vxore & liberis habitare possis. Ille enim non facilè diteſcet, qui non habet sedem, in qua moretur, iuxta illud vulgare dictum. Φίλος οἶκος, οἶκος ἄρις, eigen herd / iſt goldes werth. Deinde vult quæri mulierem, quæ sit adiutrix in re familiari. Etsi autem Aristoteles œconomiam suam ab hoc versu incipiens referat Hesiodi versum ad vxorem, tamen Poëtæ præceptum dicit de paranda ancilla, non ducenda vxore, quod ipse diserte indicauit Poëta. Sic enim ait, οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε βοῶτ' ἄροτῆρα κτητὸν, οὐ γαμετήν. Atq; ita deinceps persequitur cæteram de agricultura & domestica re doctrinam, & tandem de re familiari paranda & domo constituenda expositis vniuersis monet, vt paterfamilias futurus vxorem ducat vigente ætate & suo tempore, his versibus, ὥρᾳ δὲ γυναῖκα, &c. Atq; mox etiam suam sententiam demonstrat de ea ætate, quæ virginis esse debere videatur maturæ nuptijs. Virginem enim duci ille iubet, & definit ætatem nubilem annis 19. præterea vult, vt, habeat paterfamilias bouem aratorem. h. e. eligat honestum & certum genus vitæ, quo victum quærere & se & suos alere possit. Illa enim tria requiruntur ad œconomiam, nempe, ad victum & cultum requiritur domus, & facultates, in quibus & seruitia sunt & ij, à quibus tota res administretur & gubernetur. Ideo

requirit

requirit etiam ancillam non nuptam, Quia quæ sunt nuptæ, impediuntur suo coniugio, quo minus subeant operas rusticas.

χρήματα) Secundum præceptum commendat ordinem & curam in re domestica. Vult enim, vt paterfamilias omnia, quibus opus est in re familiari, habeat parata & ordine disposita, siquidem res paruæ diligentia augentur, negligentia vero maximæ pereunt, Ideo Columella dicit nihil magis prodesse, quam si seruetur ordo. Additur ratio præcepti ab incommodo futuro. Quando enim sæpe veteris tuo aratro, tandem frangitur, & cum postea aliud petis à tuo vicino, & ille recusat tuæ petitioni satisfacere, vide, ne interim opportunitas rei bene gerendæ elabatur, nec possis arare, aut sementem facere debito tempore. Igitur agricola diligens debet habere rationem occasionis, quæ perditur sæpe, dum petimus ab alijs mutuum, Iuxta vulgare dictum, fronte capillata, post hæc occasio calua.

μηδὲ ἀναβάλλεσθαι) Tertium præceptum, Non esse differendas operas rusticas. Quia procrastinatio & dilatio operis in re familiari non est vtilis. Vt autem Hippocrates testatur quiete & temperantia fieri multis grauissimis morbis medicinam, Ita etiam in Reipub. administratione interdum quiete consulitur rebus, Tametsi ob oculos nobis sunt ponendi etiam maximi viri, qui properando omnia confecerunt, sicut Scipio Aphricanus, Papirius, C. Cæsar, Hannibal. Demosthenes in epistola ad Athenienses de fœlici

successu rerum Alexandri Macedonis tandem subdit hæc verba, πράξεων καὶ πόνων καὶ τολμῶν, οἷς καθήμενος εὐτύχει. *h. e. agendo, laborando, audendo, non desidendo fortunam sibi peperit. Hinc Poëta Virgilius recte dicit Aen. 10. Audentes fortuna iuuat, propterea quod id genus hominibus quasi faueat, infensa ijs, qui nihil audent experiri, sed veluti cochleæ perpetuo latent intra testas. Sic fertur C. Cæsar propter felicem successum suarum rerum gestarum exclamasse, veni, vidi, vici. Vulgo dicitur,* Ein verzagter Mann thut keine redliche that. *Quod igitur Hesiodus docet in re rustica maximopere obesse dilationem operarum, idem solet etiam fieri in studijs. Iuxta versum Ouidij,*

Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas,
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

Item:

Qui non est hodie, cras minus aptus erit,

Facit aũt duo hominũ genera & vtraq; reprehendit. Alterum genus est eorum, qui inutiles labores suscipiunt, & necessarios negligunt. Alterum vero genus est eorum, qui vtiles labores differunt.

EXPLICATIO TEXTVS.

οἶκον) *Addendum est verbum, para, vel, vide, vt habeas paratam domum. Hîc complectitur vno versiculo totam œconomiam, ad quam requiruntur illa*

tria,

tria, 1. Domus. 2. Ancilla, seu mulier adiutrix in re familiari. 3. Bos arator, qui est vnicuiq; honestum genus vitæ in suo ordine, & in sua conditione. γυναῖκα) .i. mulierem. Aristoteles incipiens œconomiam suam ab hoc versu, retulit vocem γυναῖκα ad vxorem, cum Hesiodus de ancilla loquatur. Nam sic statim sequitur, κτητὸν, οὐ γαμετὸν, h.e. emptam ancillam, non nuptam. Βοῶν τ' ἀροτῆρα) per Iouem aratorem intelligit Poëta rationem quærendi victum. Porrò eundem versum citat Aristoteles etiam in lib. 1. τῶν πολιτικῶν, vbi de Boue dit, ὁ γὰρ βοῦς ἀντὶ οἰκέτου τοῖς πένησιν ἐστίν. h. e. Bos enim famuli loco pauperibus est. Vnde & Plinius lib. 8. cap. 45. de Boue loquens, inquit, socium enim laboris, agriq; culturæ habemus. Cum autem, quemadmodum dicitur in primo politicorum libro, sine nutrimento, seu cibo, vita conseruari, durareq; nequeat, pertinet nimirum ad rem domesticam cura quærendi, qui sunt quæstus. PRIMVS igitur ibi nominatur quæstus ex pecoribus, quem νομαδικὸν βίον appellat author. SECVNDVS γεωργικὸς, agriculturæ, cuius sunt fructus, qui exercendo terram, & opere rustico faciendo percipiuntur. TERTIVS, latrocinij & prædarum, λῃστικὸς. QVARTVS piscatus, ἁλιευτικὸς. QVINTVS venationum, θηρευτικὸς. Quæ omnia ad vnum genus τῆς κτητικῆς. h. e. comparandarum facultatum, & quærendæ rei gnauitatem seu artem referuntur. Nam cauponæ & fœnoris, & cumulandæ pecuniæ calliditatem, & officinæ ope-

ra, quæ nummis tantum compensantur, totam denique mercaturam & lucri cupiditatem non esse per se secundum naturam docet, hoc maxime argumento, quod affluens his diuitijs, sicut Midas, fame posit interire.

κτητὴν) .i. mancipium seu ancillam precio emptam, à κτέομαι .i. acquiro vel possideo, inde κτῆμα .i. possessio. κτητικὸς dicitur seruus, in cuius corpus aliquis vim habet, Nomen adiectiuum est verbale. Inde κτητὴ dicitur serua seu famula empta. οὐ γαμετὴν) .i. non nuptam, eine ledige Magd. Quia nuptæ occupantur suis rebus, seu impediuntur suo coniugio, quo minus possint subire labores pastoris. ἕποιτο) .s. quæ famula sequatur boues, die das Vieh austreibe. Q. d. Tu non debes eligere ancillam delicatam, mollem, aut teneram, quæ respuat rusticas operas, aut quæ habeat virum (Alioqui enim paterfamilias cogeretur alere ancillam cum marito) sed quæ pascat boues, seu quæ possit subire officium pastoris, quando scilicet res postulat. ἕποιτο ab ἕπομαι. Iste igitur versiculus argute intellectus continet totam œconomiam, Vide Xenophontem in œconomicis & Columellam in præfatione 12. libri de laudibus coniugij. In primo præcepto ita Poëta exhortatus est fratrem, vt ante omnia de domo sibi prospiciat, quæ cum ipsum, tum reponenda comprehendat, tum de muliere, quæ sit κτητὴ .i. mercenaria, non nupta, & quæ boues sequatur. h. e. quæ ad rusticanam rem pertinent,

tinent, custodiat, neq; tamen sit ϖουδοποιὸς, *sed mulier tantum ad famulandum destinata.*

χρήματα) *Sequitur aliud præceptum, vt agricola habeat in domo sua instrumenta rustica, quibus opus est, bene & recte disposita.* Est enim, vt Xenophon *in œconomicis testatur, sanè ista paupertas euidens, non habere id, quod requiris ad vtendum. Nihil autem est apud homines vel ad vsum commodius, vel ad speciem pulchrius, ordine.* Nam & chorus *constat ex hominibus. Hi vero cum fortuito & temere quiduis agunt, turba ista perspicue iam est, & spectaculum iniucundum. Vbi vero ordinem & rationem agendo, pronunciandoq; seruant, ibi isti ijdem simul digni sunt maxime, qui spectentur & audiantur. Hoc præceptum Columella quodammodo videtur interpretatus esse his verbis, vetus (inquit) est prouerbium, paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas, vti eo non posse, Quia ignoretur, vbi proiectum iacet, quod desideratur. Monet igitur initio mature & in tempore comparandam esse suppellectilem futurorum instrumentorum, vt materia sit ad manus, cum vsus postulat, quandoquidem sic comparatum est in re rustica, vt si vnam rem sero feceris, omnia opera sero feciſſe videaris.* χρημάτων *appellatione tam mobilia, seseq; mouentia, quàm immobilia continentur, huiusq; significatio tam late patet, quam pecuniæ apud Iurisconsultos atq; eo amplius.* χρήματα *enim sunt* οὐσία, κτήματα, βοσκήματα, *census denique, & facultates, opes, bona, & fortunæ. h. e.* τὰ ὑπάρχοντα,

χοντα, τὰ ὄντα hac dictione significantur. χρήματα igitur vtensilia. h. e. res, quæ sunt vsui. Hinc χρῆσις .i. vsus. χρηματίζομαι .i. lucror, vel, quæstum consector. εἰν) Posuit pro ἐν propter numeros. πάντ') den gezeug alles miteinander .s. ne quid tibi desit. Q. d. instrumenta ad agriculturam pertinentia, & alia, quorum est vsus necessarius, & quæ ἄρμενα. h. e. ἁρμόδια sunt, id est, competentia, des operam, vt præpares, domiq; tuæ habeas. ἄρμενα) .i. apta, recte disposita, & ordinata, congruentia, pro ἀρόμενα, ab ἄρω .i. congruo, apto, q. d. vt fiant omnia quodam ordine. Illud ἄρμενα etiamsi sit ἀπὸ τοῦ ἁρμοζόμενα factum tamen accentu tenui scribitur, per syncopen Aeolicam. Omnia enim talia, cum sunt perfecta, asperantur. Contracta autem, tenui accentu proferuntur, vt illud ἁλλόμενος .i. saliens & ἁρμοζόμενος, aspirantur. Dicimus enim ἐφαρμοζόμενος & καθαλλόμενος, sicut Homerus ἥτε καθαλλομένη, ἰοειδέα πόντον ὀρίνει. Deducta autem ab illis, ἄρμενος & ἄλμενος, per contractionem Aeolicam atttenuantur, sicut hoc loco illud πάντ' ἄρμενα, & apud Homerum, ἐπάλμενος ὀξεῖ δουρὶ. ποιήσασθαι) Infinitiuus pro imperatiuo. h. e. fac, vt habeas tuam suppellectilem in domo tua bene & recte dispositam, das man ein jeders / das man bedarff / weis an seinem bequemen ort zu finden.

μὴ σὺ μὲν) Addit rationem ab incommodo. Quando enim sæpe vteris tuo aratro, frangitur tandem, & cum aliud á vicino petis, illeq; recusat, interim

occasi

occasio rei gerendæ prætereat, & frigus hybernum te opprimat. αἰτῆς ἄλλον) .i. roges ab alio, aut postules, ab αἰτῶ .i. peto. ἀρνῇ) ab ἀρνέομαι .i. nego, recuso. τηλᾷ) .i. careas, frustreris, destituaris, prius eris, à τηλάω .i. priuo, frustror. ὥρη) dicitur tempus idoneum, opportunum, tempestiuum, opportunitas rei bene gerendæ, occasio. παραμείβηται) .i. ne prætereat occasio rei gerendæ, vel, ne prætercurrat tempus opportunum singulis, vt arationi, seminationi, & alijs laboribus, παραμείβομαι .i. prætereo, transeo, fürüber gehen. μινύθῃ) .i. minuatur, corrumpatur, omittatur. μινύθω est verbum neutrale, significatione passiua. Poëta habet satis humiles figuras, sicut res rustica requirit. Q.d. Tu non posses conficere opus tuum, non posses arare & sementem facere suo tempore. Maxima est ducenda ratio temporis, quo quid sit recte agendum.

μὴ δ' ἀναβάλλεσθαι) Aliud præceptum de non differendis operis rusticis. Sunt enim hîc ordine aphoristico breuia præcepta tradita, ex quibus quædã postea fusius tractantur. Q.d. quando sunt res eiusmodi, quibus agendis non sufficit exiguum tempus, tunc non est quiescendum. ἀναβάλλεσθαι) .i. differre pro differas. Infinitiuus pro imperatiuo, quod est vsitatum in Græca lingua. Q.d. non nectito moras. In oratione Ciceronis pro M. Marcello fit mentio, quomodo Cæsar omnes res suas maximas properando confecerit, & ille dicitur vir acer, sicuti nunc sunt Hispani.

ἐσ αὖ-

ἐσ αὔριον) .i. in crastinum. Sicut Horat. lib. 1. Epist. 12. ad Maximum Lollium inquit, Dimidium facti, qui cœpit habet,

Dimidium facti fertur qui cœpit habere
Aspera principij dicitur esse via,
Quam qui complanat grates, laudesq; meretur
Nempe ita plus toto aut totius instar habet.

Sic supra de virtute scripsit Hesiodus,

Omnino vicium facile est contingere cuiuis
Est via ad id breuis & vicina in sede moratur
Contra virtutem sudoribus vndiq; Diui
Præsepsere & longus ad hanc, perq; ardua callis
Asper & est primum sed vbi alta cacumina victor
Contigerit, iam fit facilis licet ardua dudum.

Hos autem versus Hesiodi, in quibus reprehendit procrastinatores, Sic reddidit Eobanus Hessus,

Crastina ne spectes faciendis commoda rebus
Tempora, nec seræ suspende opera vlla diei,
Nam domus ignaui vacua est, & semper egebit
Quin magis assiduo crescit res aucta labore,
Nam mala paupertas adfligit semper inertem.

ἐσ ἔννυφιν) Pro εἰς τε ξείτιω τῆς σελήνης, ἢ εἰς ξιάκαδα τὸ μήνος, Idem si dicas, perendinum, vel, ad nouilunium. Ω per epenthesin apponitur. Interpres Græcus sic exponit hunc locum, Neq; reijcias de hodierno die in alium, expectans vsq; ad postremum & primum diem mensis, siue μέχρι τῆς ἀρχῆς μήνος, ad principium mensis. Ex nomine autem ἔνη ἐνὶ, factum est illud ἔννυ, quod inde per duplex νν scri-

ptum

ptum tenui accentu profertur, tanquam Aeolicum. Aeoles enim hoc facere solent. ἐς ἔννεα) .i. in perendinum diem, aut in vltimum diem mensis. Graeci distribuerunt mensem in tres decadas dierum. Primam decada vocarunt ἀκμὴν augescentis Lunæ. Secundam φθίνοντος .i. decrescentis seu deficientis Lunæ. Tertiam μεσοῦντος .i. mediam Decadem & vltimum diem mensis, qui idem dies esset initium sequentis ἕνη καὶ νέαν .i. veterem & nouam, h. e. finem prioris mensis & initium sequentis. Quia ipsi vnum diem constituerunt finem & initium, sicut bruma noui anni prima est dies. Deinde est etiam bruma vltima dies anni. Q. d. ne differas tuos labores in initium sequentis mensis. Poëta autem geminauit ν. vt constarent numeri & οι interposunt per epenthesin pro ἕνη, id est, in perendinum. Sic exposuit Suidas citans exemplum ex Aristophane. Sic est etiam apud Pollucem.

οὐ γὰρ) Sequuntur tres egregij versiculi. ἐτωσιοεργός) .i. otiosus, piger, iners, ignauus, qui pigre operatur, & inutilia facit, vel, qui post transcursum conuenientis temporis laborat. Aptissime autem & proprie ponitur hoc loco τὸ ἐτώσιον, & non ita abusiue, sicut in alijs locis. ἐτώσια dicuntur irrita seu inutilia. ἔργον .i. opus .i. der vnnützе ding arbeitet. Quia inutilia didicimus, factum est, vt vtilia non disceremus, Idem fit in re familiari. Qui faciunt ea, quæ sunt vtilia, impediuntur, quo minus possint facere, quæ sunt vtilia. Ouidius igitur recte dicit, agendo

& pu-

& pugnando creuisse Rempub. In omnibus enim rebus plurimum valet cura & diligentia. πίμπλασι) ἀ πιμπλάω .i. impleo. καλιὴν) Domum significat hoc loco. Antiqui enim, antequam domorum structuræ essent inuentæ, in certis quibusdam locis alligabant funes, κάλως Græcis vocatos, superq; illos extendebant aliquid, atque ita vmbratilem vitam degebant. Aut ἀπὸ τοῦ κάλον, lignum, καλιὰ, tugurium ex lignis factum. ἀναβαλλόμενος) .i. qui differt vtilia, nectens moras, differens opus, cunctator. Non intelligatur de cunctatione, quæ debet regi suo consilio, sed suscepta re properandum est, ab ἀναβάλλομαι .i. differo. μελέτη) .i. diligentia, cura, assiduitas, das einer anhelt. ὀφέλλει) .i. auget, fortunat. Idem dicendum est de ijs, qui inutilia discentes & vtilia negligentes, non euadunt docti viri. ὀφέλλωμα) .i. vtilitas, augmentum, incrementum. αἰεί) Egregia est sententia, Qui solet differre, quæ sunt agenda, ille negligit occasiones postea rei bene gerendæ. ἀμβολιεργὸς) .i. ignauus, cunctator, procrastinator, vel, qui semper sua negocia reijcit, & differt in crastinum, ab ἀνὰ & βάλλομαι & ἔργον id est, opus. ϖαλαιὸς) .i. luctor, ϖάλη lucta. ἄτασι) pro ἄτας. Quia nunquam tutus est à damnis.

TEXTVS.

TEXTVS.

Ημος δὴ λήγει μὲν ὀξέος ἠελίοιο,
Καύματος ἰδαλίμου μετοπωρινὸν ὀμβρύσαντος
Ζηνὸς ἐριστένεος, μετὰ δὲ τρέπεται βρότεος χρώς,
Πολλὸν ἐλαφρότερος. δὴ γὰρ τότε σείριος ἀστὴρ
Βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων
Ερχεται ἡμάτιος, πλείων δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ,
Ημος ἀδηκτοτάτη πέλεται τμηθεῖσα σιδήρῳ
Υλη. φύλλα δ' ἔραζε χέει, πτόρθοιό τε λήγει.
Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν, μεμνημένος ὥριον ἔργον,
Ολμον μὲν τριπόδην τέμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν,
Αξονα θ' ἑπταπόδην. μάλα γὰρ νύτοι ἄρμενος οὕτω:
Εἰ δέ κεν ὀκταπόδην, ἀπὸ καὶ σφύραν κε τάμοιο,
Τρισπίθαμον δ' ἄψιν τέμνειν δεκαδώρῳ ἁμάξῃ.

Πόλλ' ἐπὶ καμπύλα κᾶλα. φέρειν δὲ γύην,
ὅτ' ἂν εὕρῃς,
Εἰς οἶκον κατ' ὄρος διζήμενος, ἢ κατ' ἄρου-
ραν,
Πρίνινον. ὃς γὰρ βουσὶν ἀροῦν ὀχυρώτατός ἐστιν,
Εὖτ' ἂν ἀθηναίης δμῶος ἐν ἐλύματι πήξας,
Γόμφοισιν πελάσας προσαρήρεται ἰσοβοῆι.
Δοιὰ δὲ θέσθαι ἄροτρα πονησάμενος κατὰ οἶκ-
κον,
Αὐτόγυον καὶ πηκτὸν: ἐπεὶ πολὺ λώϊον οὕτω,
Εἴχ' ἕτερον γ' ἄξαις, ἕτερον γ' ἐπὶ ἀουσὶ βα-
λοιο.
Λάφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἰστιβοῆες.
Δρυὸς ἔλυμα, πρίνου γύην.

VERSIO.

Quando sanè desinit vis feruidi solis
Ab æstu sudorifico post autumnum pluente
Ioue præpotente, Conuertitur autem humanum corpus
Multo leuius Etenim tunc syrius stella
Paululum supra caput animatorum hominum
Venit interdiu, maiori autem spacio nocte fruitur,
Quando incorruptissima est secta ferro
Materia lignorum, folia autem in terra fundit & in ramo deficit
Tunc secare ligna, memineris tempestiuum opus s. esse
Mortarium tripedale seca, pistillum autem tricubitalem,

Axemq;

Axemq; septem pedalem. Valde enim tibi sic aptus
est .s. axis.
Si vero octopedalem, & malleum inde secueris
Trium autem spithamarum curuaturam rotæ seca, de-
cem palmorum currui.
Præterea multa curua ligna. Feras autem dentale,
quando inueneris
In domum, siue per montem quærens, vel per campum,
Ligneum. Hoc enim bobus ad arandum validissi-
mum est:
Nempe, quando Atticæ Cereris famulus buri infigens
Claus admouens applicauit temoni.
Duo autem ponito aratra, fabricans in domo
Paratum cum vomere, & confixum, quoniam sic
multo melius est,
Si fregeris alterum, alterum bobus apponere possis
Ex lauro autem, vel vlmo incorruptissimi temones
Ex quercu buris, ex ilice dentale, &c.

VALLA.

Cum bene se posuit rapidi vis ignea Phœbi,
At pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Desilit in terras, & languida membra resumunt
Iampridem amissas æstiuo in tempore vires.
Nam breue sol hominum supra caput astat ab alto,
Ac de nocte magis currus exercet agendo.
Tunc operum multo ante memor discinde securi
Syluam incorruptam, tunc germina definit arbos
Fundere, datq; suas volitare per aëra frondes.
In tres tende pedes mortaria, continat tres
Pistillus cubitos, pedibus quoq; confice septem
Temonem, qui si fuerit protentus in octo,
Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus,

Palmarumq; trium rota sit, varijsq; repone
Ligna efficta modis, validamq; in montibus altis
Quære, vel effuso campi super æquore pinum
Aestiuam, compone manum quia firmet arator,
Temoni cuneis dentaliq; alliget imo,
Torqueat & fortes illa durante iuuencos.
Binaq; præterea tectis seruentur aratra,
Sic melius: Nam si casu disciditur vnum,
Restat adhuc aliud validos agitare iuuencos.
Temonem ex vlmo viridi seu confice lauro,
Stiua sit ex pino, dura dentalia quercu.

FRISIVS.

Cum deferbuerit Phœbeæ lampadis ignis,
Atq; calor sudorificus, cum Iuppiter imbrem
Mensibus Autumni fundit, corpusq; leuatur
Humanum, ac recipit vires (quia Sirius horis
Per lucem exiguis, hominum tunc imminet ardens
Verticibus, verum sese plus nocte fatigat)
Deniq; cum cariem contemnit secta securi
Sylua, & fundit humi frondes, cessatq; virere,
Cædere materiam è syluis tum sis memor aptam,
Vt mortariolum tripedale, trium cubitorum
Pistillum, atq; axem resecato septipedalem:
Octo pedum si sit, tum malleus abscindatur,
Tres palmas rota habens, si denas currui habenti,
Plurima ligna incurua seces, dentale per arua
Aut montem quæres, inuentum confer ad ædes
Ilignum, nam tale haud frangitur inter arandum,
Si clauis buri, Cereris qui munia tractat
Rusticus infigens, temoni adiunxerit apte.
Sed tibi sub tecto fabricans duo aratra parato.
Perfectum ac rude, Nam multo præstantius est sic,

Nempe

Nempe vno fracto, tum tauris alterum vt addas,
Temones valido de lauro, vlmoq; recides,
Ex quercu buris, dentale ex ilice fiat.

DISPOSITIO.

ἦμος δὴ λήγει) Postquam Poëta docuit, quod sit tempus idoneum arationis & seminationis, iam deinceps monstrat & præcipit, quo tempore sit secanda materia & faciendum aratrum. Iubet autem hoc fieri in autumno, cuius descriptionem addidit ab ortu Caniculæ, quæ stella tempore autumnali longius remota à Sole, nempe, penè quatuor signis, & propterea interdiu modico tempore est supra terram, Nocte autem diutius cernitur, Quia ante medium noctis tunc oritur. Quia verò hic locus est œconomicus, physicus, & Astrologicus, obseruandum est primum hîc tradi præceptum, mature & in tempore comparandam esse suppellectilem futurorum instrumentorum, vt materia sit ad manus, cum vsus postulat, quandoquidem sic comparatum est in re rustica, vt si vnam rem sero feceris, omnia opera sero fecisse videaris. Deinde hic est notanda descriptio aratri, quam Virgilius imitatus est Græcum aratrum cum rotulis describens, cum Plinius annotet aratra latina non habuisse rotas ante sua tempora, Congruunt tamen partes aratri, quæ tam ab Hesiodo, quam à Virgilio describuntur, cum nostratibus aratris, licet hæc multo sint concinniora & pluribus partibus constent.

Partes hæ recenſentur, 1. Buris, 2. Temo, 3. Aures, 4. Dentale, 5. Vomer. 6. Iugum, 7. Stiua, 8 Currus ſeu rotulæ. Buris (ἔλυμα) vel Bura ſignificat lignum oblongum, quod totum aratrum continet, cui dentale infigitur. Dentale (γύη) vero eſt aſſer vel lignum, cui affixus hæret vomer. Ideo Varro inquit, Fracta buri relinqui vomeres in aruo. Porrò buri applicatur Temo (die deiſtel) ab anteriore parte, quod eſt lignum protenſum inter iumenta, quæ trahunt aratrum. Aures (die hörner) appellantur vtrinq; inter vomerem annexi aſſerculi ad ampliandũ ſulcum Græca imitatione. Iugum (ζυγὸν) Comat) Græce inſtrumentum ligneum, quo boues iunguntur ad temonem. Stiua eſt regula aratri addita buri à poſteriore parte, quam arans, dirigens aratrum manu tenet. Ideo & manica aratri vocatur, Germanice der pflugſtertz oder die pflughörner.

Præterea, cum dixit Poëta de feruore Sirij ſtellæ, inueſtiganda eſt ratio phyſica, quare tempore Caniculæ maior ſit æſtus, quam reliquo tempore. Reſpondeo, quod hoc tempore ſolis vapores: h. e. radij ſolares, qui vapores attrahunt, magis accenduntur, quam cæteris temporibus. cauſa eſt, quod plurimæ ſtellæ calidæ tunc cum ſole oriuntur, quæ illius calorem intendunt. Omnes enim ſtellæ leonis ſunt calidæ & marinales, vnde Ptolemeus leonem ſignum calidum & æſtuoſum vocat. Quia vero hæc ſtella, quæ Canicula vocatur, vnà cum leone oritur, quæ ſua virtute etiam accendit

cendit Solem, necesse est in hoc signo maiores æstus, quàm reliquis, existere, Vnde & Hippocrates hoc tempore vetat medicamina purgantia, cum inquit, sub cane & ante canem difficiles sunt midicationes. Et alio loco præcipit in dijudicandis tempestatibus huius syderis ortum & occasum obseruari. Vide Commentarios Fuchsij super Hippocratis sectionem 4. Aphoris. 5.

Quod deniq; Poëta dicit, remisso æstu respirare non homines solum, verumetiam inanimata, habet etiam suam causam physicam. Calor enim nimius aperit poros corporum, per quos calor internus exhalat & resoluitur, vnde necesse est fieri deteriorem concoctionem, & per consequens animalia minus etiam esuriunt. Hyeme vero magis ventriculi calent. Quia frigore circundata corpora magis, continent natiuum atq; internum calorem, semper autem virtus coniuncta fortior est, quam dispersa, vnde inquit Hippocrates lib. 1. Aphoris. 15. αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμότατα φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι, h. e. Ventres hyeme & vere natura calidißimi sunt, somniq; longißimi. Cæterum hyeme ventres calidißimi sunt, propter ambientis frigiditatem, quæ corporis meatus constringit ac densat. Calor autem natiuus non inueniens exitum difflari prohibetur. Quare intro delatus, rursus ad exteriora progreditur, & multiplici specie motus calefactus multiplicatur, ac se ipso calidior fit. Initio veris calidißimos esse ventres, constat eadem ratione, quoniam frigus tum pollet. In

medio vero eiusdem, quod ea temporis pars optime sit temperata.

EXPLICATIO TEXTVS.

ἦμος) Est *nouus locus, in quo Poëta pergit ad descriptionem suppellectilis aratoris, & instrumentorum ad rem rusticam pertinentium. Antequam autem describat illa instrumenta rustica, præponit descriptionem temporis, quo sint secanda ligna ad instrumenta rustica idonea, vt sint firma & durabilia. Sequitur ergo descriptio autumni, quando scilicet arbores proijciunt frondes, & succus descendit ex ramis in radicem & tunc ligna secantur, non sunt obnoxia arrosioni vermium, aut putredini. Quando vero succus effundit se ex terra in stipitem, tunc ligna sunt plena succo, & humiditate, quæ putrefacit, postea ex illa humiditate nascuntur vermiculi, qui arrodunt ligna. Interpres Græcus totum istum locum, quodnam tempus sit cædendis materijs aptum, ita explicat. Quando (inquit) autumnale æquinoctium aduenerit, & Solis sudores facientis æstus euanuerit, nec Sol amplius supra verticem nostrum maiori diei parte constiterit, sicut factum est æstatis tempore, quo radijs suis nos arefecit, exiccauitq; sed quando plus temporis versatur infra terram, nocteſq; prolongat, & exiguo spacio diei supra verticem nostrum mouetur, tunc est conuenientissimum tempus secandis lignis & mate-*

materijs. Nam ligna, quæ illo tempore secta fuerint, conseruari possunt imputrida, exiccata nimirum maxima humiditatis portione. Immoderata namq; humiditas putrefactionem, & vermes efficit, quemadmodum caliditas firmitatem & odoris gratiam. Et hoc licet cognoscere ex palustribus & humidis locis, tum ex calidis & modice siccis. Nam palustria loca putredinem & culices, muscas, & vermes, & similia in magna copia generant. Aegyptus autem, quia est regio calidissima, abundat aromatis, alijsq; rebus suauem odorem exhalantibus. Similiter accidit etiam in corporibus humanis. Corpulenti namq; & pingues ac humidi, molestum odorem emittunt, ac potissimum in æstate, & pigmentis delibati magis sordescunt. Qui vero temperamento sunt calidiori & sicciori, ex illis quidam in medio quodam statu sunt constituti, ita vt neq; fœteant, neq; alium quemuis odorem emittant. Alij vero etiam aromatis odorem ex corporibus exhalent, diffunduntq;, quemadmodum de Alexandro illo Macedone scribit Theophrastus.

ἦμος) pro ὅτε, quando. Hoc ἦμος accentu tenui scribitur ab Ionibus, & non construitur cum subiunctiuo. Apud Atticos autem & aspiratur, & sicut ὅτε & ἡνίκα, subiunctiuum præcedit. λήγει) .i. desinit, remittit, lesset nach. μῶλος) .i. vis seu vehementia, robur. ὀξέος) .i. rapidi, vehementer æstuantis, acuti, vehementis. ὀξυς .i. acutus. Inde oxymeli acetum ex melle coctum, vel acetosum mulsum. Hic vsurpatur pro feruido. ἠελίοιο) pro ἠελίου, Ionice.

ἥλιος .i. Sol, nomen habet à σέλας .i. radius, fulgor, splendor. Inde σελήνη .i. luna deriuatur. Q. d. quando vis Solis nonnihil remittit. Describit hoc loco Poëta tempus, circa quod arbores proijciunt frondes & folia prosternunt. Ergo in Græcia hoc fit tardius, quam apud nos. Nos enim habemus magis præmaturam hyemem, quam illi, apud quos est ferè circa festum omnium sanctorum, aut circa Simonis & Iudæ. Sed illud tempus, quando Sol est in postremis gradibus Scorpij, est post Galli. Septentrionales autem gentes habent remissiores æstates & hyemes asperiores. καύματος) .i. à calore seu æstu. Q. d. ardore desinente, à καίω .i. aduro, accendo. In futur. καύσω. Hinc cauterium instrumentum, quo vitia insanabilia exuruntur in corpore. Ita καῦμα calor dicitur & ab Hippocrate & Auicenna καῦσος dicitur æstuans febris, quando scilicet maximi sunt ardores in corpore. ἰδαλίμου) pro ἰδρώδους exponitur, h. e. madefacientis. Ita ἰδάλιμον καῦμα exponunt æstum humidum, seu sudorificum calorem, seu, qui ciet aut elicit sudorem. Quomodo autem Poëta æstum, qui exiccat, ἰδρῶον tamen appellat? R. Eò quod calefaciens & exiccans nos, educat nostrorum corporum humiditatem per imusibiles poros, sudoresq; efficiat. ζωοῦ) Græci vtuntur genitiuo, pro quo latini vtuntur ablatiuo. ἐριδενέος) .i. magnipotentis. δένος, εος dicitur potentia. ἔρι nihil per se significat, sed in compositione dictionum intensionem affert & augmentum. Inde ἐριδένης .i. præpotens dicitur.

μετὰ

μετοπωρινὸν) .i. post autumnum .ſ. post vindemiam, wenn man nu geleſen hat. Q. d. quando Iuppiter facit tempeſtates autumnales. ὀπώρα autem significat autumnum. ὀπώρα ſingulari numero ſignificat poma, pyra. h. e. omnes molliores corticis fructus autumnales. Inde μετόπωρια .i. poſt poma lecta. μετοπωρινὸς autem hoc loco eſt aduerbium, q. d. autumnaliter, aut circa tempus autumni, aut, more autumni, aut, ſicut ſolet fieri in autumno. Quia vero autumnus eſt humida conſtitutio, plurimum decidunt grandines vere & autumno. Huius rei cauſam Ariſtoteles exponit, cum inquit, At cum hic, mutua calidi & frigidi pugna, antiperiſtaſin fieri videamus (ob quod vt æſtuante tempore ſubterranea loca frigida ſunt, ita gelante calida) hoc ipſum in ſupero quoq; loco fieri putandum eſt. Proinde frigus tempore calidiuſculo introrſum per antiperiſtaſin coactum ob circumdantem calorem interdum celeriter aquam é nube facit, Quocirca & multo maiores ſtellæ & aquæ impetuoſiores æſtinantibus diebus, quam hyberno tempore fiunt. Hæc autem antiperiſtaſis fit, quando nubes in calidum locum peruenit. Cumq; frigus adhuc magis in profundum coactum fuerit ab exteriore calore. tum aquam quam principio expreßit, illam poſtea conglaciat, emergitq; grando. Minus autem grando æſtate quàm vere aut autumno fit, quod aër per æſtatem ſit aridior, verno autem tempore adhuc humidus, autumno iam humeſcat, &c. Vide Plin. lib. 2.

lib. 2. cap. 60. ὁμβρήσαντος) .i. pluente, ab ὄμβρος .i. pluo. Inde ὄμβρημα .i. imber.

μεταστρέπεται) .i. reficitur, commutatur, conuertitur in melius, vires colligit, incipit melius habere. h. e. humanum corpus, quod male à nimio calore solis affectum est, iam nonnihil reficitur propter illud frigus, id quod etiam testatur Ouidius vi. Meta. Excipit autumnus posito feruore iuuentæ, Maturus, mitisq; inter iuuenemq; senemq; Temperiem medius, &c. πολὺν ἐλαφρότερος) .i. multo leuius seu imbecillius, dum infestaret Sirius. Humanum enim corpus sub ortum Caniculæ prorsus torpet. Quia tanta est vis istius syderis, vt valde debilitet, dissoluat, & post illam resolutionem melius habet. Iste locus est physicus & Astrologicus. Quia in æstate corpora sunt languidiora, stomachi seu ventriculi sunt imbecilliores, & fiunt magnæ resolutiones, homines tunc multum bibunt & parum edunt, sie můssen haben zween Keller/ vnd einen Koch, duplicatum potum & parum cibi postulant. Postea in autumno, vbi tempus est temperatum, incipiunt corpora melius habere. Quia pori non ita hiant, & calor reprimitur. Vbi econtra in æstate effluit calor propter hiantes poros. Ideo Poëta dicit, Tempore autumnali humanum seu mortale corpus in melius mutari, multo leuius, alacrius, et firmius iam factum. Corpora fiunt leuiora. h. e. minus languida, quando Sol discessit à Sirio. Sol est amicum naturæ & viuificum lumen, & quando aliud accedit mali temperamenti, tunc mutatur & inu-

inimicum est naturæ. ἐλαφρὸς *dicitur leuis, agilis, facilis portatu, velox,* ἐκ τοῦ ἔλαφος, ἐλαφηρός.

ἦ γὰρ τότε σείριος ἀστὴρ) *Loquitur Poëta de fine propemodum æstatis, cum Sol tenet postremos gradus* Leonis, *vel principium virginis. Oritur autem Sirius Romæ cum 23. grad. Cancri. Quare mane supra Horizontem oritur, sole adhuc infra eundem latente. Sirius autem est stella in ore canis maioris, quæ comitatur Orionis pedem. Aratus multis versibus nominatim describit, in suis* φαινομένοις, *quos quidem Cicero ita reddidit:*

Namq; pedes subter rutilo cum lumine claret,
Feruidus ille canis stellarum luce refulgens.
Hunc tegit obscurus subter præcordia vesper,
Ver toto spirans rabido de corpore flammam,
Aestiferos validis erumpit flatibus ignes,
Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor.

Sirius autem nomen habet vel à σειριάω, *quod significat splendeo, luceo. fulgeo. Quia est ex omnibus stellis maxima & maxime illustris, vincit splendore, lumine & fulgore omnes planetas, exceptis Ioue & Venere, vel deriuatur* ἀπὸ τοῦ σειραίνω, *i. exicco, inflammo, arefacio. Obseruandum autem est in cœlo duos esse canes, Vnus procyon. Quia alium præcedit, qui antecedens dicitur & minor. Habet enim duntaxat duas stellas. Canis alius est maior, qui proprie appellatur Canis, in se recipit stellas 18. vna, quæ in eius ore est fulgentissima, & in vltimo luminis etiam vocatur Canis, Sirius, & Canicula. Sirius, propter*

flammæ

flammæ candorem, quod huiusmodi sit, vt præter cæteras lucere videatur ad stellam Sirium, quam cum Sol acceßit duplicatur calor ipsius & languore afficiuntur humana corpora. Ideo tempore canicularium dierum in terris attribuitur ocium, interstitium, & quies à studijs, à iure, à laboribus nimijs. Hanc leuini Caniculam vocant, quia quamdiu Sol in ipsa est, pestifera est. Id satis indicat Plinius lib. 2. cap. 40. inquiens. Nam Caniculæ exortu (intellige quoad visum) accendi Solis vapores. h. e. calorem Solis in caniculæ exortu augeri, quis ignorat, cuius syderis effectus amplißimi in terra sentiuntur. Sirius autem oritur, Sole primam partem Leonis ingresso. Hoc fit post solstitium 23. die. Lucanus lib. 10. Pharsaliæ inquit, Rapidos, qua Sirius ignes exerit. Sirius enim exerit h. e. emittit vel aperit. Rapidos) .i. vitiatos vel ad furorem incitantes. Ignes .i. calores, vel exerit. h. e. extrahit. Duplicato enim calore corpora dissoluuntur & vaporantur. Quo fit, vt canis morbis corpora afficiat. Quare diebus canicularibus molestæ sunt purgationes, quod Virg. lib. 1. Georg. paucis indicat, cum dicit, Et aduerso cedens canis occidit astro. Vocat autem astrum aduersum, vel noxium & pestiferum, vel Solem oppositum & cani obuiantem & eum radijs suis tegentem.

ἀστὴρ & ἄστρον differunt. ἄστρον enim est collectio siue compages, ex stellis constans pluribus. ἀστὴρ autem vna tantum est stella, sicut Sol, Luna, & alia aliqua, quæ facit, completq; asterismos. βαιὸν) .i.

parum

parumper, paulisper, paululum, modice. κηρίτρεφέων) Alij hanc vocem deriuantes à κήρ. i. sors & τρέφω. i. nutrio, exponunt κηριτρέφους ἀνθρώπους i. homines obnoxios fato, vel viuentes fato. Alij vero rectius exponunt κηριτρέφους homines animatos deducentes à κῆρ, quod significat animam, vt ita κηριτρέφος dicatur homo, qui alitur anima. h. e. qui viuit, non, qui obnoxius est fato. Hippocrates dicit animam perpetuo ali in nostris corporibus. h. e. calorem ali. ἔρχεται) .i. venit, vadit. ἡμάτιος) .i. diurnus. Posuit autem more Græcorum nomen adiectiuum pro aduerbio q. d. interdiu obambulat in cœlo. ἐπαυρῇ) .i. fruitur, q. d. post ortum Solis statim postea occidit. νυκτὸς) .i. nocte. Q. d. Quando Sol accessit Scorpium, mane aliquantisper Sirius ante solem supra terram subuehitur Heliaco ortu. Deinde orto sole statim labitur sub terram. Ideo dicit Hesiodus, nocte frui Sirium. h. e. mane aliquantisper, ante solis ortum supra terram emergere, At non commorari diu post solis ortum supra terram. Ita declarauit hunc locum Phil. Mel. in suis annotationibus. νυκτὸς) Sirius vehemens sydus, quod nimio calore constringat, exicetq; nomen indeptum, ad latus austri vicinum leoni. Id sole in sagittario quarto à leone signo exoriente, pronum tendit ad occasum, vnde productionem tunc circulum noctis, quàm diei in nostro hemisphærio metitur. ἐπαυρῇ) Interpres Græcus varie declarat hoc verbum, Aut προσιάζει. i. accedit, Aut ἐπαπολάυει

λαύῃ .i. fruitur, Aut πνέῃ τροπικώτερον ἀντὶ τοῦ φέρεται .i. fertur velocius infra terram.

ἦμος) Sententia totius huius loci est, In autumno, quando Sirius discessit á nostris capitibus, tum facias aratrum. Tunc enim sunt ligna minime obnoxia corruptioni, nec facile absumuntur carie. ἀδηκεστοτάτη) .i. est incorruptissima, non est obnoxia putredini, non consumitur, non putrescit. Deriuatur autem ab α priuatiua particula & δήκω .i. mordeo. Inde ἄδηκτον, quod non mordetur, aut arrodatur á vermibus, non morsibile, vt sic dicam, nec arrosibile, nec generans vermes. Q. d. in principio hyemis est secanda materia. δῆξ est species vermis, qui in ligno nascitur. ὕλη) holtz/ sylua, vel materia lignorum. τμηθῆσαι) .i. resecta, incisa, gefellet/ vnnd gehawen, á τέμνω .i. seco. Inde τόμος .i. sectio, pars. ἐτμήθειν in ἀορ. Q. d. tunc ligna sunt siccа. Luna decrescente sunt secanda ligna. Tunc enim destituuntur ab humore, & non facile corrumpi possunt. Obseruanda est hîc accommodatio. Quia cum esset descripturus instrumenta rustica, oportuit cum prius describere tempus, quo sint secanda ligna, vt sint firma & durabilia. ἔξαλε) .s. ad terram. Aduerbia sit. Nam quando ε additur nominibus localibus, facit aduerbia. χέῃ) χέω .i. fundo & fluo. Inde οἰνοχόος .i. pocillator, qui fundit vinum. φύλλα) .i. non amplius habet frondes. λήγῃ) id est, desinit. πόρτοιο) Ionice, pro, πόρτου .i. á ramo. Q. d. desinit ramos producere, vel, quando rami destituuntur fron-

dibus.

dibus. Ver est temperatum, Aestas est cholerica, Autumnus est melancholicus, frigidus, & siccus. Hyems est phlegmatica, quia est frigida & ficca. Igitur in principio hyemis secantur ligna. Quia tunc sunt sicciora. Dicit igitur hoc loco Poëta de posteriore parte autumni. Ptolomeus lib. 1. de Iudicijs cap. 9. sic scribit de quatuor anni temporibus, Ver quidem humiditatis plurimum habet, cum soluto frigore aura calore diffunditur. At æstas calidior est, propterea quod tum Sol proxime verticalem nobis punctum fertur. Autumni vero propria siccitas est, humiditatem tum præterito æstu reprimente. Hyems autem tota est frigida, quod Sol tum longissime distet à verticali nobis loco.

τῆμος) .i. tunc memineris, secare ligna, tempestiuum esse. ἦμος & τῆμος sunt particulæ respondentis, quando, tum. Apte miscuit rusticis rebus res physicas & Astrologicas, Tunc incide memor, quæ sint opera apta futuri temporis, &c. Sic Virg. 1. Georg. Omnia, quæ multo ante memor prouisa repones, &c. ὑλοτομῆν) .i. tunc memento opportunum esse opus, & laborem ad cædendum materiam, recordatus meæ nimirum adhortationis. ὥριον ἔργον) Quatuor sunt horæ temporis, Ver, Aestas, Autumnus, & Hyems. Hinc igitur in autumno, vno ex quatuor horis, circa finem eiusdem iubet ipsum secare ligna, & huic labori se tradere. ὄλμον) ὄλμος vocatur pars humani corporis, quæ etiam thorax appellatur. Est autem totum illud spacium, quod à collo

incipiens in pudendis desinit. Nunc autem ὅλμος significat mortarium, in quo agricolæ milium, & alia legumina conterunt, seu quo veteres vsi sunt ad constundendam farimam. Suspicor autem talibus mortarijs vsos esse pro molis trusatilibus seu manuarijs, die man mit der hand vmbtreibet / sicut nostri solent conterere herbas in talibus mortarijs. Nos autem vtimur æreis, sed lignea, esse salubriora haud dubium est. Nam in æreis sæpe corrumpuntur. τριπόδ(ων) .i. quod longitudinem trium pedum habeat. Est autem pes sedecim digitorum. Ita τριπόδης & τετραπόδης & similia, sunt ea, quæ tot pedibus longitudinem habent. τρίπους autem & τετράπους, quod tres aut quatuor pedes habet.

τάμνεν) Infinitiuus pro imperatiuo. ὕπερον) .i. tudiculam, pistillum (einen stempffel) quod super imponitur. Vides hîc describi molam. τριπήχ(ων) .i. trium cubitorum. Cubitus ἄγκων est flexus brachij. Latinis autem & cubitus significat ὠλένην, h. e. partem à flexu brachij ad palmam. ὠλένης βασιλικὴ .i. cubitus regius maior est communi cubito tribus digitis. Pes vnus cum dimidio facit cubitum. ἄξονα) .i. axem, in quo voluuntur rotæ. Axis est lignum in curru, quod vtrimq; rotas transit. Nunc autem de axe currus loquitur male, nimirum, quod debeat esse septem pedum in latitudine. Axis enim vix prætergreditur quatuor pedes. ἁρμενον) .i. aptus, commodus. κατάμοιο) pro τάμῃς .i. si secueris. abschneiden. ὁκταπόδ(ων) Q. d. si etiam longius lignum, octo

octo pedum nimirum, ad axem secueris, ab illo vnum pedem auferre, indeq; ligneum malleum parare poteris. ἀπὸ) q. d. possis præcidere aut secare ab illo axe. σφύραν) .i. malleum, cuius longitudo sit vnius pedis, das wir einen Kolben/ Knûpffel/ oder schlegel heissen, cuius vsus est in affigendis clauis. Non fuit tantus vsus ferri apud illos, sicut nunc est, neq; sunt ferrea metalla in Turcia, sicut apud nos Fertur Turca appetere Pannoniam propter abundantiam ferri. τάμνειν) .i. secare, proseca.

ἄψιν) .i. curuaturam, seu superficiem. Plinius lib. 2. cap. 15. vocat ἀψίδας loca altissima planetarum, h. e. singuli planetæ feruntur in circulis, qui in alio loco accedunt ad terram propius, in alio discedunt ab illa longius. Non enim sunt super regulari centro terræ descripti, sed super diuerso, vnde etiam Eccentrici vocantur. Horum autem circulorum pars altera à terra procul discedit, atq; illa vocatur ἄψις altissima vel ἀπογαῖον, vel, vt vulgo vocant, Aux, vel longitudo longior. Altera autem horum circulorum pars, quæ terris est proxima, Aspis ima & ὑπογαῖον vocatur, vel Augis oppositum & longitudo propior. τριςπίθαμον) .i. trium spithamarũ. Pes constituitur ex quatuor palmis. Palmus vero ex quatuor digitis expansæ manus. Ergo pes habet latitudinem digitorum 16. Curuatura rotæ debet esse trium spithamarum. Ergo vna rota complectitur 12. spitamas, h. e. 36. palmos. Aspis habet duos pedes, zween schuch lang/ vnd ein palmum. So sol vna curuatura rotæ sein

trium ſpitimarum. h. e. duorum pedum & vnius palmi. Palmus dicitur die breite der hand, ſicut Pollux clariſſime teſtatur. Apſides (die felgen am rade) dicuntur illa rotunda ſeu incurua ligna, quæ inter ſe compoſita extremum circulum efficiunt, extremam periphoram rotæ. Noſtri plauſtrarij ſeu aurigæ conſtituunt rotam ex quatuor apſidibus. In rota eſt axis, die achſſe/ oder das holtz/ doran die råder vmbgehen. Deinde malleolus quoq;, qui excipit axam, die nege Deinde radij ſprůſſel / oder die ſpeichen im rade. Radij autem inſeruntur incuruis lignis, quæ inter ſe compoſita efficiunt extremum circulum, & dicuntur illi circuli apſides. Sphithama dicitur, eine ſpanne. δεκαδώρῳ) .i. ad decem palmorum. Eſt datiuus concedendi ſeu octauus caſus: δῶρον autem Græci appellant palmum. h. e. latitudinem 4. digitorum expanſæ manus. Vitruuius lib. 2. ἁμάξῃ) .i. currui, qui patet in latitudinem decem palmorum. Iſta eſt latitudo Noribergenſis vlnæ cum quadrante circiter. Es felet vmb einen digitum oder zwene. h. e. ſunt tres ſpitamæ & vnus palmus, vel duo pedes & dimidius. ἅμα .i. ſimul & ἄγω .i. duco, fero. Inde eſt vetus prouerbium, ὡς ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, h. e. tanquam è plauſtro loqui, de ijs qui palam ac libere multa conuicia effundunt.

Interpres Græcus in explicatione iſtius loci ſic inquit, Ex quatuor lignis incuruis componitur rota currus, cuius rotæ diametrum nunc δεκάτωρον ἅ-

μαξαν

μαξων appellat. Dicit igitur, quod quodlibet lignum circumiens & constituens rotam debeat esse trium spithamarum. δῶρον autem triginta sex. Palma enim siue σπιθαμὴ habet δωρεὰς siue παλαιστὰς tres. παλαιστὴς autem siue palmus est digitorum quatuor. Quomodo autem dicit Poëta totam rotæ circumferentiam esse triginta sex palmorum, Diametrum autem illius non δωδεκάδωρον. h. e. 12. palmorum, sed δεκάδωρον, h. e. 10. palmorum appellat, qua in re demonstrationibus Geometrarum & veritati ipsi contradicere videtur. Nam omnis circumferentia circuli est triplo maior suo diametro. Sed non peccauit tamen contra demonstrationes Geometricas, & ipsam veritatem, Imò & ipse triplam posuit circumferentiam diametri & duodecim palmorum. Cæterum decem tantum palmi apparent intra planiciem circuli, quem etiam vtrimq; amplectuntur. Duo namq; palmi in commissuris absumuntur, ex vtraq; videlicet parte rotæ ab interiori superficie vsq; ad exteriorem vnus palmus.

πολλὰ) Q. d. præterea importes alia plura incurua, idoneaq; ad rotas ligna. ὑπερφέρῃν) .i. insuper cumules, afferas, feces. κάλα) .i. ligna. Hoc autem dixit, vt demonstret, se non dixisse vnam tantum aspidem habere rotam, sed quatuor, ὁ κάλως, funis, τὸ κάλον autem lignum significat. Inde Calones dicuntur milites, qui coguntur afferre ligna in castra, der troß. κάμπηλα) .i. curua, propterea quod illa soleant in curribus, aratris, & alijs rusticis instrumen-

tis adhiberi. φέρειν) Sequitur iam descriptio aratri. Q. d. portes domum dentale, decisum ex ilice arbore, quando inueneris perscrutans in montibus aut campestribus & arationi destinatis locis. Ilignum enim dentale est validißimum & firmißimum ad arandum, quando famulus Atticæ Deæ, h. e. obsecundans prudentiæ artifex, aut arator, ipsum dentale applicans & affigens clauis accommodat temoni inter vtrunque bouem consistenti. γύης) .i. dentale, vocant lignum, cui inseritur vomer. Vomer est ferramentum, quod proscindit terram, das pflugschar. πρίνινον) .i. iligneum. Illud lignum oportet esse valde firmum, quia sustinet præcipuum laborem, quod excipit ad modum dentis acuminati vomerem. πρίνος .i. ilex, est species quercus. διζήμενος) .i. quærens. Hinc apparet, non facilia inuentu esse illa ligna, quæ sint idonea ad hunc vsum, vt fiant dentalia. ὃς) .s. quod dentale. ἀροῦν) .i. arandum, vel, in arando ab ἀρόω .i. aro, vel cum arant, sicut in Thuringia opus est longe fortioribus aratris, quam in Vuittenbergensibus arenis. ὀχυρώτατος) .i. firmißimum, validißimum. ὀχυρὸς .i. firmus, munitus.

ἀθηναίης δμῶος) .i. Atticæ Deæ. h. e. Mineruæ famulus, siue minister Cereris, quæ prima in Attica, inde Italia & Sicilia homines de frugibus docuit. δμῶος dicitur artifex aliquis ingeniosus. Hoc loco autem pro quouis agricola sumitur. Est enim periphrasis agricolæ, qui compingit aratra & currus. Illorum artificiorum inuentio attributa est Mineruæ.

πήξας)

πήξας) .i. affigens dentale. ἀπὸ τοῦ πήγω τοῦ πηγνύω. Quia dentale solet figi in burim. δμῶϑ) pro, ὁ δμῶς, famulus, per dialysin. ἐν ἐλύματι) .i. ad burim, h. e. ad dorsum aratri, vel, in ligno longo aratri. ἔλυμα heist das mittelholtz im pfluge. Buris est hoc lignum, quod continet totum impetum arationis, vel est dorsum aratri, & in dorso est annexa stiua, die pflugstertz. Stiua autem est, quod agricola tenet manu, & est inserta buri. A buri porrigitur etiam medium lignum, quod sustinet rotas & illud medium lignum est annexum temoni. Virg. 1. Georg. cum inquit, Duplici aptantur dentantur dorso, voluit significare debere esse firmum dorsum & spissum, vt posit sustinere ἔλυμα est ea pars aratri, cui adhæret iugum. teste Polluce. Interpres dicit ἔλυμα esse medium aratri, vbi clauis iniectus affigit dentale & temonem. γόμφοισιν) .i. clauis. γόμφϑ enim dicitur clauus. πελάσας) admouens, á πελάω .i. admoueo, vel, appropinquare facio. εὖτ' ἂν προσαρήρηται) Sic oportebat scribi, Ionες autem non scribunt longam vocalem, ideoq; προσαρήρεται efferunt, .i. applicauit, aptat .s. illud dentale & burim, ab ἄρω ἄρομαι ἀρήρομαι facta reduplicatione in præsenti, sicut in perfecto ἰσοβοῆι) .i. temoni. ἰσοβεύς, εος vel ἰσοβόη dicitur lignum longius aratri, quod est inter vtrumq; bouem, Temo die deistel, vel est ille malus, quem trahunt boues. ἰσὸν vocant malum in naui. Ita ἔλυμα est buris, & quasi dorsum aratri. γύης .i. dentale. ἐχέτλη .i. stiua, h. e. rectum lignum, quod

inter arandum manu continet arator, estq; gubernaculum aratri. ἰσοβευὲς est temo, h. e. longum lignum, quod porrigitur vsq; ad iugum, & diuidit boues. Aratrum habet retro quoddam densum lignum, per quod traijcitur temo, die pflugzunge / daran man die wage henget. Vomer est insertus ligno, quod est affixum buri.

δοῖα δὲ) .i. debes duo habere aratra, ne cum vnum frangas, cogaris fieriari. θέσθω) Infinitiuus pro imperatiuo, ponere pro ponas, vel facito aut ponito. ἄροτρον) .i. aratrum. πονησάμενον) .i. laborans, fabricans, conficiens. s. illa duo aratra, à πονέομαι .i. laboro. κατὰ οἶκον) .i. domi. Q. d. vide, vt semper habeas instructa gemina aratra. Aratrum autem πῆκτον Hesiodo dicitur, quod solum compactis quibusdam lignis, nondum omnino absolutum est. αὐτόγυον vero, quod dentali & vomere affixo iam paratum est ad arandum, vnde in commentarijs Græcis extat prouerbium, γύης οὐκ ἔνδον αὐτῷ, ἐπὶ τῶν ἐν τίνι ἀχρήσων .i. dentale non est illi, de his, qui in aliquo deficiunt, Refertur & ab Erasmo. Metaphora autem sumpta est ab aratro, Quia quædam aratra carent dentalibus. αὐτόγυον) .i. aratrum sic dictum, vbi dentale insertum est buri, & affixum per clauos, vel, quod ita est paratum, vt vomer sit affixus dentali, vel, in quo dentale adnatum sit buri. Et credo illa esse firmiora, siquidem sic nascuntur. Nam nunquam arte possunt ita firmiter compingi, sicuti natura nascuntur. πῆκτον vero dicitur, quod ex pluribus lignis

compa-

compactum, iunctum, confixum, & confabricatum est, ἀ πυκνόω vel πήκνυμι .i. conglutino, vel, figo. λῴον) .i. melius. Est comparatinus ab ἀγαθός. οὕτω) habere duo aratra.

εἶχ' ἕτερον) Addit rationem à futuro damno, in quod paterfamilias incidere potest non bene instructus supellectili rustica. ἄξαις) .ſ. ſi fregeris alterum aratrum, ab ἄγνυμι frango. βάλοιο) poßis ponere, poſueris, ponas, habeas in promptu, haſt einen andern an die ſtat. Q. d. poſſes iungere boues ad alterum aratrum, ne impediatur, & interrumpatur tibi opus. Interpres Græcus ita exponit locum iſtum. Duo habeas aratra domi in promptu, quæ habeant dentale adnatum & applicatum, vt vno fracto, alterum poßit eſſe vſui, Hoc autem ſtultum eſſet, ſi dicas, Habeas in promptu ſolidum & compactum aratrum, ne forte frangatur alterum. Oportebat enim ſimpliciter dicere, Habeas duo aratra, vt tibi illud ſolidum in quibuſdam ſit vſui, in alijs vero illud compactum. Quod etiam videtur mihi ita ſe habere, etiamſi dicat propter metum id fieri debere, ne alterum frangatur. D. Philippus putat patremfamilias oportere bene inſtructum eſſe, ne quis caſus per inopiam ſuppellectilis remoretur ruſticum laborem.

δάφνης) Iam diſputat de materia, vnde debeant confici aratra. πτελέης) .i. ex vlmo, quæ crebra eſt in Italia, ſicut apud Germanos eſt etiam illa, vnde fiunt rotæ. ἰσοβῶνες) temones. ἀκριώτατοι) .i. firmiſſimi, incorruptiſſimi, non obnoxij arroſioni verſ

mium. κίς significat vermem, qui arrodit ligna, ein holtzwurm. Sunt autem quædam genera arborum, quæ neq; tineas, neq; vermes, neq; cariem admittunt, sicut de cedro dicitur, & Plinius recenset etiam istas arbores, laurum & vlmum, inter arbores firmissimas, quæ non sunt obnoxiæ arrosioni, & nostri rustici plurimum vtuntur lignis vlmeis, rüstern holtz. Quando enim lignum vlmeum ponitur ad fumum, & postea in aquam, fit eò firmius. Est eius magnus vsus in instrumentis ligneis rusticorum. Quando igitur illæ arbores bene excellunt, semper gignuntur stipites ex prima radice, singulis annis pullulant illi rami. Deinde valde sunt idonei ad sustinendas vites, non habent vmbram, Vna itaq; arbor potest sustinere ingentes vites. Inde in Italia non vsi sunt palis in vinetis, sed istis arboribus, seu illo genere arborum, amputant ramos superiores. Germania habet vlmum, sed non ita colitur, vt in Italia. Est firmissimum genus ligni, tenax, & densum. ἕλυμα) .i. burim, das hinderholtz am pfluge. γύλω) .i. dentàle .s. conficias. Interpres existimat laurum & vlmum propter densitatem non facile putrefieri, nec generare vermes, quas κίας vocant, quemadmodum dulcia & laxa ligna. Irridet autem Poëtam, quod moneat, vt temo sit aut laureus simpliciter, aut ex vlmo factus, buris autem & clauus quernus, dentale deniq; ilignum. Oportuisset enim dicere, vt ex vno aliquo duro ligno, siue ex vlmo, siue alio aliquo tali, instrumenta illa rustica conficerentur, & non tam temere extenuare sermonem.

TEX-

TEXTVS.

Βόε δ' ἐνναετήρω
Αρσενε κεκτῆσθαι (τῶν γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν)
Ηβης μέτρον ἔχοντε, τὼ ἐργάζεσθαι ἀρίστω.
Οὐκ ἂν τώγ' ἐρίσαντες ἐν αὔλακι καμμέν' ἄροτρον
Αξειαν, τόδ' ἔργον ἐτώσιον αὖθι λίποιεν.
Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο,
Αρτον δειπνήσας τετράτρυφον ὀκτάβλωμον,
Ος κ' ἔργου μελετῶν ἰθείαν αὔλακ' ἐλαύνοι,
Μηκέτι παπταίνων μεθ' ὁμήλικας, ἀλλ' ἐπὶ ἔργῳ
Θυμὸν ἔχων. τοῦδ' οὔτι νεώτερος ἄλλος ἀμείνων,
Σπέρματα δάσασθαι, καὶ ἐπισπορίην ἀλέασθαι.
Κουρότερος γὰρ ἀνὴρ μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηται.
Φράζεσθαι δ' εὖτ' ἂν φωνὴν γεράνου ἐπακούσης,
Υψοθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκλυγύης,
Ητ' ἀρότοιότε σῆμα φέρη, καὶ χείματος ὥρην
Δεικνύει ὀμβρινοῦ, κραδίην δ' ἔδακ' ἀνδρὸς ἀβούτηω,
Δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βόας ἔνδον ἐόντας.
Ρηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν βόε δὸς καὶ ἅμαξαν.

Ρηΐδιον

Ρηΐδιον δ' ἀπανηνάσθω, πάρα δ' ἔργα βόεσσιν.
Φησὶ δ' ἀνὴρ φρένας ἀφνειὸς, πήξασθαι ἅμαξαν.
Νήπιος οὐδὲ τόγ' οἶδ', ἑκατὸν δέτε δούραθ' ἁμάξης,
Τῶν πρόσθεν μελέτην ἐχέμεν, οἰκήϊα θέσθαι.
Εὖτ' ἂν δὴ πρώτιστ' ἄροτος θνητοῖσι φανείη,
Δὴ τότ' ἐφορμηθῆναι ὁμῶς δμῶές τε καὶ αὐτὸς,
Αὔην καὶ διερὴν ἀρόων ἀρότοιο καθ' ὥρην,
Πρωΐ μάλα σπεύδων, ἵνα τοι πλήθωσιν ἄρουραι.
Εἴαρι πολεῖν, θέρεος δὲ νεωμένη οὔ σ' ἀπατήσει.
Νειὸν δὲ σπείρειν ἔτι κουφίζουσαν ἄρουραν.
Νειὸς ἀλεξιάρη, παίδων εὐκηλήτειρα.

VERSIO.

Boues autem duos nouennes
Masculos comparato (Horum enim robur non imbecillum est)
Aetatis mensuram habentes, hi ad laborem faciendum optimi.
Non hi certantes inter se in sulco laborando aratrum
Fregerint, opus autem imperfectum ibi reliquerint.
Hos autem .s. boues simul quadragenarius iuuenis sequatur,
Panem comedens quadrifidum octo morsuum,

Qui

Qui quidem opus curans rectum sulcum ducat,
Non amplius respectans ad æquales, sed in opere
Animum habens. Hoc autem nequaquam iuuenis alius melior
Ad spargendum semina & nimis seram rationem vitandum.
Iuuenis enim vir sodalitia mirabiliter expetit.
Cogita autem, cum vocem gruis audieris
In sublimi ex nubibus quotannis clangentis,
Quæ s. vox & arationis signum affert, & hyemis tempus
Ostendit imbriferæ, Cor autem mordet viri bobus carentis,
Tunc sagina sanè nigros boues, intus existentes.
Facile enim est dicere verbum, par boum da & plaustrum:
Facile autem est recusare. Instant enim opera bobus s. meis.
Dicit autem vir mentis compos, suggere plaustrum.
Stultus ne hoc quidem scit, centum esse ligna plaustri.
Horum ante curam habere s. oportet, domi reponendo.
Quando igitur primum tempus arandi hominibus apparuerit,
Tunc aggredere, simul & famuli & tu ipse s. paterfamilias.
Siccam & humidam arans, arationis ad tempus,
Mane valde properans, vt tibi impleantur arua.
In vere proscindito, In æstate autem iteratus ager non te decipiet
Noualem vero conferito adhuc leuem terram,
Noualis ager arcens malas deprecationes, paruos pueros demulcet.

VAL-

VALLA.

Duc in aratra bouem nono qui viuat in anno,
Apta ætas operi matura est: franget aratrum
Bos iuuenis minitans iuuenili prælia cornu,
Et rixam exacuens opera imperfecta relinquet.
Quære quater decies annorum ætate bubulcum,
Quadrifidus pann & ofellas cæsus in octo
Sit cibus huic: recto sulcabit vomere terram
Si maturus erit: studium intermittet arandi
Iunior, aspiciensq; pares ætate colonos
Ibit ad hos, ludosq; ciet lasciua iuuentus.
Ergo non melior iuuenis, neq; semina versæ
Spargere humi, quantum terræ mensura requirit.
Contemplare etiam quom grus è nubibus alta
Assiduos agitat clangores, nunciat imbrem
Venturamq; hyemem, tempusq; indicit arandi.
Angit & illius mentem, cui nulla boum spes.
Tunc redeant fessi plena ad præsepia tauri,
Tunc proprios operare boues & plaustra. Sed inquis,
Non habeo, dabit hic: facile est petere atq; negare.
Mentis inops alius, Quid enim componere currum
Tunc volet, ignarus non nouit quantus in illo
Sit labor, & centum compagibus insita ligna
Quæ debent multo ante domi prouisa reponi.
Præterea cum tempus adest rescindere campum
Fortius insistas operi, exercere ministros,
Nam versenda duplex tibi, sicca atq; humida tellus.
Vere nouo veniant celeres ad aratra iuuenci,
Fertilis vt grauida culmus procumbat arista,
Neu te decipiat cum semina colligit æstas.
Sit noua cui studeas tellus inarata quotannis,
Terra recens large natis alimenta parabit.

FRISI-

FRISIVS.

Sintq; nouem annorum tauri, his firmissima membra,
Conueniuntq; operi medio æui flore vigentes,
Non illi inter opus miscentes prælia, aratrum
Frangent, incœptumq; ita opus linquent sine fructu.
Hos numerans annos vir quadraginta sequatur.
Postquam edit panem morsus quater octo tenentem,
Sollicitus rectum curet tum ducere sulcum,
Ad socios non respiciens, sed pectore toto
Incumbens operi: non iunior aptior illo est
Spargere sementem, & loca semine sparsa cauere.
Iunior ad socios crebro vaga lumina flectit.
Obserua siquando grus vox clangit ad aures,
Nubibus ex altis dantis tibi signa quotannis:
Nam fert signa soli vertendi, & tempora brumæ
Indicat: at bobus venit ipsa ingrata canenti.
Inclusas stabulo vaccas tum pascito fœno.
Dicere perfacile est, cum bobus des rogo currum,
Et facile abnuere est, proprijs bobus labor instat
Vir cordatus ait, currum compinge tibi ipse.
Stultus at hoc nescit, centum si sibi ligna requirit.
Sed tu cuncta domi curato negocia primum,
Et simul ac ipsum iam tempus venit arandi,
Tum quoq; cum famulis insistas ipse labori.
Humidus & siccus sit ager quum scindis aratro,
Mane bene aggrediens, spicis onerentur vt arua.
Vere solum proscinde, iteratum haud fallet in æstu.
Esto noualis ager, cui vis committere semen,
Dira nouale arcet, puerorum est blandaq; nutrix.

DISPO-

DISPOSITIO.

Βόε δ' ἐυγαετῆρα) *Tertium præceptum etiam œconomicum est de bobus comparandis, quibus maxime opus est ad arandum & addit Poëta, qua ætate debeant esse boues aratores, nempe, media, quæ maxime præ reliquis duabus ætatibus excellit. Addit autem rationem, Quia (inquit) si boues nimium sunt feroces, non facile possunt domari, sed sæpe inter laborandum concertantes frangunt aratrum & impedium opus. Si vero sunt nimium senes, in laboribus perficiendis destituuntur viribus, & ita etiam impeditur labor. Media igitur ætas maxime est idonea ad laborandum, quamuis Homeri versus opponitur, cum inquit,* ἔργα νέων, βολαὶ δὲ μίσων, εὐχαίτε γερόντων. *H. e. labores in Repub. obire debent iuuenes. Qui autem sunt mediæ ætatis, debent bene consulere. Qui vero in extrema ætate sunt, votis & pijs precibus Rempub. iuuare debent. Non enim sunt apti bellis. Ita etiam Psalmus 127. testatur, filios iuuentutis debere armis Rempub. tueri & bella gerere. Hi enim sunt tanquam sagittæ, quæ feriunt. Quia diuinitus mittuntur & donantur.*

τοῖς θ' ἅμα) *Quartum præceptum est de bubulco seu famulo, qui faciat opus rusticum. Q. d. vide, vt non tantum habeas boues aptos ad arandum (qui non dissident circa arationem, nec lasciuiendo frangunt, diſrumpuntq; aratrum, quod sæpe fieri solet à*

iunioribus

iunioribus bobus, qui recens sub iugum adducti, laborem inanem atq; irritum faciunt, dum inquieti se extorquent) sed etiam ministrum, non iuuenem (Ille enim minime curat negocium domini) sed firmum, qui strenue possit commedere. Ita futurum est, vt fortius laboret. Hic autem locus Hesiodi complectitur multas monitiones sedulis patribus familias necessarias.

PRIMA est, quod paterfamilias debeat emere seruum, qui natus sit quadraginta annos, additq; huius fidelis admonitionis verissimas rationes, nempe, quod iuuenis non habeat animum intentum operi, sed interim, dum laborandum illi sit, ad suos coæquales respectet, & ita negligat domini sui negocia, sicut etiam Euripides in Oreste testatur, quod pueri non sint intenti rebus serijs, sed delectentur sodalitijs, & quanquam à parentibus cogantur, vt faciant suum officium, tamen interim peregrinatur ipsorum animus & neutiquam satisfaciunt expectationi parentum. Verum hæc sententia Hesiodi potest referri non tantum ad Rempub. sed & ad Ecclesiarum gubernationem. Nam, vt Cicero inquit, adolescentes perdiderunt Rempub. Et Diuus Paulus prohibet Ecclesijs præficere Neophytos, 1. Timoth. 3. Ideo enim vocantur πρεσβύτεροι, h. e. senes (Priester) non iuuenes. Menander verissime dixit, Iuuenes non stolidi, putant se valde sapere, cum nihil sapiant.

In iuuenes autem multa vitia cadunt Reipub. & Ecclesiæ pernitiosa, qualia sunt inopia iudicij. Cum enim doctrinam nondum penitus cognitam habent,

facile deerrant, Quod cum Nazianzenus requirere voluit. similitudine vsus est laudans nauticam legem, qua nemo admittitur ad gubernacula, nisi qui prius diu ad remos sederit. SECVNDVM vitium est curiositas, quod in doctrina amant materias arduas, subtiles, & difficiles, de quibus D. Anthonius traditur ita pronunciasse, si quis viderit iuuenem de arduis rebus disputantem, & iam altero pede cœlum conscendisse, detrahendum esse in terram, & retinendum in doctrina de communi vita. TERTIVM vicium nouiciorum plærunq; est polypragmosine, immoderata illa, & obscura diligentia, quæ multis se negotijs ingerit & aliorum vocationes turbat, & in summa, qui omnia, omnesq; suo imperio subiacere postulant. QVARTVM est superstitio, Sunt enim plærumque tales vel propter ætatem vel doctrinam vel nouitatem feruentiores cæteris promittentes maiorem religionem seu zelum, quo immoderato zelo sæpe labuntur, mutant ordinata, fiunt duri infirmis, nullam adhibent æquitatem, requirunt summam vbiq; perfectionem, contra quos Salomon dixit, Ne sis nimis iustus. QVINTVM est φιλαυτία, qua mirantur & delectantur laude populari, incipiunt confidentiores fieri, & despicere aliorum iudicia, arrogare sibi maiorem authoritatem, quàm conuenit, seruire populari bus iudicijs & pugnare pro existimatione, vnde excitantur æmulationes, odia, certamina, schismata, & hæreses. SEXTVM est inconstantia. Nouitij enim & iuuenes facile inflecti possunt. Vult itaq; Paulus,

lus, vt viri graues & docti eligantur, qui longo vsu & multis tentationibus confirmati sunt. SEPTIMVM est præcipitantia, cui videmus obnoxios esse omnes imperitos, non iuuenes tantum, sed etiam natu maiores. Est enim verissimum illud Thucydidis dictum, Imperitia audaciam affert, prudentia vero cunctationem. Huc & illud pertinet, Dulce bellum inexpertis. Maxime autem nocet in consilijs & in administratione præcipitantia, sicut multorum exempla testantur. Ideo grauissima exempla extant, quæ hortantur gubernatores, ne sint præcipites. Notum est illud Augusti, σπεῦδε βραδέως, Eile vnnd thue gemach.

SECVNDA admonitio est, talem seruum seu ministrum esse conducendum, qui commedat panem, cuius singulæ quadrantes octones morsus efficiant. Nostri enim homines solent hoc etiam obseruare, quando conducunt seruos & ancillas, vtrum strenue & alacriter commedant. Nam plærunq; hoc accidit, vt illi, qui strenue edunt, etiam strenue laborent, Wer ein fauler oder langsamer esser ist / der ist auch ein fauler arbeiter.

TERTIA admonitio est, seruum, cui res sui domini sunt curæ, sodalitijs non abduci à suo instituto, sed rectum ducere sulcum in agro. Nam & illud est artis & singularis diligentiæ indicium, sicut Christus noster Saluator Luc. 9. hoc comprobat, inquiens, Nemo mittens manum suam ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Vt enim in agricultura, qui

aratrum tenet, necesse habet, vt oculos suos recta præ se dirigat. Nam si oculi passim vagentur & retrospexerunt, sulci minime recti imprimentur, Ita is nunquam fœliciter seruiet regno Dei. h. e. prædicando Euangelio, qui subinde respicit ad familiam, ad cognatos, ad principes huius seculi, & ad pericula huius vitæ, qui timet, ne si vocationi prædicandi Euangelij seruiat, damnum rerum suarum patiatur. Idem censendum est de studiosis literarum, qui cum alijs magis intenti sunt, parum in suis studijs proficiunt.

QVARTA admonitio est, nimis seram sationem esse vitandam. In sera enim satione semina strangulantur, Deinde terra non recipit semina. Infra autem monet Poëta, non nimis sero, neq; præpropere faciendam esse sationem, dum sicca tellure licet, dum nubila, pendent, iuxta Virgilium, Quando enim terra nimis riget gelu, non recipit semen. Nam quicquid debet glutinari, requirit humorem. Quando autem terra riget gelu, non habet humorem, Ergo non fit attractio seminis. Item, quando sunt magni imbres, tunc semen strangulatur immodico humore, Ideo apud nostros agricolas imprimis laudatur, si quis recto tempore nouit sementem facere, ita vt non sit opus iterata satione. Virgilius tempus serendi frumentum vult esse inter æquinoctium autumnale & initium brumæ, videlicet, à mense Septembri vsq; ad Decembrem, quod & Plinius & Columella indicant. Vsitatior autem est in Italia serotina satio, quàm in Germania, eò quod in locis frigidis hyberna semina citius

serenda

ſerenda ſunt & in locis calidis tardius. Ideo Columella Varronem imitatus inquit, Vetus eſt agricolarum prouerbium, Maturam ſationem ſæpe decipere ſolere, ſeram nunquam. Itaq; in totum præcipimus, vt quiſq; natura locus frigidus erit, is primum conſeratur, vt quiſq; calidus, nouiſſime. Idem cenſet optimum eſſe inter Calendas Decembris ſementem facere. Hæc annotanda ſunt, ne Virgilio obijciatur abſurditas. Præcipit enim ſementem pro natura ſoli Italici. Vide Prouerb. Serere ne dubites.

QVINTA admonitio eſt, quod dicit, Iuuenes incredibili ſtudio ſectari ſua ſodalitia. Talis autem quiſq; plærunq; eſt, qualium conſuetudine vtitur. Si bonus conuerſatur cum malis, euadit malus. Sin vero vtitur conſuetudine bonorum, melior euadet. Quia boni propter ſequatiorem naturam facilius imitantur æqualium mores & vitam. Hinc eſt in Andria Terentij de Pamphilo, Omnibus facile obſequi, aduerſus nemini. Ibi enim deſcribit Poëta ſequacem naturam iuuenum.

Φράζεσθαι δ' εὖτ') Poſtquam hactenus dixit de apparatu inſtrumentorum & eorum, quæ ſunt neceſſaria ad rem ruſticam, ſequitur nunc quintum præceptum de tempore arationis, Q. d. Age obſerues in aratione hoc ſignum, Quando audieris grues volantes, ibi tempus eſt, vt præſcindas agros. Antea autem à ſignis cœleſtibus, vel ab apparitione ſignorum cœleſtium ſumpſit ſuam deſcriptionem. Sed iam vtitur ſigno magis noto, Quando videbis grues volantes

(verum author de autumnali volatu loquitur) tunc para te ad arationem. Quia in principio veris etiam ex meridionalibus locis in septentrionalem regionem auolant, In autumno autem quod fit in Octobri post vindemiam, ex septentrionalibus in meridionales auolant in Aegyptum, videlicet, vbi belligerantur cum pigmeis, vt est apud Homerum lib. 3. Iliad. αἵτ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον, καὶ ἀτέσφατον ὄμβρον. Imitatus est hunc quoq; locum Hesiodi Virg. 1. Georg. Aut illum surgentem vallibus imis, Aëriæ fugere grues, &c. vbi indicat altiorem volatum gruum significare pluuiam.

Diligenter autem est notandum, quod vna ex gruibus sit quasi buccinatrix, quando feruntur per nubila. In vere prænunciat æstatem, In autumno prænunciat hyemem. Iam ab illa occasione digreditur ad præceptum de diligentia & prouidentia œconomica, quando scilicet grues canunt, tum homo improuidus solet timere hyemem, sicut dici solet, O Simonis & Iudæ naturæ sunt tibi nudæ, quando aliquis sibi non prospicit in æstate, vel se vestiat in hyeme, illum necesse est perpeti frigus. Tu autem alliga boues aut equos ad præsepe, & da illis largius pabulum. Quia sunt confirmandi ad tolerandum laborem. Si vero non sunt firmi, non possunt perficere suum opus. Iucunda autem est sermocinatio, qua confutat eorum rationem, qui obijcere poterant, si quid desiderabimus in re familiari nostra, poterimus ab alio commodato petere. At Poëta respondet isti obiectioni, Eadem opera posse aliquem

quem petere, & negare. Debet igitur diligens paterfamilias non tantum magnam suppellectilem habere bene instructam, sed etiam admoueat ipse manum vnà cum famulis operis, quàm primum apparet tempus arandi.

αὐτὴν καὶ διερὴν) Sextum præceptum, qualis terra sit aranda. Hic versus est physicus, & quasi ænigma, siccam & humidam terram esse arandam. Siccum enim & humidum sunt pugnantia, ac siquis diceret, calidum & frigidum. Poëta autem sic loquitur, Eam terram esse arandam, quæ neq; nimis sicca sit & puluerulenta, neq; nimium diffluat humiditate. Nam neutra exceßio est idonea arationi. Ergo sit temperate sicca & temperate humida, vt facile poßit frangi aut proscindi, vt fiat spongiosa ad recipiendum semen, vt sit eleuata & porosa, & præbeat loca transpirabilia semini. Nam quoniam semen operitur terra lutosa & densa, tunc non potest exerere germen, sed perit, & nihil inde nascitur. Simile præceptum est apud Columellam, Neq; succo careant, neq; abundent vligine. h. e. terra non sit nimium arida, nec nimium vliginosa & humida. Vult igitur Hesiodus arandam esse terram madefactam quidem & leuiter humentem, non tamen lutosam. Deinde addit tempore opportuno arationem esse incipiendam, si velimus ditescere. Q. d. vide, ne sis postremus inter eos, qui opus rusticum faciunt, sed potius sis inter primos. Ibi enim valet hoc præceptum in percipiendis frugibus.

εἴαρι πολεῖν) Septimum præceptum etiam ad arationem pertinet, & docet, quoties terra sit aranda. Vult autem pingue solum quater arari, sicut est solum Italicum, aut Thuringiacum. Tenuius vero solum, quale est Vitebergense vel Francium, ter arandum esse. Prima aratio est proscißio, quæ fit in vere post Ianuarium, vel in medio Februarij. Secunda est iteratio mense Iunio ante solstitium. Postremo ante sementem aratur terra, Hoc latini tertiationem vocant & fit in noualibus agris. Addit autem præceptum notatu dignum de noualibus. h. e. de agris, qui interquiescunt (vom brachfelde) Sunt enim multo feraciores, si habent sua interualla. Estq; hic locus commendatio noualium. h. e. agrorum, qui interquieuerunt. Quia enim ferunt multas fruges, merentur laudem prætereuntium hominum, & amantur à pueris, propterea quod ferunt triticum, vnde conficiuntur panes, placentæ, pulmenta, quibus delectantur pueri. Necessariæ autem sunt illæ interspirationes agrorum. Quando enim ager conseritur singulis annis, tunc exhauritur humiditas, Et terra sterilescit, consumuntur halitus & spiritus terræ. Ergo necesse est, vt agri interquiescant in tertium aut quartum annum. Sunt quidam agri, qui tertio anno interquiescunt, & quoniam rarius interquiescunt agri, tanto sunt nobiliores, preciosiores, & meliores. Quidam quarto anno conseruntur rursus. Noualis igitur ager dicitur (teste Plinio) qui interquieuit & piguefactus fimo, & de nouo aratus, excultus, & consitus est.

Operæ

Operæ precium autem facit studiosus puer, si quæ sunt in primo Georg. Virgilij, cum hoc loco contulerit, ita sine negocio Hesiodi sententiam assequetur. Sic enim inquit, Illa seges demum votis respondet auari Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit, Illius immensæ ruperunt horrea messes. h. e. ille ager fertilissimus est, qui quarta aratione seritur. Duplici autem modo locus Virgilij potest intelligi, Primo de nouali, quem Græci νέον vocant, qui alterius annis seritur. De hoc probus interpres intelligit, sed Italiæ regiones respiciens. Talis igitur ager bis sentit solem. Semel priore æstate, qua cessat, iterum sequente æstate, qua fructum fert. Bis sentit frigus, scilicet, in autumno post messem, & hyeme sub primum initium veris, cum seritur, vel cum accipit semen. Secundo simpliciter intelligi potest, quod quarta aratione paratur sementi, Proscinditur enim initio veris & iteratur sub solstitium æstiuum, Ita bis solem sentire dicitur. Tertiatur deinde circa Calendas Septembris & pro loci fertilitate vel eodem anno sub autumnum vel proximi anni verno tempore paratur sementi, & ideo bis quoq; frigus tollerat. Vult igitur Virgilius agrum natura bonum iuuari diligenti cultura, idq; beneficio caloris & frigoris influentiæ cœlestis, quorum ille resoluit & succum suppeditat. Hoc vero continet & conseruat, quod bonum est in fundo.

EXPLICATIO TEXTVS.

Βόε δ' ἐνναετῆρε) Describit boues aratores, qua ætate debeant esse. Illis enim maxime opus habet agricola ad culturam suorum agrorum, sicuti nostri rustici equis ad agros colendos imprimis indigent. ἐννεαετῆρε) .i. nouennales, vel nouem annorum. Duali autem numero vtitur, non operosam agrorum Græciæ indicans culturam, quando saltem binis iunctis bobus facile sulcare possunt ab ἐννέα, id est, nouem, & ἔτος .i. annus. ἄρσενε) .i. masculos ab ἄρσην, ενος, Inde ἀρσενικὸν .i. masculinum genus. κεκτῆσθαι) Infinitiuus pro imperatiuo, Q. d. comparato, acquire, posside, ἀ κτάομαι. Est præteritum vim passiuæ infinitiui modi, sed significat actiue, sicut apud nos deponentia. Inde κτῆμα & κτῆσις .i. possessio. Multa alia inde nomina verbalia deriuantur. οὔκ) .s. est. Addit explicationem. ἀλαπαδνὸν) .i. infirmum, debile, fragile ab ἀλαπάζω .i. deuasto, depopulor. Inde dicuntur ἀλαπαδνὰ, quæ facile deuastantur vel infirmantur. Q. d. quia tales boues possunt sufficere laboribus. ἔχοντε) .i. postquam adoleuerunt & excesserunt pubertatem, nicht zu alt / vnd auch nicht zu jung / non erunt tam petulantes, aut lasciui. Ἥβη autem Dea pubertatis ac iuuentutis, ex Iunone & Ioue prognata, teste Hesiodo. Ponitur deinde per metonymiam pro iuuentute ipsa, & pubertate, atq; ætatis flore. Inde ephebus dicitur, qui iam est vici-

est vicinus annis pubertatis. μέτρον) id est, medium seu mensuram. Q. d. mediam ætatem. ἀρίσω) Est dualis ab ἄρις. ἐργάζεσθον) .i. ad laborandum seu faciendum laborem. Media autem ætas maxime excellit, & idonea est ad laborandum seu ad laborem agriculturæ perferendum, Extrema ætas non ita valet, sicut media. Quamuis autem versus Homeri opponitur, Opera sunt iuuenum, consilia virorum, preces senum, tamen hæc ætas media est maxime idonea ad colendos agros. Q. d. qui symmetriam ætatis habent, nec sunt pulli imuges, nec senio confecti, hi valent ad laborem, suntq; præstantissimi.

οὐκ ἂν τώγ) Explicat hunc locum, & addit rationem. Quando enim boues sunt ferociores, tum non facile domantur & irritati nonnunquam frangunt currus & aratra, & opus impeditur. τόδ') .i. illi boues ea ætate. ἐρίσαντες) .i. certantes, litigantes, ludentes, inter se contendentes, ab ἐρίζω .i. pugno. κάμμον) .i. se defatigando, laborando, operando, vel, inter laborandum, ἀ κάμνω. ἄορ 2. ἔκαμον καμεῖν vel καμεῖν Ionice per apocopen. μ geminatur Ectasi Poetica. αὖλαξ dicitur sulcus in agro. ἄξειαν) .i. frangerent, vel, solent frangere ab ἄγω, & est Ionicum. Q. d. tales boues nouennes non inter se certant, & frangunt aratrum, sicut solent iuuenci facere. λίποιεν) .i. non reliquerint, ἀ λείπω .i. relinquo, Est hoc in loco Aoristus secundus optatiui. ἐτώσιον) .i. inutile, imperfectum, irritum, vanum. Posteaquam enim ager proscindendus est, & aliquis

iungit iuuencos indomitos & feroces, & illi inter laborandum inter se pugnant, & aratrum est fractum, tunc agricola cogitur deserere opus.

τοῖς δ' ἅμα) Sequitur quartum præceptum de ministro vel seruo, qui faciat opus rusticum. Dicit enim talem seruum emendum esse, qui non sit iuuenis, sed quadragenarius. h. e. robustus, ein starcker Mann. Significat enim ætatem iam valentem. τεσσαρακονταετὴς) .i. natus quadraginta annos. Q.d. Ad hos boues adhibendus est vir aliquis adultæ ætatis, qui posit seriam curam operum agere, ne forte, si sit iuuenis, ad suos socios discurrens, laborem prætermittat. αἰζηὸς) .i. ὁ νεανίας. iuuenis. Grammatici deriuant ab ἀεὶ .i. semper & ζάω .i. viuo, quasi semper victurus. Significat enim adultum hominem, aut illum viuatiorem, & vegetiorem ætatem. Sunt autem septem ætates hominis, secundum Astronomos, teste Interprete Græco, INFANS, βρέφος, à natiuitate vsq; ad quartum annum, Lunæ habet proportionem. Postea PVER (παιδίον) vsq; ad decimum annum, respondet Mercurio. ADOLESCENS, μείραξ, à decimo anno, vsq; ad decimum octauum, respondet Veneri. IVVENIS, (νεανίας) ab anno decimo nono vsq; ad trigesimum septimum, respondet Soli. VIRILIS AETAS (ἀνὴρ) à trigesimo octauo anno vsq; ad 52. respondet Marti. GRANDIS AETAS, Græcis πρεσβύτης, à 53. anno vsq; ad 64. respondet Ioui. SENEX, Græcis γέρων, à 64. vsq; ad occasum vitæ, respondet frigido Saturno.

turno. ἕποιτο) .i. sequatur, regat, ducat. δειπνήσας) .i. edens, cœnans, commedens, á δειπνέω .i. cœno. Inde δεῖπνος est, τὸ πρόγευμα, prægustatio. ἄριστον, τὸ γεῦμα, gustus. δόρπος, ὁ παρ' ἡμῖν γεγόμενος δεῖπνος, Id quod nos δεῖπνον vocamus, cœna Latinis dicitur. τετράτρυφον) h. e. qui sit robustus, & res suas diligenter curat. τετράτρυφον autem significat quadrifidum, vel, qui fragmenta habet quatuor, decussatim, siue, in modum crucis. ὀκμάβλωμον) .i. octo morsuum, ita tamen, vt vnum frustum habeat binos morsus, der ein gut stück brodts auffschroten kan/ nempe, 32. buccellas panis βλῶμος enim significat buccellum, seu morsum, ein mund voll. Tales ministri eligentur, Quia sunt alacres ad laborandum. ἔργον) .i. cui curæ est opus, der jhm die arbeit lest angelegen sein. μελετῶν) Q. d. elige ætatem, quæ non á suo officio abducitur iuuenilibus cupiditatibus, á μελετάω .i. curo. ἐλαύνοι) .i. agat, ducat, ab ἐλαύνω .i. duco vel agito. ἰθεῖαν) das er gerade ackere/ vnd ein gleiche furcht köndte machen/ ab ἰθὺς, id est, rectus. Inde ἰθάνω, id est, rectifico, vel dirigo. Q. d. qui scilicet vir natu maior, curam agens operum, ducat rectißimum sulcum, hoc est, proscindat terram rectis versibus.

παπταίνων) .i. circumspectans, hians, respiciens, hat nicht das maul offen / vnnd gaffet vmb sich. Sic etiam Germani loquuntur, er siehet sich nach einem vmb. Græca enim lingua valde

cognata

cognata est Germanicæ. h. e. qui negligentius aret aut proscindat, vel, qui neglecto suo opere conferat se ad suos æquales, vel qui non sodalitijs abducatur à suo instituto. ὁμηλικὰς) .i. qui sunt eiusdem ætatis. θυμὸν ἔχον) .s. qui serio & ex animo laborat, & mentem habet intentam operi. τοῦ δ') Antithesis est. ἀμείνων) .s. est. σπέρματα δάσασθαι) .i. sementem recte facere, seminaq; strobibus, vt decet, deponere, vel, seminare, vel distribuere conserendo agrum, vel, ad seminandum, à δάζομαι .i. distribuo. Illud etiam inter nostros rusticos est præcipuum artificium, quando aliquis probe nouit sementem facere, & ita, vt non sit opus iterata satione. ὑπὸ σπορίην) Ionice pro ὑπὸ σπορίαν) .i. post sationem. h. e. nimis seram sationem, vel, iteratam seminationem. ὑπὸ σπορία enim dicitur sera satio, h. e. cum in idem semen alterum semen inijcitur. Q. d. ille erit aptus ad serendum, & ad vitandam seram sationem. Sententia huius loci est, vt seminationem alteram, siue superseminationem, ἐπανασπορὰν etiam Græcis vocatam, fugere possis. Nam qui male sementem fecerunt, rursus eam iterant, super inijcientes aliud semen. κουρότερος) Egregius est versus indicans naturam iuuentutis. Talis locus est etiam apud Homerum. ἐπτοίητα) .i. insanit, attonitus est ad aliquam rem, furit, vehementissimo impetu ardet, incredibili quodam impetu sectatur sua sodalitia, vel, mirabiliter expetit sodalitia, ad suos coæquales circumuolat, ociatur. Vsus enim est emphatico verbo. πτοιέομαι proprie significat

ficat impetu vel furore quodam quasi obstupefactus feror, sicut dici solet, Er ist rasend oder vnsinnig hernach / sicut illa ætas quasi furit & habet impotentes impetus, & motus animi. πτοέειν aut πτοιέειν est attonitum reddi, gaffen.

φράζεσθαι) Iam describit tempus arationis. Cum autem ab autumno incœpit, commoratur adhuc in suo Calendario. Q. d. sis attentus ad labores rusticos, quam gruis vocem audieris, quæ diu clamat ex alto, cuius vox signum adfert arationis, & humidam tempestatem denunciat futuram, contristatq; animum non habentis bouem aratorem. Postquam enim fratrem admonuit, vt in astris videat tempus accommodatum cuilibet necessario labori, iam nunc idem monet obseruari ex voce gruum. Designat autem grus futura temporis discrimina, ver & hyemem, Quia est animal pauidum, & facile sentiens calorem & frigus. Dum vero in alto fertur propter grauitatem sui corporis, ne forte ad terram deprimatur, facile sentit superioris aëris qualitatem, seq; ad frigus aut calorem conuertit. Ac volans quidem in aëre frigido, dolet, ideoq; clamat. Postquam vero ad calidiorem peruenit aërem, sine dolore submissa voce circumuolitat. Et hoc modo nos ex illius clamoribus hyemem & ver cognoscimus. Hactenus Interpres. ἐπακούσῃς) i. cum audieris. Hoc autem accidit ante festum Martini. γεράνου) γέραν & dicitur grus. Inde γεράνιον dicitur species herbæ in pharmacopolijs Rostrum gruis vel Ciconiæ, quod habeat similitudinem quandam

gruis,

gruis, Storchschnabel, Gerania passim ferè visuntur in campestribus secus vias, vel, iuxta sepes. Qualitates Geraniorũ collige ex Fuchsio. Radices & folia Geraniorum desiccant & adstringunt excepto primo. Vide Adamum Lonicerum de natura & viribus plantarum fol. 152. ὑψόθεν) .i. in sublimi, vel, ex alto. ξυιαύσια) Aduerbium est neutrum plurale. q. d. iuxta annorum morem, quotannis, in annum, annuatim. ξυιαυτὸς dicitur annus quasi in seipsum recurrens. κεκλαγύιας) .i. clangentis, clamantis, sonantis, strepentis, wie sie schreyen, quod fit in Octobri post vindemiam à κλάγγω. μ. κλάγξω. ω. medium, κέκλιγα. ἄος. α. ἔκλαγξα. ἀχρότοιο) Ionice pro ἀχρότου. ὗ) .s. φωνὴ. χεῖμα) .i. hyems, tempestas. δ' ακύει) .i. ostendit, significat, à δ' εικνύω id est ostendo. Inde apodixes dicuntur demonstrationes seu euidentes probationes. ὄμβρῳ) .i. imber. Inde ὀμβρινῶ .i. imbrifer, pluuiosus. κραδίλω) καρδία vel καρδία significat cor. Inde καρδίακῶ dicitur dolor cordis. ἔδ' αὖ) .i. momordit, à δάκω .i. mordeo. ἄος. 2. ἀβώτεω) Est genitiuus Ionicus pro ἀβώτου, à nominatiuo ὁ ἀβώτης .i. pauper, vel, qui caret bobus, vel, qui non est instructus bobus, vt possit arare celeriter, & facere necessarium opus. Obserua autem numerum huius versus. ε enim in vltima dictione absorbetur in ω. Illa quæ est longa, absorbet ε breue est; quædam κράσις seu sinæresis. Sententia autem huius loci est, Qui non habet boues, terretur ista voce

gruis,

gruis, propterea quod iam instat tempus postremæ arationis.

δεῖ τότε χορτάζειν) Infinitiuus pro imperatiuo, Attice. q. d. eo tempore χόρταζε. i. satura, pasce, sagina fœno, du solt sie wol mit hew füttern Q. d. Tunc para te ad arationem. ἑλικὰς βόας) Interpres existimat boues dici ἑλικὰς à rotundo & circulari incessu. D. Philippus nigros exponi vult, Etsi alij interpretentur pro curuis vel curuatibus corporibus incedentibus. Q. d. Tunc vide, vt alliges boues ad præsepe & des illis fœnum vel largius pabulum. Quia sunt confirmandi ad tolerandum laborem agriculturæ. Si vero non sunt firmi, & destituuntur, tunc non possunt perficere suum opus. εὖδον ἔοντας) .i. non emendicatos à vicinis, vel intus inclusos. ῥηΐδιον) Est egregia sermocinatio. Q. d. Est facile verbum agricolæ, non habenti boues, petere commodato ab altero. Facilius autem etiam alteri fuerit recusare, & dicere, sibi ijs opus esse ad labores suos expediendos. ἔπος) .i. verbum, vel sermonem. Syllaba πο producitur tanquam anceps. Desinit enim in partem orationis. εἰπεῖν) .i. facile est dicere, da mihi, aut ad vicinum, da mihi mutuo decem florenos, sic econtra facile est negare, nihil præsto est, aut vnde accipiam decem florenos, quos petis, aut ipse opus habeo illis. δὸς) pro δότε à δίδωμι. ἀπαινήνασθαι) .i. abnegasse ab ἀπὸ & ἀναίνομαι. i. recuso, vel renuo, scilicet his verbis. πάρα) pro πάρεσι, ich mus sie selbst haben. Est μιμητικῶς intelligendum,

dum. Sunt enim verba respondentis. Quando πάρα & πάρι retrahunt tonum in priorem syllabam, tunc significant vel Anastrophen, vel transeunt in naturam verborum. ἔργα) .i. iam tempus est, vt vtaris bobus, si tibi essent instructa instrumenta.

φρσὶ) Antitheſis continens locum de prouidentia & diligentia œconomica. φρένας ἀφνειὸς) id est, abundans mente, vel, diues in mente, vel, qui est vir intelligens, prudens, prouidus, diligens, vel, vir non stultus, sinnreich vnd verstendig. Interpres putat Ironice diuitem mentis à Poëta appellari insipientem, qui habita ratione temporis tam præsentis, vult tandem fabricari currum, aliaq; instrumenta rustica, nec antea considerauit, quid illi faciendum fuisset. ἄφενος .i. diuitiæ. ἄφνειος .i. abundans diuitijs. Ita hoc loco, diues mente, est Græca phrasis & synecdoche. πήξασθαι) Infinitiuus pro imperatiuo. Q. d. compone, fige: vel, coniunge currum à πηγνύω .i. coniungo, conglutino. Q. d. vir industrius non negligit occasionem rei suscipiendæ, sed est paratus. Currus solent diuidi in certas partes & singulæ partes reponuntur in certis locis. νήπιε) Abijcit personam Ironiæ, & aperte stultum appellat eum, tanquam ignarum, quod multa sint ligna, quibus opus est ad faciendum currum, & quæ non facile & vno momento fabricari possunt, sed tempus requirunt & sollicitudinem. οἶδ') Quid nescit homo imprudens? ἕκαστον) .i. multa. Finitus numerus ponitur pro infinito. δοῦρατ' proprie ligna longa dicuntur. Q. d. non

nouit

nouit centum lignis. h. e. multis & varijs lignis opus esse ad currum conficiendum. Alia enim ligna requiruntur ad rotam, alia ad axes, & ad varias partes currus. ἔχεμεν) Infinitiuus Ionicus pro ἔχειν. μελέτην) .i. vt habeat prius curam lignorum. θέσθαι) .i. ponere. πρόσθεν) .i. ille stultus nunquam paratus est ad occasiones. Prouerbium est, obserua occasionem. Vult autem Poëta, vt paterfamilias habeat magnam supellectilem bene instructam, sicut cum Turca fiebat, vbi erat in Vngaria & Rex Ludouicus occidebatur, memini (inquit Philippus) Spiræ in toto conuentu nihil aliud à principibus Germaniæ decretum fuisse, quàm vt mitterentur quidam exploratores, qui renunciarent principibus, num Turca vere esset in Vngaria. Ita nos Germani sumus etiam νήπιοι, qui non sumus parati ad omnes occasiones, sicut Hispani, sed nostras commessationes pluris facimus, quàm salutem patriæ. οἰκήϊα) .i. domestica vel præparata habere in illa domo. Q. d. homo imprudens non antea expendit, quæ sunt ei necessaria. Illa autem sunt præcepta de vna re, sed tamen possunt in vnaqualibet re accommodari.

εὖτ' ἂν) h. e. instrue tua instrumenta, quibus opus est ad laborem, quàm primum tempus arationis apparuerit. ἐφορμηθῆναι) .i. impetum fecisse. Q. d. conatu quodam ac impetu aggredior, irruas, matures, properes, occurras. ὁρμάομαι Depon. ὥρμημαι ὡρμήθην, ἐφορμηθῆναι. ἀορ. α. passiuum infinitiui modi. ἀροτὸς) .i. tempus arationis, aut ὁ ἄροτος.

h. e. ἀροτριασμὸς .i. aratio. ἐφορμηθῆναι) pro ἐφορμήθητι, Attice. h. e. expergiscere & propera. Q. d. Tunc vide, vt mature perficias opus tuum, si tempus adfuerit, vel, vide, vt tu & tua familia mature perficiatis opera, vel, vt sis paratus ad opus perficiendum, ne tunc primum cogaris circumspectare ea, quibus opus est. φανήει) id est, apparebit, à φαίνομαι. δμῶες dicitur famulus & famula. q d. tu ipse cum famulis tuis.

αὔλω) Sextum præceptum, qualis sit terra aranda, scilicet, quæ non sit nimis sicca calore & frigore, neq; nimis humida pluuijs. h. e. quæ non sit lutosa & tamen madefacta. Non enim potest fieri generatio, nisi conglutinatione. Terra autem plus facit ad generationem, quàm semen & agricola. Omnis autem generatio fit humido temperamento (sicuti fit in muliebribus corporibus) alioqui strangulantur semina, sicut nimis humida corpora mulierum non facile concipiunt. αὔλω) h. e. ξηραίνουσαν τὴν γῆν .i. siccam & aridam. διερὴν) h. e. δίυγρον. h. e. humidam. q. d. quæ est medio modo affecta inter humiditatem & siccitatem. διερὸς enim dicitur humidus, seu irriguus. ἀρόων) pro ἀρῶν .i. arans, siue ἀροτριῶν. ἀρότοιο) pro ἀρότου, Ionice, siue ἀροτριασμοῦ. καθ' ὥρην) .i. tempore oportuno seu tempestiuo arationis. πρωΐ) .i. maturæ, mane, tempestiue. Q. d. non debes in medium vsq; diem dormire & cunctari. Cura enim & diligentia inprimis iuuat agricolam. σπεύδων) .i. properans, à σπεύδω .i. festino, propero.

pero. πλήθωτιν) .i. redundent, impleantur, pro πλήθωνται. Est verbum neutrale subiunctiui modi præsens significationis passiuæ. τοι) pro σοι. ἄρουραι) .i. aruæ, agri, campi. Q. d. vt si maturius prosscideris aruum, habeas postmodum segetem abundantem & plenam spicis.

εἴαρι πολῆν) Septimum præceptum, quoties terra sit aranda, in quo comprehendit prosciſsionem, iterationem, & tertiationem, Sic Virgil. 1. Georg. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor liquitur, &c. εἴαρι) Est datiuus casus. πολῆν) id est, vertas seu proscindas terram, à πολέω .i. verto. πολῆν nostri vocant das land brechen. Dicitur autem de agro interquiescente. Malim legere ἦρι πολῆν ob carminis concinniorem structuram, licet illud etiam συνεκφωνήσει defendi possit. Diligenter igitur obserua numeros in hoc versu. In primo enim pede sunt duæ syllabæ contrahendæ εἰαρι πο. In prima dictione α absorbetur in syllaba longa præcedente. ἠὲρ. h. e. ver seu æstas. Sed prima syllaba est aucta. Poëtæ autem sunt liberrimi in figuris, in extensionibus literarum & syllabarum, in diuisionibus, in apocopis & similibus. Quia ipsi maxime student, vt numeri sint molles, & sententia etiam mollis. Lingua eorum magis est obediens, quàm latina, quæ est magis barbarica. Interpres ita declarat hunc locum legens εἴαρι πολῆν, Vlterius docet modum & rationem, qua debeant administrari opera rustica, & inquit, Verno tempore discutias ligone glebas terræ, mense Martio,

aut etiam Aprili. Terram namq; hîc vocat etiam eam, quæ nulla recepit semina. Hoc enim significat verbum ϖωλεῖν. Illud ϖώλε, quod proscinde, siue verte sonat, etiam per ο μικρὸν scriptum, propter immutabilem λ producitur, & fit communis syllaba. Attice autem per ω μέγα scribitur.

δέρεσθαι δὲ) Q. d. post æstatem renouata & proscissa aratro ad minores particulas, non decipiet spem agricolæ, sed felicem messem producet. δέρεσθαι δὲ, συνίζησις est hoc loco. Illud θε extenditur propter consequentem ρ, & fit communis syllaba. Illud ρε cognoscis, quod sit natura breue. Hoc vero, ος δὲ, & longa & breuis syllaba, pro vna breui ponuntur. Et est totum illud, δέρεσθαι δὲ. pro dactylo. νεωμόν) .i. iterata & nouata terra, vel noualis terra. νεόω vel νεάω .i. itero proprie agrum, qui interquieuit, vel agrum aratum rursum aro. νεάμενοι, νεώμενοι. Q. d. in æstate rursum proscindunt agrum, vt terra fiat porosa & transpirabilis, das fein lock wird. ἀπατήσει) .i. frustrabitur, decipiet, ab ἀπατάω .i. decipio. In latina lingua vocant illud prosciſsionem, quod solet fieri in vere circa festum Gregorij. In æstate fit iteratio circa solstitium in mense Iunio. Tertiatio, h. e. tertia aratio fit in Septembri paulo ante sementem, & hoc fit in agris. qui interquieuerunt, h. e. in agris noualibus. νειὸς dicitur ager noualis.

σπείρειν) .i. semina, conserę. κεφίζουσαν) .i. glebam adhuc leuem ferentẽ, nondum exhaustam.

aut

aut debilitatam, vel, recreatam illa quiete, vel, quæ non est defessa gignendo & ferendo, vel, quæ non est male affecta, vel, quæ aratio est eleuata, porosa, & transpirabilis Quando enim ager aliquandiu interquieuit, tum terra est leuior, & non ita exhausta, das fein auffgehoben ist/das nicht dicke auffeinander ligt/ das fein luck ist / quæ non sit onerata aut grauata. Est participium fœminini generis à verbo κȣφίζω .i. leue reddo, quod deriuatur à nomine κȣ̃φος .i. leuis. ἄρȣραν) Appositio est. Q. d. agri debent per interualla quiescere. Hinc ager noualis dicitur, qui per annum quieuit & postea conseritur. Nam immodica & aßidua generatione exhauritur omnis terræ succus. Ideo opus est interuallis. νειὸν) Q. d. concedas interualla, & postea serito. Interpres recte exponit hunc locum, Deponas (inquiens) semina terræ, quæ est nouata, & adhuc leuis laxaq; non densa ac solida, sed spongiosa, recens arata. Postea conuertitur Poëta ad laudes renouatæ terræ, h. e. noualis, & inquit, Quod si nouatam terram conseueris, abiget, amouebitq; execrationes & damna, Implet enim colonos frumento.

νειὸς) .i. noualis terra depellit malas imprecationes, h. e. est fertilis, aut fœcunda, nemo illi imprecatur. Quando enim aliquis intuetur agrum sterilem, aut, vbi est seges rara, tunc maledicunt coloni isti agro. Vbi vero ager est fœcundus, laudatur ab omnibus, Ey / das ist ein fein schön landt / Ey / da stehet schöner weitzen / schön getreide / quæ

moretur laudem & applausum hominum inuentium, aut prætereuntium. ἀλεξιάρη) *.i. arcens execrationes & diras ab* ἀλέγω *vel* ἀλεξέω, *&* ἀρὰ *vel* ἀρὴ *.i. execratio, votum. Inde dicitur Alexipharmacum, medicina, quæ arcet venena.* παίδων εὐκηλήτειρα) *.i. demulcens curas puerorum h. e. reddens quietem, à* κηλέω *.i. demulceo,* εὐκηλέω *.i bene demulceo,* darauff sich die kinder frewen / *q. d. quæ plurimum prodest pueris. Quia respondet votis agricolarum, & fert multas fruges,* es treget reichlich. *Hæ sunt simplices, sed grauissimæ sententiæ.* εὐκηλήτειρα *proprie dicitur, quæ vere lætificat pueros. Hoc autem dicit, non quasi viros & senes etiam non delectet, (Nam profecto omnes gaudio afficit) sed adultam iam, exoletamq; ætatem omittit, & crescentem adhuc, & eam, de qua spes est, vtilem fore, assumpsit, eò quod præ cæteris ætatibus puerilis cupediarum est studiosior, & magis, quàm virorum & senum delectatur esculentis. Si non adipiscatur, vagitum, clamoremq; edit. Priores versus Hesiodi de sicca & humida terra, sic reddidit Eobanus Hessus, in 1. Georg. Virg.*

Sicca equidem tellus pro tempore & humida aranda est
Mane sed accelera, melius quo exuberet aruum
Vere nouo, siccum ne forte nouale per æstum
Frustretur tua vota, sed illud arato quotannis
Semina committens, &c.

TEXTVS.

TEXTVS.

Εὔχεσθ' ἢ Διΐ χθονίῳ, δημήτερι θ' ἁγνῇ,
Ἑκτελέα βρίθοντι δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν,
Ἀρχόμενος τὰ πρῶτ' ἀρότοιο ὅταν ἄκρον ἐ-
χέτλης
Χερὶ λαβὼν ὄρπηκα βοῶν ὑπὸ νῶτον ἵκηαι,
Ἐνδρύον ἑλκόντων μεσάβῳ, ὁ δ' ἢ τυτθὸς ὄπιθεν
Δμῶς ἔχων μακέλλαν, πόνον ὀρνίθεσσι τι-
θείη,
Σπέρματα κακκρύπτων (εὐθυμοσύνη γὰρ ἀρίστη
Θνητοῖς αὐθρώποις, κακοθυμοσύνη δὲ κακίστη)
Ὥ δέκεν ἀδροσύνῃ σάκχυες νεύοιεν ἔραζε,
Εἰ τέλος αὖτος ὄπιθεν ὀλύμπιος ἐσθλὸν ὀ-
πάζοι.
Ἐκ δ' ἀγλαέων ἐλάσθας ἀράχνια κὴν σε ἔολπα
Γηθήσθην Βιότοιο ἐρεύμενον ἔνδον ἐόντος.
Εὐοχέων δ' ἴξεαι πολιὸν ἔαρ, οὐδὲ πρὸς ἄλλους
Αὐγάσεαι, σέο δ' ἄλλος ἀνὴρ κεχρημένος
ἔσται,
Εἰ δέκεν ἠελίοιο τροπῆς ἀρόσῃς χθόνα δῖαν,
Ἡμενος ἀμήσῃς, ὀλίγον περὶ χέρσον ἐέργων,
Αντία δεσμεύων κεκονιμένος, οὐ μάλα χαί-
ρων.

Οἵσης δ' ἐν φορμῷ, παῦροι δέ σε θυόσνδε,
Ἄλλοτε δ' ἀλλοίης ζωὸς νόος αἰγιόχοιο.
Ἀργαλέος δ' ἄνδρεσσι κατὰ θνητοῖσι νοῆσαι.
Εἰ δὲ κεν ὄψ' ἀρόσῃς, τόδε κέντοι φάρμακον ἔστω.
Ἡμος κόκκυξ κοκκύζῃ δρυὸς ἐν πετάλοισι,
Τὸ πρῶτον τέρπῃ τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν,
Τῆμος ζεὺς ὕοι τρίτῳ ἤματι, μήδ' ἀπολήγοι,
Μήτ' ἄρ ὑπερβάλλων βοὸς ὀπλιὴν, μήτ' ἀπολείπων,
Οὕτω κ' ὀψαρότης πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζῃ.
Εν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο, μηδέ σε λήθω.
Μήτ' ἔαρ γινόμενον πολιὸν, μήθ' ὥριος ὄμβρος.

VERSIO.

Supplica vero Ioui terrestri, Cereriq; castæ,
Maturis onera Cereris aram fructibus,
Incipiens primum arationem, quando extremum stiuæ
Manu capiens, stimulo boum super dorsum veneris
Quercum temonem trahentium iugo. Paruus autem retro .s. sequatur
Famulus, habens ligonem, laborem auibus vt faciat,
Semina occultans (Diligentia enim optima est
Mortalibus hominibus, Negligentia vero pessima)
Sic quidem vbertate spicæ nutauerint ad terram,
Si finem ipse postea Iuppiter bonum præbebit.
E vasis autem auferes telas arancarum, & te spero

Gauisu-

Grauiſurum eſſe, victum inuenientem intus exiſtentẽ,
Conuiuans autem peruenies ad canum ver, neq; ad alios
Reſpicies. Tui vero alius vir indigens erit.
Si vero circa ſolſtitium .ſ. hybernum arauerit terram almam
Sedens metes, parum circa manum habens,
E regione ligans puluerulentus, nec valde gaudens,
Feres in calatho, pauci vero applaudent tibi.
Interdum autem varius eſt animus Iouis, qui tenet Aegidem
Difficilis autem hominibus mortalibus deprehenſu.
Si ſero arauerit, hoc remedium tibi erit
Quando cuculus canit ſuum carmen in frondibus quercus
Primum delectat homines per immenſam terram,
Tunc Iuppiter pluat tertio die, & non deſinat,
Non vtiq; ſuperans pluuia bouis vngulam, neque deficiens
Si ſero arans æquat illum, qui prius arauit.
In animo autem bene omnia obſerua, neq; te fallet,
Tum ver exiſtens canum, tum tempeſtiua pluuia.

VALLA.

Plutonem in primis venerare, atq; annua ſacra
Vota refer Cereri, quum ſtiuæ innixus agendo
Incipis exercere boues, ſtimuloq; fatigas,
Sic immenſa tibi ſurgent Cerealia dona.
Semina quum terræ committis ponè ſequatur
Seruulus, atq; auibus raſtro ſata læta recondat.
Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos,
Læditur aduerſo qui negligit omnia fato.
Si ſit pingue ſolum, grauidæ inclinantur ariſtæ,
Feliceſq;

Felicesq; operum successus ab Ioue summo
Hinc capies, neq; sub tectis extendat arachne
Fila, sed immensæ replebunt horrea messes.
Tunc gaude, & cani florentia tempora veris
Lœtus agas, quum te incassum crudelis egestas
Aspicit, & parto turget domus, atq; aliena
Re tibi non opus est, tua pluribus adiumentum.
Fit sterilis tellus medio versata sub æstu.
Hincq; solo residens imas falcabis aristas,
Auersos religans culmos, tenuisq; sequetur
Spes vitæ, pauci te mirabuntur ab agris
Parua sub exiguo referentem farra canistro.
Difficile interdum mutabile noscere tempus.
Mobilis & varia est alti natura tonantis.
Ac si tardus aras, tardè tibi solus aranti
Afferet auxilium: Si largis imbribus æther
Tris noctes, totidemq; dies non cessat ab alto,
Donec replerit validi vestigia tauri.
Tempore quo querna residens super arbore coccys
Exululat, gaudentq; hominum mortalia corda,
Vere sub aprico sit tardus forsitan eques,
Qui tempestiuo diuertit vomere terram.
His intende animum, nec florida tempora veris
Te lateant.

FRISIVS.

Terreno fac vota Ioui, Cereriq; pudicæ,
Vt placidi pleno dent arua grauescere fœtu.
Fac vota aggrediens terram sulcare, manuq;
Corripiens stiuam, stimulas quum dorsa trahentum
Vimine taurorum: sed tunc te ponè sequatur
Rastra puer portans, quum mandas semina terræ,
Isq; auibus semen cælando negocia ponat,

(Seduli-

(Sedulitas homines iuuat; at socordia lædit)
Sic grauis in terram fructu nutabit arista.
Siq; tuo placidus Deus annuat inde labori,
Ejce tum vasis, quas fecit aranea, telas,
Et cunctis plenis victu lætabere visis,
Inueniet te ver epulantem, non eris vnquam
Indigus alterius, sed opis tua ope alter habebit.
Sed tibi solstitio brumæ si terra subacta est,
Raras innitens genibus resecabis aristas,
Dragmata pauca ligans, reptansq; in puluere tristis,
Corbe vehes messem, paucis erit illa stupori.
Nunc etenim magni Iouis hæc, nunc illa voluntas,
Ac homini illius mens perscrutabilis ægre.
Quod tibi si sero sit aratum, hæc vna medela est,
Tempore quo primum coccyx at in arbore coccyx,
Humanasq; suis demulcet cantibus aures,
Tum triduum totum si fundat Iuppiter imbrem,
Qui non destituat bouis aut vestigia vincat,
Primus ita æque multa metent & serus arator.
Pectore cuncta tene memori, nec tempora cani
Te lateant veris, nec tempus quo cadit imber.

DISPOSITIO.

εὐχεσθαι) Hoc præceptum de sacris faciendis est obseruandum. Admonet enim agricolam, vt diligenter colat agrum, & deinde inuocet DEVM, vt suos labores fortunet. Etsi autem ab Ethnico Poëta hæc sententia sit tradita, tamen opponi potest cæcis hominum iudicijs, quæ fingunt sine DEO humana sapientia, diligentia, & apparatibus posse res salutares agi in imperijs, in Ecclesia, in œconomijs. Hunc errorem

rorem sæpe taxat vox diuina, sicut Ioannes inquit, Non potest sibi homo sumere quicquam, nisi datum sit ei à DEO. Et Sapientia Dei apud Salomonem inquit cap. 8. Penes me est consilium & successus. Item prouerb. 18. Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. Sic igitur sunt felicia consilia & labores, cum DEVS nos adiuuat. Adiuuat autem laborantes iuxta vocationem, & inuocantes ipsum, Iuxta dictum Psalmi, Commenda DEO viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet. Item prouerb. 8. Ego sum intelligentia, & penes me est efficacia seu victoria. h. e. vbi gubernat consilia verbum DEI, successus prosperi sunt & sapientia felix est Ecclesiæ & totis gentibus & erit victrix, etiamsi aliquantisper magnæ ærumnæ ferendæ sunt. NAAMAN Syrus non tantum afferebat ad Rempub. magnam sapientiam, sed textus dicit, quod DEVS eum dedit in salutem Syriæ. h. e. magna illa sapientia infelix erat futura, nisi diuinitus esset donatus successus. Sic si quis magnus & bonus est futurus princeps, non habet id naturæ dono, neq; ex institutione aut doctrina, sed donum DEI est. Hoc autem postea docet experientia ac vsus, res sæpissime aliter cadere, quàm animo præuideris.

Estq; hoc loco, licet de agricultura fortunanda dicat præceptum, diligenter tamen considerandum, quomodo sit felix sapientia in nostris actionibus ab infelici discernenda, Pericles, Demosthenes, Crassus, Pompeius, & similes multi, fuerunt sapientes, h. e. viderunt

viderunt artes augendæ sapientiæ, sed hæc sapientia fuit infelix ipsis & ciuibus. Ac plærunq; insignia sunt errata eorum, qui maxime excellunt sapientia. Quia superbia & polypragmosyne accersunt mala sibi & alijs. Sed Dauid, Ezechias, Ieremias, & alia qui similes, fuerunt & sapientes & felices, & manserunt intra metas suæ vocationis, & verbi diuini. Consideremus igitur discrimen felicis & infelicis sapientiæ. Et oremus, vt DEVS nos vasa misericordiæ faciat, & vt simus vasa misericordiæ, sciamus manendum esse intra metas verbi Dei & vocationis. Agrum debeo colere, possum esse instrumentum, sed quod feliciter proueniunt fruges, hoc DEI donum est, non labor meus. Si enim nostrum opus esset, nunquam perirent segetes exundationibus, æstu, imbribus, &c. Sic in coniugio tum demũ apparet liberos donum Dei esse, quando vxor non parit. Ita vult Poëta, vt agricola, si exoptat vberrimum prouentum frugum, agnoscat verum patremfamilias DEVM, eumq; inuocet, & confidat ei. Q. d. Quando primum incæperis arationem, stiuamq; manu tenueris, fac vota superis, vt tibi contingat terræ felicitas & densissima seges grandescat. Idem facit Virgilius 1. Georg. Inprimis venerare Deos, atq; annua magnæ sacra refer Cereri, &c. & Xenophon magnifice tractat hunc locum in œconomia.

ἀροτόμου) Aliud sequitur præceptum, quomodo scilicet sit arandum. In arando enim debet subsequi aliquis famulus, qui grandiores glebas ligone frangat

frangat, sicut in Thuringiaco pingui solo opus est isto labore comminuendi glebas. Nam grandes glebe sunt inutiles, nec recipiunt semen, & si quid seminis spargitur in illas, perit. Idem præcipit Virgilius lib. 1. Georg. cum inquit, Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes Viminiasq; trahit crates. Q. d. multum etiam promouet colonus fœcunditatem agri, dum vel occasione semina operit, vel sarritione sata purgat, vel cratitione & liratione adæquat sulcos vel alias operas adhibet, quæ ad diligentiam rustici pertinent. Occare significat glebas in agro contundere, & semina cooperire puluere ita contuso, tecken. Occa, ein Egge. Sarrire est, quando circa segetes rastris tolluntur impedimenta, Germani nostri vocant, geten. Cratire est sata cooperire cratibus & æquare sulcos, quod nostri vocant egen. Lirare est iacto semine arare, cum tabellis additis simul satum frumentum operitur, & sulcantur fossæ, vt pluuia aqua dilabatur ex agro, das regenwasser abweisen.

Huic præcepto subijcit duas egregias sententias. Prima est veluti epiphonema, quod in omnibus rebus plurimum possit & valeat diligentia vel sedulitas, quæ est virtus, qua iuxta mandata DEI diligenter faciamus labores proprios & necessarios vocationis nostræ, & intra metas vocationis nos coërcemus. De hac virtute, videlicet, de tuenda vocatione & diligentia in laboribus expresse præcipit Paulus 1. Thess. 4. Adhortamur, vt excellatis magis, & in hoc ambitiosi sitis, vt sitis quieti, & propria faciatis. Et Rom. 12. dicitur

citur de diligentia, Qui præest, sit diligens. Et in 9. cap. Ecclesiast. Quicquid inuenit manus tua ad faciendum, valide facito. Et cap. 11. Mane & vespere seminato semen tuum. Item, Mitte panem tuum in aquas transeuntes, Quia post tempora multa inuenies, h. e. docens tuues communem statum tuis laboribus, etiamsi apud multos videtur inutilis labor, vt si panem spargeres in aquas, erunt tamen aliqui, quibus tui labores profuturi sunt, sicut & Paulus nos consolatur inquiens, Non est irritus labor vester. Extrema viciosa sunt, Ignauia & polypragmosyne, quæ aut in vocatione facit multa parerga, & omittit necessaria, aut erumpit extra vocationem, vt ardeliones, ac alij ambitione, alij stulta imitatione, seu κακοζηλίᾳ peccant, vt, quia Maccabœus feliciter liberauerat populum, multi voluerunt esse imitatores, qui tamen erant infelices. Quia nec vocati erant, nec diuinitus excitati. Sic fuerunt infelices imitatores Themistocles, Pericles, & Demosthenes, ac de talibus dictum Polybij dignum est memoria, Multi opera florentißimorum hominum non student imitari, sed imitantes parerga, producunt in Theatrum suam summam insciticiam.

Altera sententia est de benedictione diuina, quæ nisi affulserit nostris laboribus, erunt irriti, iuxta dictum Salomonis, Benedictio Domini facit diuites sine angustia. Item Psal. 127. Vanum est vobis ante lucem surgere. Quæ sententiæ monent, ne sola nostra diligentia freti remoueamus Deum & inuocationem omittamus. Ergo cura & sollicitudo non debet vltra ex-

ternum hominem procedere. h.e. externus homo non debet esse ociosus aut ignauus, sed sedulo facere officium laborando, cogitando, inueniendo, curando; tanquam instrumentum, vt manus laborent, Cor autem à labore sursum ad Dominũ spectare, & opem rogare debet, vt dum externus homo labore occupatur, cor seu nouus homo loco curarum preces ponat, & dicat, Domine sequor vocationẽ tuam, fac igitur omnia in tuo nomine. Tu guberna, &c. Hæc consolatio tanta est, vt verbis non possit dici.

εἰ δέ κεν ἠελίοιο) Postquam Poëta in præcedentibus versibus Persæ commonstrauit commodum tempus seminationis, Nunc docet etiam, quod sit contrarium atq; incommodum tempus ad seminandum, idq; fugiendum præcipit. Est autem illud circa solstitium hybernum, quod brumam appellant. Dicit enim talem arationem plærunq; sequi sterilitatem, Q. d. Quod si araueris terram sub hyberno solstitio, facies messem sedendo, eò quod spicæ non grandescent in aruis tuis, sed manipulum exiguum & rarum, Ideoq; propter breuitatem eius sedendo metes, & in calatho & sacco, aut corbe & cophino portabis. Quod vero rara seges erit, ideo conspergeris puluere. τροπὴ vero nomen habet à τρέπω. h. e. conuerto & significat solstitium. Sunt autem duæ τρόποι. Altera est hyberna, cum Sol est in primo gradu Capricorni. Altera est æstiua, cum Sol est in primo gradu Cancri. Ab illo nomine dicuntur Tropici circuli in sphæra, quod indicant solstitiorum puncta, Tropicus Capricorni & Tropicus Cancri,

Cancri. Huic præcepto subijcit quandam occupationem vel correctionem, quæ est occasio sequentis loci, sed tamen (inquit) Deus mirabiliter ista gubernat & disponit. Fit enim, vt interdum fallantur illi, qui serius serunt, tamen regulariter ijs bonæ proueniunt fruges, qui citius serunt. Qui vero serius, frustrantur, sicut etiam in tota vita nostra obseruanda est ista regula, vt omnia opportuno tempore suscipiamus, etiamsi non semper eueniant, vt speramus. Ergo commendemus, vt Psalmus ait, Domino viam nostram, speremus in eum, & ipse faciet. Homines enim non possunt præstare, quid sit Deus facturus.

εἰ δέ κεν ὄψ ἀρόσῃς) 12. præceptum recensens remedium seræ arationis. Q. d. Sin autem sero arueris, hoc poterit esse remedio, & verna aratio tunc felix esse poterit, si pluerit ad tertium vsq; diem, ita vt pluuia neq; impressum terræ vestigium bouis exuperet pluendo, neq; irrepletum limquat. Nostri enim solent dicere, der May kůel warm / der Brachmonas/ das füllet boden vnd fas. Q. d. Quando Maius est temperate calidus, & proximus mensis Iunius est humidus, tunc solet fieri anni prouentus vberrimus & felix. Hunc autem locum Hesiodi de Cuculo, qui veris tempus adesse cantu suo prænunciare soleat (vere enim primum conspicitur, sub Caniculæ ortum occultatur) ante aliquot annos valde erudite & rotunde vertit noster Præceptor D. Philippus,

Cum cuculus rauco querna sub arbore cantu
Ingeminat, lætusq; noui ver nunciat anni

Continuo è cœlo fœcundus depluit imber
Vi largo illa boum vestigia flumine replet
Clara diem terris tunc quartum aurora reuexit
Irrigat atq; siti morientes recreat herbas.

De natura autem cuculi vide Aelianum & Plinium lib. 10. cap. 9. & lib. 30. cap. 40. & Aristotelem lib. 9. de natura animalium, qui scribit Cuculum propter dimiditatem, quam in ipso insignem esse comperitum est, non facere proprium nidum, nec pullos suos excludere, sed deponere ouum in alieno nido, deplærunq; currucæ. Hæc cum reperit ouum inter sua, simul huic etiam incubat. Deinde pullis excluſis, quia cuculus magnitudine & viribus superat reliquos, quicquid sedula mater cibi adfert, suppositicius iste præripit. Ita fit, vt cæteri pulli fame moriantur.

Putant etiam matrem eo maiore cura hunc fouere, Quia magis eum miratur, & amat propter magnitudinem corporis. Interdum ipse cuculus factus robustior, cæteros pullos deuorat, interdum senior cuculus exorbet oua currucæ. Adeo multiplex est in hoc genere crudelitas. Postremò vbi adoleuit sceleratus & impius pullus, addit nefariam & pluſquam Tragicam Cataſtrophen. Nam currucam, qua incubante natus est, à qua magna aſſiduitate nutritus est, crudeliter laceratam deuorat. Hanc pro maternis beneficijs & pro nutricatione vicem, iste ἄσοργος rependit, dignus, qui perpetua scabie notatus sit, & quem oderint ac fugiant reliquæ aues, ceu dirum portentum. Ita enim natura fertur illum damnaſſe impietatis, ve

tis, vt verè erret, sicut polluti, sine nido, & sine vlla societate, sicut apud Homerum de pœna impiorum dicitur ἀνέστιος καὶ ἀφρήτωρ. Solus enim sine vlla societate sui generis, aut aliarum auium vagatur.

Non igitur obscura est significatio. Imago proposita est in tetra voluere, vt videamus, turpissimæ naturæ similitudinem habere ingratos, sicut in alijs fœdis animalibus aliorum vitiorum similitudo proposita est, vt cognita turpitudine bestiæ, homines magis abhorreant à similibus vitijs, vt in lupo inest rapacitas & crudelitas, in polypo tanta libido, vt extinguatur in concubitu, Noctua piscis tam vorax est, vt non desinat se onerare cibo, donec rumpatur.

εὐθυμῷ) Poëta iterum adhortatur ad diligentiam in obseruandis tempestatibus. Q. d. expende omnia, & cognosce tempora tam veris cani, quam pluuiæ tempestiuæ. In omnibus enim vitæ nostræ actionibus, prodest adhibere sedulitatem, sine qua nihil dignum laude suscipi aut effici potest, sicut testantur tam sententiæ Poëtarum, quàm exempla quotidianæ experientiæ.

EXPLICATIO TEXTVS.

εὔχεσθαι) Pro εὔχου, Infinitiuus ponitur pro imperatiuo. Hinc dicuntur εὔχαι .i. preces, seu, orationes. Diligenter est obseruandum, quod faciat sacrum, priusquam inchoet arationem, ostendens omnes

nostros labores esse irritos, absq; diuina benedictione. χθονίῳ) *.i. terrestri, terreno Ioui .s. qui fœcundat terram, vel Ioui fœcundanti terram. Alij intelligunt de Plutone propter Cererem & Proserpinam. Ego vero eum intelligo, qui creat, & gubernat terrena, h. e. omnium hominum actiones & consilia.* ἁγνῇ) *.i. puræ, castæ, incognitæ, ab* α *steritica particula &* γινώσκω *.i. cognosco.* ἀορ. β. ἔγνων. βρίθειν) *.i. onerare, cumulare, pro,* βαράνεσθαι. *Q. d. sacrifica, vt agri reddant graues spicas.* ἐκτελέα) *pro,* ἐκπληρέστατον. *h. e. copiosas, maturas, perfectas ab* ἀκτὴ. *h. e.* τὸ δώρημα *.i. cibus, esca, fruges* ἀκτὴ *significat etiam littoralem terram. Alij intelligunt fruges sacras. h. e. consecratas Deo.* ἱερὸν) *.i. aram, seu sacellum. Q. d. precare, vt plenissimum munus Cereris. h. e. seges ingrauescat, vel, vt impleant prouentum, Cereris sacrum munus.*

ἀρχόμενος) *.s. tu incipiens inquam. Addit circumstantiam, quomodo sit arandum.* ἄκρον) *Significat summam extremitatem.* ἐχέτλη) *dicitur stiua. h. e. illud lignum, quod ab agricola tenetur manu, ab* ἔχω *nomen habens.* ὄρπηκα) *h.* τὸ βούκεντρον, *stimulum.* ὄρπηρ *enim dicitur virga seu flagellum quo aguntur boues seu iumenta, eine geischle.* ἵκηαι) *pro,* πέμψῃς *.i. ieceris. h. e. quando stimulaueris boues.* λαβὼν) *Est Poëticus gestus. Q. d. cum primum acceperis altera manu stiuam, & altera manu virgam, & cœperis cedere virga boues, tunc precare Iouem, & supplica Cereri, vt feliciter eueniat ista aratio, vel,*

tio, vel, quando agis boues primo ictu, tunc supplica Cereri. ἔνδ ξυον) idem est, quod & ἰσοδοεὺς & ξυμὸς appellatur, medium cor arboris. μεσάδω) .i. iugo. μέσαθοι autem dicuntur lora in medio iugi, quibus iugum ad temonem alligatur, die strenge. h. e. (teste Polluce) sunt funes, quibus iumenta alligantur ad iugum, plaustrum, aratrum, siue intelligatur μεσάδοιον (quod integrum est) & ex quo Poëta μεσάδον fecit, de fune, quo iugum est alligatum temoni, vel, de iugo, quod idem est. Suidas, μέσαδον τὸ μέσον τῶν βοῶν ξυλὸν. Q. d. hoc loco Poëta, precare Deum, quando incœperis arare, & lora iugi traxerint temonem. h. e. quando boues mouentur. ἑλκόντων) periphrasis est arationis.

τυτθὸς) .i. modicus, pusillus, exiguus. Aliud præceptum est, quod tamen ad arationem etiam pertinet. Q. d. paruus puer te arante à tergo sequens, manuq; tenens ligonem, contristet volucres circa aruum tuum volantes, comminuens glebas, & cooperiens, occultansq; semina desuper apparentia, ne possint ab illis erui. τυτθὸς dicitur paruus ἀπὸ τοῦ τιτθὸς, h. e. ὁ μασὸς, mamilla, & conuersione ancipitis in ancipitem, τυτθὸς, ὁ μικρὸς. ὄπιοθεν) .i. sequatur à tergo, seu retro. μακελλω, id est, ligonem, einen karst / hacke / oder hawe. ἔχων) .i. tenens. τιθείη) .i. ponat, vel, faciat negocium. Q. d. frangat glebas. κακκεύπτων) pro κατακεύπτων, videlicet, semina occultans, à κεύπτω .i. occulto. q. d. vt glebæ possint occultare semina, sicuti rastri inter-

dum inducuntur ad tegenda semina, ne columbæ aut aliæ aues bonam partem seminum auferant. εὐθυμοσύνη) h. e. qui recte & accurrate procurat & administrat ea, quæ sunt sui officij, ille rem facit optimam & vtilissimam. Qui vero contrarium agit, facit pessime. ἀχρίση) Epiphonema est, quod in omnibus rebus plurimũ valeat diligentia, quæ est peculiaris quædam virtus. Quidam valent acumine & perspicacia, tamen non sunt diligentes, sicut Cicero de se ipso inquit, Diligentia enim est ratio insistendi negocio, & pertinacitas illa, quæ omnia apte suo tempore faciat. Est in hoc loco posita egregia ἀντίθεσις de induſtria & ignauia, quæ indicat in omni genere vitæ, studiorum & actionum nihil esse magis salutare, quam diligentia & cura, & econtra nihil nocentius, minus vtile, aut magis noxium, quam negligentia, socordia, & securitas.

ὣς δέ κεν) Iam describit vbertatem frumenti. Q. d. si secutus fueris meum consilium, habebis vberrimum prouentum frumenti, ita vt tunc possis pellere arcas ex vasis & tunc etiam omnia vasa, horrea, & granaria implebuntur. κεν νεύοιεν) pro ὠσκλίνοιντο, .s. possent nutare, aut nutabunt, aut depenedebunt h. e. spicæ magna vbertate & copia prouenient, ἀ νεύω .i. nuto, vnde dicimus ἀνανεύω & καταναύω, sicut nos vtimur annuo & renuo. ἀδροσύνῃ) pro ἐν τῇ ἀδρότητι. h. e. τῷ βάρει, in grauitate, pinguedine, granditate, seu vbertate grauorum. ἀδρόν Hesychius exponit μέγα, παχύ, Nos scist

oder

oder fruchtbar. Inde ἁδροσάνη .i. pinguedo. Q. d. si hac ratione quam optime arationem & sementem administraueris, tam grandes erunt spicæ, aut aristæ, vt se vix sustinere possint. ϛάχυς) .i. spicum, & spicus, ähr / kornähr. Hoc loco est nominatiuus pluralis, pro, οἱ ϛάχυες. Sed anceps contrahitur in se ipsam & fit contractio in υ. ἔραζε) pro, πρὸς τὴν ἔραν. h. e. τὴν γῆν .i. ad terram. ζε quando additur nominibus localibus, efficit aduerbia significantia ad locum. ἐσθλὸν τέλος) .s. si modo Iuppiter præbebit bonum finem, aut felicem euentum dabit. Hoc etiam requiritur. Nam vtut agri sunt diligenter culti, tamen nisi Deus præbeat commodas tempestates, nihil poterit nasci. ὀπάζοι) Multi namq; arant & seminant, vt oportet, videntur tamen fato quodam iniquo vanis aristis eludi, operamq; omnem perdidisse. ἐκ ἀγγέων) Signum ponit vberrimi prouentus. ἄγγος .i. vas. Q. d. non frugi rustici indicium est, quando inania vasa & granaria referta sunt texturis aranearum. ἐλάσειας) .i. posses amouere, exigere, seu expellere, ab ἐλαύνω .i. agito seu expello. Q. d. implebis omnes calathos. ἀράχνια) ἀράχνη est insectum, ein Spinne. ἀράχνιον autem est id, quod ab insecto illo contextum fuit. Inde Arachne puella Lydiæ mutata in araneam nomen habet. ἔολπα) pro νομίζω, ab ἔλπω, ἦλπα, ἔολπα, ε mutatur in ο. γηθήσειν) pro χαρῆναι .i. gaudere, lætari, Q. d. Tu gaudebis istis calathis. ἐρεύμενον) .i. inuenientem, sumentem, adeptum, pro μεταλαμβάνοντα cum

delectu. Alij deriuant ab ἔρω ἐρέω .i. capio. Inde ἐρῦμαι. Sed hic ῦ in ευ mutatur. Sic deriuat Moscopolus. Sed Ceporinus deriuat ab ἐρευνάω .i. inquiro, scrutor. ἀορ. β. ἤρευνον ἠρευνόμην, ὁ ἐρευνόμενος, ἠρευμενος, & illa est simplicissima deriuatio. τοῦ βιότοιο) Est Ionicus genitiuus pro βιότου. h.e. τῆς τῆς ἐκ τῆς ἔρας καὶ τῆς γῆς ἔνδον ἀποκειμένου, h.e. de victu ex terra producto, domiq; tuæ iacente. Sententia huius loci est, si bene prosciderís terram, & sementem feceris, tam densam segetem habebis, vt ex omnibus vasis & sepositorijs frumentarijs, quæ huc vsq; vacua steterunt, ideoq; telis aranearum repletæ sunt, cogaris expurgare illa ἀράχνια, vt videlicet possis frumento complere.

εὐωχέων) .i. conuiuans, lætus, seu indulgens genio, ab εὐοχέω .i. conuiuor. Interpres ita exponit, ἐπ' ἐλπίσι τρεφόμενος καλαῖς καὶ ὀχούμενος. h.e. bona spe nutritus & euectus. ἵξεαι) pro παραγενήσῃ .i. peruenies, accedes, ab ἱκοῦμαι .i. peruenio. πολιὸν ἔαρ) .i. pro μέχρι τοῦ λαμπροῦ ἔαρος .i. ad splendidum veris tempus, canum, pruinosum. Quia tunc terra incipit canescere, quando liquuntur niues. Sententia huius loci est, si ita fregeris glebas & diligenter subegeris solum, habebis bonam messem, & victum sufficientem vsq; ad futurum annum. αὐγάσεαι) pro αὐγάσῃ, h.e. ἀποβλέψεις, τροφῶν ἕνεκα .i. neq; circumspectabis, aut respicies ad alios ob penuriam victus, sed potius alij tuam opem implorabunt, vmbgaffen / ab αὐγάζομαι. σεο) pro σοῦ, Genitiuus

tiuus Ionicus. ἔσαι) pro ἔσεσαι. κεχρημένῳ) .i. indigens tui, à χράομαι, κέχρημαι. Sententia est, Tu non circumspectabis alios, à quibus mutuum accipias, sed alij circumspectabunt ad te, vt à te petant. Est autem multo felicius dare, quam accipere, sicut dici solet in prouerbio, Beatus est, qui dat, Infelix autem, qui accipit.

εἰ δ' ἐκεν ἠελίοιο) De sera aratione tradit præceptum. Q. d. si sero araueris, non habebis bonam messem, sed tamen quando cuculus primum prodit, & tunc pluit largius, scilicet, in vere, fœcundatur terra, & recipit semen. ἀρόῃς) ab ἀρόω. i. aro. δ' ἴῳ) .i. diuam, almam, sacram. τροπῆς ἠελίοιο) .i. circa solstitium h.e. hybernum solis. Est genitiuus temporis .s. in bruma, in solis conuersionibus, vel, solstitio brumali. τρόπας Græci vocant. solstitia, quanquam plærunq; additur hybernum aut æstiuum. Aestiuum solstitium fit in Cancro. Hyemale vero in Capricorno, Nomen habet à τρέπω, Quia Sol quasi conuertitur, Solstitium dicitur, quasi Solis statio. Bruma latina consuetudine significat hyberni solstitij diem. ἀπὸ τῆς βραχείας ἡμέρας. ἥμενῳ) .i. sedens, ingeniculas propter humilitatem segetis, ab ἧμαι) id est, sedeo. ἀμήσεις) .i. metes, ab ἀμάω .i. meto, seu facio messem. Est tanquam hypotyposis seu gestus significans sterilitatem. Q. d. erunt humiles aristæ, non poteris stans metere. In sterilibus agris opus est maioribus falcibus, man mus es mit sensen abhawen/denn man kan es nicht begreiffen. Q. d. modicum habebis,

bebis, non copiosas fruges percipies. ἐέργων) .i. continens, arcens, cohibens, Illud vero ἐέργων Attice aspiratur, communiter autem attenuatur. ὀλίγον) id est, paruum manipulum spicarum manu comprehendens.

ἀντία) .i. è regione. Est etiam significatio sterilitatis, propterea quod raræ sunt aristæ. Tuncenim non ordine demetuntur, ita etiam, vt aliæ retrouersum, aliæ antrouersum colligantur, vt solet in sterili prouentu fieri, wenn es vntüchtig korn ist / ist dünne / wenig / kurtz / wenn man es schneiden sol / so fellet eines hinderſich / das ander fürsich / man kan es nicht wol zusammen binden. Sed quando seges est densa & fœcunda, & sunt aristæ crebræ & longæ, tunc possunt demeti ordine, vtut culmi sint referti, colliguntur in vnam partem. δεσμῶων) .i. ligans fasciculum, seu inuersim ob fragilitatem hinc inde reflectentibus se culmis obuolutus puluere colligens manipulos, à δέω .i. ligo. δέδεσμαι id est, ligatus sum. Ab illo fit nomen verbale δέσμα .i. vinculum. Deinde ab illo nomine fit verbum deriuatiuum δεσμόω .i. vinculis colligo. ἀντία) Aduerbium est, q. d. inter se oppositas contrario modo, vel, colligens aristas inter se confusas seu perturbatas, vel inter se opposite alligatas propter breuitatem, vel, non inter se continuo ordine complicatas. Sententia huius loci est, Quia spicæ sunt breues & mutilæ, nec possunt propterea colligari, obuertes ipsarum radices, easq; ita connectes, vt ex vtraq; parte ligamenti

gamenti capita spicarum propendeant, propter illam, quam dixi, breuitatem. κεκονιμλώ) .i. puluerulentus, obsitus aut aspersus, vel fœdus puluere, vel, plenus puluere propter raritatem soli, à κονίζω .i. in puluere laboro, κεκόνισμαι vel κεκόνιμαι secundum Atticos, qui nonnunquam σ ante μαι præteriti perfecti passiui excludunt, ὁ κεκονισμλώ .s. fatigatus in puluere. οὐ μάλα χαίρων) .i. non admodum gaudens, sed potius mœrens. s. frumentis modicis. ὀίσεις) .i. domum portabis, aut importabis ab ὀίω .i. fero, ὀίσω .i. feram. Mirum in modum rustice hæc omnia depinguntur, vnde & Lucianus Dialogo in Hesiodum hæc illum, vt verum rusticum, non vatem cecinisse, festiuè suo more illudit. ἐν φορμῷ) .i. est, calatho, corbe. Q. d. Non opus erit tibi plaustris, quibus domum feres prouentum, sed in corbe feres. Quia modicum erit, vel erit, exigua messis. φόρμος dicitur, quicquid est consutum, vnde phormion stragulum vile factum ex iuncis seu straminibus, eine decken. Inde Phormio nomen est apud Terentium. q. d. stragularius. Sententia est huius loci, Non plaustris feres tuam messem. Ergo vide, vt tempestiue omnia agas. θαύσουτοι) id est, admirabuntur te, vel, applaudent tibi, hoc est, Importabis tuam messem in saccis & sportis. Pauci autem te admirabuntur. h. e. nemo, sed potius irridebunt, aut miserebuntur tui.

ἄμοτε) Addit correctionem huius præcepti, Alia alio tempore esse facienda, prout sinent tempestates.

ſtates. Solent enim diuerſæ accidere pro voluntate Iouis, quod nunc pluat, nunc ſit ſerenum cœlum. ἄλλοτε) .i. interdum, aliâs. ἄλλοιός) .i. varius vel aliùs. αἰγιόχοιο) pro αἰγιόχῳ, more Ionico. q. d. tenentis clypeum ſeu Aegida. Iuppiter vero dicitur αἰγιόχος, quod ſit impetuoſus, demergatq; illos, quibus aduerſatur. καταυοῆσαι) .i. perſpicere, obſeruare, animaduertere, intelligere. Sic nos diceremus, Animus Iouis eſt difficilis cognitu. Ipſe vero vtitur infinitiuo. ἀργαλέος) q. d. difficile eſt proſpicere temporum qualitates vel tempeſtates, ſicut ſolet dici in ciuilibus: Euentus non ſemper reſpondet conſilijs. Vox ἀργαλέος ſignificat grauem & difficilem, vt eſt apud Ariſtophanem, cum inquit, Quàm difficile & miſerum eſt ô Iuppiter, ſeruire apud dominum ſtultum. Q. d. Non facile poteſt cognoſci à mortali homine. Hoc autem dicit, quod ſæpe aliqui ſerius arant, & tamen feliciorem meſſem percipiunt, quàm ij, qui tempeſtiue terram fregerunt. νοῆσαι) Egregius eſt locus communis, Difficile eſſe, vt à viris mortalibus intelligatur, quis ſit animus Iouis in mittendis aut differendis tempeſtatibus. Ergo Ioui eſt omnium noſtrarum actionum cura committenda, vt ipſe faciat ex ſua ſententia, quæ volet. Sacræ literæ clarius nos docent de voluntate DEI, ſicut teſtatur Pſalmus, Commenda Deo viam tuam, ſpera in eum, & ipſe faciet. 1. Pet. 5. Coniecta curam tuam in Dominum, & ipſe te enutriet.

εἰ δέ κεν ὄψ' ἀρόσῃς) ſubijcit illi loco quandam correctio-

correctionem, & recenſet, quodnã remedium ſit ſeræ arationis. Q. d. ſi quis ſero arauerit, habebit hoc remedium (das kan jhm helffen) Si poſtea venerit larga pluuia, reuocabit & recreabit iſta ſemina, vt poßis adæquare eos, qui ante te ſeminauerint. ἐφέσῃς) .i. ſin autem ſero araueris, hoc poterit eſſe auxilio, ſi araueris, nimirum, quando primum cuculus in quercubus ſedens auditur. εἶμι ab εἴμι, quod ſignificat ὕπαρχω. φάρμακον) .i. remedium. In bonam & in malam partem accipitur. Quando in bonam, ἀ φέρω & ἄκος deriuari dicunt, quaſi ferens medelam, Quando in malam, ἀ φέρω & ἄχος quaſi ferens triſtitiam. κοκκύζω) .i. cuculi cantum edo. Inde eſt κοκκύσμος h. e. cantus cuculi. πέταλος) .i. ramus ſeu fõlium, ἀ πετάζω .i. expando ſeu extendo. κεν) potentiale eſt in hoc loco. Q. d. tibi remedium hoc fuerit. κοκκύζῃ) Hoc fit ſub initium veris, quando eſt mitior aura, & arbores incipiunt ſuſcipere frondes. Apud illos eſt maturius ver. Ideo maturius canit cuculus. πρῶτον) .ſ. quando incipit canere. Q. d. circa illud tempus anni ſemper debent eſſe pluuiæ, quæ impleant orbitas bouis. τέρπει) .i. exhilarat. Quia denunciat ver adfuturum, & non ideo, quod vocem gratam edat. Eſt enim auis δύσφωνος, abſona, & vocis aſperæ, atq; vt quidam aiunt, ſimilis accipitri. ἀπείρονα) ἀ πέρας .i. finis. περάω .i. tranſeo. Inde & Pera, quæ eſt ſita citra Byzantium.

ὗοι) ab ὕω .i. pluo, Inde volunt eſſe appellatas Hyadas in fronte Tauri. τρίτῳ ἤματι) .i. tertio die.

h. e.

h. e. triduo, vel in tertium vsq; diem. q. d. sic pluet, vt ista aqua repleat vngulam bouis, ne nimis parua, nec nimis magna sit. ὄπλη) *.i. vnguia. q. d. pluuia sit ita larga, vt non superet vestigium bouis impressum, nec sit ita modica & exilis, quæ non impleat vngulam bouis. Nam si fuerit nimis tenuis & breuis, non poterit reuiuiscere & recreare segetem.* ὀψαρότης) *ab* ὄψε *.i. sero, &* ἀρόω *.i. sero.* ἰσοφαρίζει) *.i. æquiualet. Sententia est huius loci, vt vult interpres, si cœlum dederit pluuiam ad tertium vsq; diem, ita vt obruat bouis pedem in cœno, vsq; ad ambitum vngularum, quas hoc loco* ὄπλας *impropric appellat. Si (inquit) hoc acciderit, tum ille, qui sero arauit, eadem sorte fruetur, qua primus, qui in tempore deposuit semina.*

ἐν θυμῷ) *Sequitur præceptum continens quasdam œconomicas paræneses, quid maxime oporteat cauere patremfamilias, præsertim socordiam.* λήθοι) *.i. lateat, fallat.* φυλάσσο) *pro* φυλάσσου *.i. obserua.* λήθοι *à* λήθω *vel* λανθάνω. γινόμενον) *.i. aduenientem. q. d. Tunc primum folia & herbæ prodeunt, & est veluti canicies omnium rerum.* πολιὸν) *.s. canum .s. propter niues hybernas.* ὄμβρον) *.i. tempestiuus imber non fallet te, si eum obseruas. q. d. vide, vt sis ad omnes occasiones paratus.* ἐν θυμῷ) *.i. si singula tempora obseruaueris, sic futurum est, vt facile posis prouidere tempestates, nec debes esse otiosus.* πάντα) *id est, expende omnia & cognosce*

tempora

tempora tam veris cani, quàm pluuiæ tempestiue, Vide annotata D. Philippi in hunc locum Hesiodi.

TEXTVS.

Πάρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον, καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην,
Ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας εἶργον
Ἰσχάνει, ἔνθα κ' ἄοκνος ἀνὴρ μέγαν οἶκον ὀφέλλει.
Μὴ σε κακοῦ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ,
Σὺν πενίῃ, λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις.
Πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων,
Χρηΐζων βιότοιο, κακὰ προσελέξατο θυμῷ.
Ἐλπὶς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,
Ἡμενον ἐν λέσχῃ, τῷ μὴ βίος ἄρκιος εἴη.
Δείκνυε δὲ δμώεσσι, θέρευς ἔτι μέσσου ἐόντος,
Οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.
Μῆνα δὲ λήναιῶνα, κακ' ἤματα, βούδορα πάντα,
Τοῦτον ἀλεύασθαι, καὶ πηγάδας, αἵτ' ἐπὶ γαῖαν
Πνεύσαντος βορέαο δυσωλεγέες τελέθωσι.

Οςε διὰ θρήκης ἱπποτρόφου εὐρεῖ πόντῳ
Εμπνεύσας ὤρινε. μεμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη,
Πολλὰς δὲ δρῦς ὑψικόμους, ἐλάτας τε παχείας,
Οὔρεος ἐν βήσσῃς πιλνᾷ, χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Εμπίπτων, καὶ πᾶσα βοᾷ τότε νήριτος ὕλη.
Θῆρες δὲ φρίσσουσ', οὐρὰς δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο,
Τῶν καὶ λάχνῃ δέρμα κατάσκιον, ἀλλά νυ καὶ τῶν
Ψυχρος ἐὼν διάησι δασυςέρνων περ ἐόντων,
Καὶ τε διὰ ῥινοῦ βοὸς ἔρχετ', οὐδέ μιν ἴσχει.
Καὶ τε δ' αἶγα ἄησι τανύτριχα, πώεα δ' οὔτι,
Οὕνεκ' ἐπηεταναὶ τρίχες αὐτῶν, οὐ διάησιν
Ις ἀνέμου βορέαο, τροχαλὸν δὲ γέροντα τίθησι.
Καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος οὐ διάησιν,
Ητε δόμων ἐντόσθι φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει,
Οὕτω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου ἀφροδίτης,
Εὖτε λοεσσαμένη τέρενα χρόα, καὶ λίπ' ἐλαίῳ
Χρισαμένη, νυχίη καταλέξετ' ἔνδοθεν οἴκου
Ηματι χειμερίῳ ὅτ' ἀνόςεος ὃν πόδα τένδει,
Εν τ' ἀπύρῳ οἴκω, καὶ ἐν ἤθεσι λευγαλέοισιν.
Οὐ γὰρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νομὸν ὁρμηθῆναι,
Αλλ' ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν δομόντε πόλιν τε
Στρωφᾶται, βράδιον δὲ πανελλήνεσσι φαείνει.

VER-

VERSIO.

Præteri autem æneam ſedem & in locis tepidis ſodalitium
Tempore hyberno, quando frigus viros cohercens
Detinet, tunc ſanè ſedulus vir magnam domum auget,
Ne te malæ hyemis difficultas deprehendat
Cum paupertate, Tenui autem craſſum pedem manu premas.
Multa vero ignauus vir vana in ſpe manens
Indigens victu, mala cogitat in animo.
Spes vero non bona indigentem virum tenet
Sedentem in taberna, cui non victus ſufficiens fuerit.
Oſtende autem famulis, æſtate adhuc media exiſtente
Non ſemper ætas erit, facite horrea.
Menſem vero brumalem, malos dies excoriantes omnes boues
Hunc vita, & glacies, quæ quidem ſuper terram
Spirante Borea, moleſtæ ſunt,
Qui per Thraciam alentem equos in lato mari
Spirans mouetur, remugit autem terra & ſylua,
Multas autem quercus alticomas, abieteſq; denſas,
Montis in vallibus deijcit, ad terram multos alentem
Incumbens, & omnis ſonat tunc ingens terra
Beſtiæ horrent, caudas autem ſub pudenda ponunt,
Quarum etiam villis cutis tecta, ſed certe etiam harum ſ. cutem
Frigidus exiſtens perflat hirſutis pectoribus licet exiſtentibus
Et per corium bouis venit, neq; ipſum ſ. Boream arcet
Et per capram ſpirat denſis pilis, per greges autem ouium omnia non ſ. flat.
Quia annuam lanam ipſarum non perflat

Vis venti Boreæ, Incuruum vero senen facit.
Et per virginem teneram non spirat,
Quæ domum intra charam apud matrem manet,
Nondum opera sciens aureæ Veneris,
Beneq; lota tenerum corpus, & pingui oleo
Vncta, noctu cubat intra domum
Tempore hyberno, quando Polypus suum pedem fugit
In frigida domo, & in sedibus tristibus.
Non enim ei sol monstrat ad pascuum tendere,
Sed ad nigrorum virorum populum & vrbem
Vertitur: Breuius autem vniuersis Græcis apparet.

VALLA.

Glacialis hyems tibi cognita surgat,
In qua incumbendum est, nec te vlla taberna moretur,
Aut narrata loco sub aprico fabula tardet,
Dum frigent alij, vir rem tamen impiger auget.
Surge igitur nec te paupertas opprimat illo
Tempore, dira fames tenues facit esse lacertos,
Elatosq; pedes & crura tumentia multo
Sanguine. Segnis inops & spe suspensus inani,
Inclinat mentem sceleri, & meditatur iniquos
Vnde paret victus, hominem spes nutrit egentem
Irrita cui nihil est, & tota luce vagatur.
Dum media elapsa est æstas, properate ministri,
Condite dic casulas, Nam semper non erit æstas.
A Iano mensem dictum cane, nubibus ille
Letales bobus glacies, & frigora ducit
Thracius insurgit boreas, & turbine facto
Disturbat maria ac campos, syluamq; sonantem,
Alticomas quercus, annosaq; robora pinus
Diruit ex alto, & valles iaculatur ad imas.
Syluarum auditur fragor vndiq;, sed fera duros

Arrigit

Arrigit ipſa pilos, caudamq; in cruribus angit.
Quin etiam quibus eſt villis denſiſſima pellis,
Perforat ille quidem ſætoſaq; pectora tranſit,
Nec ſe defendunt dura ſub veſte iuuenci
Et miſeræ algeſcunt hirſuto crine capellæ.
Vincit ouis boream inſtantem, fultoq; repellit
Tegmine lanarum, ſed non obſiſtitur illi
A ſenibus, curuo facit hos incedere collo.
Non tamen ad teneram penetrat boreale puellam
Frigus, at illa domi cui nondum nota libido
Matris apud charæ gremium ſedet, atq; hyemales
Non ſentit glacies, & tota nocte quieſcit,
Atq; oleo teneros interdum perluit artus.
Tum Polypo durum eſt gelidis habitare ſub vndis,
Nec videt vnde ſibi venetur in æquore prædam,
Alleuietq; famem, proprios tum deniq; in artus
Vertit atrox rabiem immenſam, ſic imbribus atris
Turbatur mare, ſic atra caligine cœlum.
Sol quoq; ad Aethiopas radios & lumina fundit,
Rarus apud Graios.

FRISIVS.

Fabrorum vitato focos, nugaſq; calentes
Tempore brumali, quum frigora corpus adurunt,
Tum propriæ domui vir proſpicit omnia gnauus,
Ne te ſæua dies hyems deprendat egenum,
Conſtringatq; pedem manus attenuata tumentem.
Multa vir ignauus, dum ſe ſpe paſcit inani,
Indigus interea victus, mala corde volutat:
Namq; poteſt inopem minime ſpes paſcere, pigra
Ocia ſectantem, & tenuis cui copia rerum.
Tu media exerce famulos æſtate labore,
Non erit vſq; ætas, curate in tempore nidos.

Excoriatorem pecudumq; hominumq; Decembrem
Euita studio summo, glaciemq; molestam,
Quæ per humum Borea solet indurescere flante.
Is per Thraciam equis claram flans, oceanoq;
Incumbens, mugire facit terramq; nemusq;.
Alticomas quercus, ornosq; ex monte profundam
Deijcit in vallem, rapiens radicibus imis
Flamine præcipiti, strepitu beat ardua sylua,
Tumq; feræ exhorrent, caudasq; sub inguina ponunt,
Densa licet pellis setisq; pilisq; sit ipsis,
Sic tamen armatas Boreæ vis frigida transit,
Nec bouis hunc arcet tergus, sed ad intima perflat.
Perflat & hirsutas capras, sinit esse bidentes
Immunes, anno nam toto in corpore lanæ
Perdurant: facit ille senes incedere curuos,
At non mollicutes infestat virginis artus,
Quæ manet intra ædes matri coniuncta paternas,
Nescia adhuc quid amor, quid sint tua facta Dione,
Vndiq; sed tenerum corpus bene lota, oleoq;
Per lita odorifero, tectum intra nocte quiescit,
Tempore quo Polypus proprios depascitur artus
In gelido recubans antro, madidoq; cubili.
Nondum etenim inuitat sua lustra relinquere Titan,
Qui super Aethiopum populos incedit & vrbes,
Tempus ad exiguum se terræ ostendit Achiuæ.

DISPOSITIO.

πὰρ δ' ἴθι) Aliud præceptum de diligentia, quam paterfamilias debet adhibere, quando ingruit tempestas. Tempore enim hyemis, quando otiosi homines confluunt ad tabernas, vt indulgeant genio, necesse est, vt paterfamilias laboret, ne tandem illi fame

sit per-

sit pereundum. Idem præceptum est apud Virgilium lib. 1. Georg. cum inquit, Frigidus agricolam si quando continet imber, &c. Hunc autem locum de sedulitate certis quibusdam circumstantijs amplificauit.

PRIMA est, quod quamuis nos in obeundis laboribus simus cessatores, tamen tempus minime cesset, iuxta vulgare dictum,

Vtendum est ætate cito pede labitur ætas,
Nec bona tam sequitur, quàm bona prima fuit.

SECVNDA est, ab effectu famis, si non diligenter fungeris tuo officio in laborando, timendum est, ne incidas in famem & varios morbos accersas, qui ex fame solent oriri, sicut Aristoteles prima sectione problematũ scribit diuturna fame laborantibus intumescere pedes. Quia cum ita laborant inedia, vt naturalis humor, seu vt Medici vocant, primum radicale consumptum fuerit, superflui humores in pedes descendunt, inde postea existit hydropisis. Alia est causa per accidens, Quando homines non habent cibos commodos & bonos, tunc fames cogit eos, vt edant cibos noxios & crudos. Ideo non potest fieri vtile nutrimentum corporis, inde fiunt mali humores, qui faciunt, vt crura tumeant & doleant. Huc alludit Hesiodus, cum iubet cauere famem, ne tumefactos pedes nos demulcere oporteat.

TERTIA est à damno secuturo paupertatem. Columella enim testatur, quod homines nihil agendo male agere discant, sicut etiam Ouidius allegans exemplum dicit,

Quæritur Aegistus quare sit factus adulter,
In promptu causa est, desidiosus erat.

Lucanus lib. 4. Variam semper dant otia mentem. Additur prouerbialis versiculus de consilijs decoctorum. Qui enim deuorarunt censum paternum, vel patrimonium suum, illi postea grassantur vel latrocinijs, vel rapinis, vel furtis, vel alijs malis artibus, donec ruant præcipites.

QVARTA est à temporis circumstantia. q. d. facite in æstate horrea, Quia non semper est æstas. Hæc Sententia videtur esse prouerbialis admonens occasionem temporis non esse negligendam. Et nota est fabula de Formica & Cicada, quæ admonet hoc omnino nobis esse præstandum, vt senectuti viaticum comparemus iuuenes, ne, dum tantum suauia in præsentia quæ sunt, prima habeamus, omisso animo nihil in longitudinem consulentes, postea sembus periculum sit famis, simusq; alijs pro ridiculo ac delectamento, non aliter atq; formicæ cicada fuit, quæ hyemis futuræ immemor messem non exercuit. Quin & Germani cessatorum negligentiam vulgari dicto notamus, cum dicimus, wie wird dich nach der warmen Sonnen frieren.

QVINTA est à temporis longiore descriptione (describit enim hyemem) quam amplificat primum mentione Boreæ Septentrionalis venti, qui multas quercus & altas abietes de monte deijciat in vallem ad terram. Deinde auget ab habitu animalium.

Q. d.

Q. d. *Etiam feræ sæuiciam hyemis ferre non possunt, quas natura munijt, quanto minus nos.*

SEXTA *est ab incommodis hyemis, quæ molesta est senibus, propterea quod hæc ætas omnium maxime gaudeat sole & fugiat frigus. Addit & periphrasin virginis innuptæ, vt significet & recensеat per colorem Poëticum, quibus animalibus noceat, quibus minus noceat, diligenterq; est obseruandum, quod innuptæ non prodibant in publicum, sed domi adseruabantur. Experientia enim testatur, quam periculosum sit virgines teneras, & ignaras concubitus passim expaciari & oberrare.*

Exemplo sit nobis DINA *filia Iacobi Patriarchæ, quæ egressa est, vt videret filias terræ* Gen. 34. *h. e. mulieres illius regionis, secura & sine omni metu vllius iniuriæ, multo minus stupri, siquidem nondum erat nubilis. Videtur igitur peccasse curiositate, quod inconsultis parentibus egressa est ad filias, & ad socias, Sicut natura delectantur puellæ societate aliarum æqualium & vicinarum virginum, Fratres interea domo absunt in campo. Lea domi est cum filiola Dina, quæ inconsulta matre progreditur. Est igitur exemplum diligenter notandum & inculcandum puellis, ne sint vagæ,* fensterguckerin / vnd die gerne vnter der thür stehen/ *sed discant domi se continere, & sine parentum vema, aut comitibus nusquam progredi. Quia Diabolus insidiatur pudicitiæ huius sexus, qui sua natura infirmus, leuis, & stolidus est, ideoq; insidijs Sathanæ obnoxius. Tandem in hac*

descriptione hyemis facit mentionem Polypi piscis, qui tempore hyberno fame laborans sibi pedes arrodit, & continet se in antro suo, nec egreditur piscatum, sicut apud nos vrsi, qui per vnum mensem in speluncis latent propter frigus & sugunt pedes.

EXPLICATIO TEXTVS.

πάρ δ' ἴθι) Est alius locus continens vtile præceptum, Quando patersamilias tempestatibus impeditur hybernis, quo minus suæ vocationi in agro colendo inseruire queat, non debet domi sedere ociosus, aut frequentare conuenticula, Sed debet domi in tempore aliquid, quod necessarium est, agere, sicut nostri rustici solent secare stipulas (heckerling schneiden) vt præbeant iumentis, Exacuunt alij vallos, furcasq; bicornes, Atq; amerina parant lentæ retinacula viti, etc. Vide Cælium lib. 10. cap. 50. Q. d. Tempore hyberno non debes sedere in tabernis, ne redigaris ad extremam inopiam. πὰρ ἴθι) .i. prætereas. h. e. relinquas, vel non ingrediaris. ἀ πάρειμι .i. prætereo, ich gehe fürüber. χάλκεον δῶκον) .i. æneam sedem. h..e. tabernam vel officinam ærariam vbi solebant esse ignes, conuenire homines ociosi, & colloqui de varijs rebus. Quia illa loca semper erant aperta, sicut nostri conueniunt in tonstrinis, vbi lauantur, consabulantur, ludunt, potant. Est autem hoc loco tale præceptum, vt si quis prohiberet nostris rusticis, ne irent

ne irent ad symposia vini aut ceruisiæ, sed non fuit eis consuetudo compotandi, sicut apud nos. Est egregius locus in Pontano, cum Neapoli aliquando ageretur Comœdia Italice, plæriq; spectarunt cum magna admiratione. etiam Germani milites, sed cum non intelligerent istam linguam, inuicem dixerunt, Wolauff/ last vns daruon gehen/ hie ist weder zu fressen/ noch zu sauffen. Atq; hoc dictum tandem abijt in prouerbium, Germanis non esse locum, vbi desunt pocula & cibi, vbi non est, quod edant & bibant.

θῶκος).i. sedes, locus, concio. Intelligit autem in fabricis ærarijs confabulationem, ociumq; & nugas, quæ solent in tepidis locis exerceri. Antiquitus enim officinæ ærariæ, & omnes tabernæ ignem habentes, erant apertæ & sine ianuis, quas etiam λέσχας appellabant eò quod pauperes ingressi, & præcipue in hyeme, dum se calefacerent, miscebant inuicem λέσχας. h. e. confabulationes. Arationis igitur tempore (inquit Poëta) etiamsi sit hybernum, prætereas concessum in fabricis ararijs. Aut, ne sedeas domi tuæ, teq; calefacias in conuentu pauperiorum ad officinam ærariam. λέσχην) Porticum latini vocant, quod Græcis λέσχην dicitur. h. e. conuenticulum, vbi conueniunt siue mercatores siue quicunq;, ad disceptandum siue disputandum, in quibus deambulabant delectandi animi causa mercatores, & audiebant, si quæ à peregrinis adferebantur noua, sicut & adhuc cernere est Venetijs. Deinde etiam Philosophi sectas suas in illis profite=

profitebantur, sicut σόα talis porticus fuit Athenis, vbi Zeno docebat, Inde dicti sunt stoici, sicut & λυκήον porticus fuit, vbi Philosophabatur Athenis Aristoteles. Et Græci ab isto more nugandi in porticibus formant elegans verbum σενολεχῆν, quod garrire significat & effutire. Est apud Aristophanem in nubibus. Inde λέχη dicitur ein geschwetz / non est aliqua grauis oratio, sed nugatoria confabulatio. Deinde sumitur pro ipso cœtu. Herodotus dicit Homerum in conuenticulis seniorum recitasse sua poëmata, & ab illis senibus tenuiter esse alitum. Illa vox etiam est apud Plutarchum in vita Lycurgi, qui instituit λέχας .i. conuenticula, in quibus confabulati sunt interdum de Repub. & alijs rebus. Quia vero plærunq; de rebus leuissimis conferebant sermones, factum est, vt λέχα: vulgo dicerentur nugæ seu colloquia ociosorum hominum.

ἐῶ ἀλέα) .i. in locis tepidis in aprico sitis. Quia in officinis fabrorum ærarijs habebatur semper ignis & solebant multi homines senes præcipue ad illa loca conuenire, ibi sedebant, & calefaciebant se, præsertim tempore verno, hyberno, & autumnali, & nugebantur de varijs rebus. Accentus sic recte scriptus est ἐῶ ἀλέα. Vsus est autem & supra ἐῶ cum accusatiuo in ista significatione, cum ait, ἐῶ ἀπείρονα γαῖαν. ἀλέον vero locum tepidum in aprico situm significat. ὥρῃ χαμερίῃ) .i. hora hyberni temporis, vel, tempore hyberno. ὁπότε) Q. d. quando in hyeme homines vrgentur à frigore. Illo enim tempore

lautius

lautius viuunt, vt testatur Virg. 1. Georg. Mutuaq; inter se læti conuiuia curant, Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit, &c. κρύος) .i. frigus. εἴργον) .i. cohercens, arcens, cohibens, ab εἴργω. ἰχάνει) .i. contimet domi. Q. d. ne illo tempore faciat opus in agro, ab ἰχάνω vel ἰχανάω .i. detimeo. Q. d. quando foris non possunt subire labores. Simile præceptum est in 1. Georg. Euripides testatur frigus gracili corpori esse infensissimum, cuius versiculus recitatur á Cicerone in epistola ad Tyronem lib. 13. ψύχος δὲ λιπαρῷ χρωτὶ πολεμιώτατον. h. e. frigus tenello corpori inimicissimum est.

ἔοικεν) .i. sedulus, impiger, & industrius paterfamilias potest valde promouere atq; locupletare suam domum. Inde ὄκνος .i. piger, ὀκνία .i. pigritia, cunctatio. ὀφέλλει) .i. auget, iuuat. Q. d. etiam in hyeme multa vtilia, & necessaria fieri possunt. ἀμηχανίη) .i. difficultas, impossibilitas, desperatio, ignauia. καταμάρψῃ) .i. occupet, opprimat, apprehendat. Q. d. vide, ne hyeme egeas, vel, ne tibi sit pereundum fame. Hoc hemistichium potest transferri ad adolescentes, qui ad nullum in iuuentute studium adiungunt animum, quo viatticum senectuti comparare possint. πιέζει) .i. premo. λεπτῇ) .i. tenui, exiccata, gracili, macilenta. παχὺν πόδα) .i. tumentem, & crassum pedem. Singularem numerum posuit pro plurali. q. d. crassos pedes. Problema est apud Aristotelem in prima sectione, quare istis, qui fame sunt confecti, pedes intumescant. Primum fames per se replet

plet corpus multis peßimis humoribus, & ita ventri-culus non potest quiescere, quando non habet bonum chylum, conuocat alios humores vicioßos, & in illis laborat, & seipßum confligit, & sunt plærunq; melancholici humores, qui ßubßidunt in pedes. Hinc fit naturaliter, vt crura illis, qui fame & macie confecti sunt, tumeant propter malas ßuperfluitates ßubßidentes in pedes. Nam omne graue deorßum. Altera causa est per accidens. Quando enim est malus & pernitioßus victus, tunc regulariter intumeßcunt pedes, ßicut in hydrope accidit. Quia illa cruda materia ßolet defluere in pedes. χειρὶ) Est geßtus attrectantis locum dolentem, was einem wehe thut. Quando enim locus aliquis in corpore dolet, tunc ßolemus illum locum manu demulcere, & premere, iuxta vulgare dictum, vbi dolor ibi manus, wo es einem wehe thut/ da greiffet er hin. ϖόδα) Q. d. hoc accidet tibi, vt conficiaris fame, & labores dolore pedum propter famem, ßi eris negligens tuarum rerum. Nam dolores pedum ßolent comitari & famem & malum victum. Ideo dicitur, poßt famem peßtis. Quia corpora preparantur propter famem & malum victum, vt fiant obnoxia putrefactioni.

ϖολλὰ δ' ἀεργὸς) Est dehortatio à negligentia & ab ocio, ßicq; ponit argumentum, ocium & paupertas ßunt mali conßultores. Solent enim homines impellere ad vicia, ad furta, ad rapinas & ad alias malas artes. Deinde ßi animus non est intentus rebus honeßtis & vtilibus, neceße est eum dare operam rebus

turpibus

turpibus & illicitis. Animi autem debent esse occupati circa res honestas & vtiles, quandoquidem animi hominum non possunt esse ociosi, sicut testatur exemplum Aegisthi, qui adulterium potuisset vitare, si militasset. Huc referendum est etiam prouerbium, ocia dant vitia. Homines, qui consumpserunt sua bona, postea nihil boni cogitant. Conantur enim, quo iure, quaq; iniuria alias parare diuitias. Ah istiusmodi obæratis hominibus Romæ grauissima sunt mota bella. Marco Antonio nulla alia fuit causa occupandi res Cæsaris. Item Catilinæ inuadendi Rempub. nisi quod suas opes consumpserant, & nihil amplius haberent, vnde viuerent.

ἀεργὸς) .i. ociosus, ignauus, vel sine opere. μήμνων) .i. qui manet, expectat, vel, alloquitur. Compositum construitur cum Datiuo. Deriuatur autem à μίμνω & μνάω .i. expecto, mutato ε in ι & interposito μ. πρασελέξατο) .i. cogitat, à προσλέγομαι. Q. d. Quando quis est ociosus & eget, tunc multa turpia & illicita cogitat in animo suo, vel cogitat de furtis, vel de insidijs, vel de rapinis, vel de alijs malis artibus. Habet enim duas res tanquam causas impulsiuas, videlicet, paupertatem vel necessitatem, & ocium, quod per se noxium est, iuxta dictum Basilij, ἀεργία κακεργίας ἀρχή. Sic solet facere decostrix nostra nobilitas, vbi ad malas artes applicat animum, quibus vult iterum ditescere. Sed postea à magistratu politico plectitur capite. Quare, vt hæc flagitia vitentur, solus labor potest esse nobis remedio.

Est enim

Est enim per laborem aditus ad virtutem. Per ocium autem ad omnia genera flagitiorum non aditus tantum, sed compendiaria & rectissima via. ἐλπὶς) Hi sunt versus politici, non œconomici. Quia magistratus summa diligentia debet aduigilare, ne multi ociosi homines in aliqua vrbe reperiantur. Nam Romæ sentina ista peregrinorum ociosorum maximum semper metum incussit Reipub. & ocium est causa maximorum motuum. κομίζει) .i. tenet, curat, perfert. κομίζειν enim significat curare, portare, & adprehendere. κεκμηκότα) .i. indigentem, præsertim eum, qui suo vicio, ignauia, luctu redactus est ad illam difficultatem seu paupertatem, ἀχνίζω & χνίζω .i. indigeo. εἴη) Optatiuus ab εἰμι. ἐν λέσχῃ) .i. in cœtu vel confabulatione, λέσχας vocarunt conuenticula, vel loca certa, vbi solebant senes, qui erant iam defuncti rebus gerendis, conuenire, & inter se tedium temporis iucundis sermonibus fallere. Solebant enim inter se colloqui de multis grauibus & necessarijs rebus. Sed deinde ista res, quæ fuit honeste instituta, abijt in abusum. Conuenerunt enim in illis locis homines ociosi, decoctores, negligentes necessaria opera, & sine fruge contriuerunt tempus. ἀχνυτῶ) ab ἀχνέω .i. sufficio. Q. d. cui non sit sufficiens victus. Si quis autem rem suam familiarem bene constituit & est iam senex, illi licet venire ad talem locum & se delectare confabulationibus aliorum. Interim alij curent rem familiarem. Ideo addit, Cui non sit victus sufficiens, der nicht einen guten vorrath hat.

Sententia

Sententia huius loci est, ociosus & ignauus in animo versat plurima mala, carens victu & alimentis, & ad inanem spem expectans. Præterea inquit, quod ad spem attinet, quod egenum & pauperem, cui victus sufficiens non adest, sedentem in tabernis, mala spes siue malæ cogitationes occupat, de furto nimirum, aut latrocinijs, aut de alijs flagitijs.

Δεικνυε) *Egregius locus est, qui potest accommodari ad omnes nostræ vitæ actiones; in quibus à nobis potißimum requiritur, vt vrgeatur occasio. Cum enim Poëta suadet facienda esse horrea media adhuc æstate existente, vt habeamus viatticum, vnde per hyemem viuamus, bono patrisamilias prospiciendum esse in posterum, dum adsit occasio. Non enim erit semper magna copia rerum. Sic in secundis rebus debemus cogitare de futuris, quid impendeat. Non semper æstas erit. Q. d. non semper erunt res secundæ, in quibus plærunq; sumus cæci, vt exempli gratia, Pompeius nunquam, dum res erant secundæ, cogitauit aliquid mali sibi posse euenire. Sic Iulius Cæsar nunquam sibi persuasit, quod ab intimis suis amicis deberet interfici. Verum Cæsar sciebat suum fatum, & tamen contemnebat. Cum enim admoneretur ab aruspice, metuendas illi esse Calendas Martias & cum ascendisset eo die in Curiam, & videret aruspicem, dixisse fertur, Venerunt iam ô Aruspex Calendæ Martiæ, Aruspex respondit, sed nondum præterierunt. Postea quam enim ascendisset Curiam, in senatu tribus & viginti vulneribus est confossus. Metuendæ igitur sunt*

vices fortunæ. Sic in cursu studiorum nostrorum vrgenda est ætas, quæ, si illa non rectè vtamur, cito pede labitur, nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit. Frustra igitur est, patremfamilias multa sperare, & non admouere manum. Solet enim dici, Manum admouenti fortuna est imploranda. Sic Aeschylus apud Stobæum, Huic qui laborat, adesse numen assolet. In eandem sententiam Pindarus ait ad summum virtutis apicem peruenisse eos, qui gustarunt labores, Non autem sine Dei fortuna. Proinde non ita fidendum est nostræ industriæ, vt diuinam opem negligamus, nec ita rursum pendendum ab illa, vt nostrum prætermittamus officium.

δείκνυε) á δεικνύω .i. ostendo. δμῶος) .i. famulus & famula. Est enim generis communis. θέρευς) pro θεροῦς, Dorice, aut θέρεος, Ionice. ἐσσεῖται) Futurum Atticum ab ἔω ἔσω vel ἐσῶ. q. d. præparate vos ad hyemem, Non enim semper erit æstas. ἐόντος) sunt genitiui absolutè positi. ποιεῖσθε) á ποιέομαι. Sententia huius loci est, Considerans futura, præcipias tuis famulis, moneasq; durante adhuc æstate, vt faciant domicilia. h.e. vt consideratis ijs, quæ accidunt, vel, quibus opus est in hyeme, illa sedulo præparent, vt domi postea in promptu habeantur. Non enim semper æstas erit.

μῶνα λιωαιῶνα) Sequitur alius locus, qui continet copiosam & plenam descriptionem Poëticam hyemis, Loquitur enim de Bruma, quo tempore sunt minima spacia dierum. Addit etiam quædam meteorologica.

rologica. Vnum tantum præceptum est interpositum, quod in hyeme sit interquiescendum ab operibus rusticis, neq; iumenta debere defatigari, neq; homines isto tempore. ὁ λῳὸς est torcular, quo succus vuarum exprimitur. Inde Deus vini Bacchus dicitur λῳαῖος torcularius, & τὰ λῳαῖα Bacchanalia festa, & ὁ λῳαιὼν Mensis Bacchi seu Bacchanaliorum .i. Ianuarius, in quem apud veteres Bacchanalia incidebant: quo tempore veteres primitia vini offerebant in regionibus calidioribus. Nec Græci, nec Iudæi distribuerunt menses nostro more. Nostra enim ratio est Aegyptiaca, scilicet, esse duodecim menses iuxta motum Solis in Zodiaco. Græci vero distribuerunt menses secundum cursum Lunæ. Quando fuit coniunctio, principium fuit mensis. Oppositio fuit medium, Nouilunium erat finis. Annum suum Aegyptij & Iudæi ab æquinoctio verno inchoarunt. Minor Asia inchoauit annum ab æquinoctio autumnali, sicut Athenienses ab solstitio æstiuo, Romani á solstitio hyberno. Vide Theodorum Gazam in libello de mensibus. Mensem igitur Brumalem vel Bacchanalem vocat illum mensem, quem efficit Sol, dum transit & peragrat signum Capricorni.

μὴν) .i. mensis. λῳαιῶνα mensem vocat exoriantem boues, propterea quod iumenta valde affligantur in glacie, quando coguntur ferre onera, ducere plaustra, & glacies non est tam firma, vt possit ferre onera iumentorum, damit thun sie jhnen schaden / vnd beschinden die schenckel. καὶ

ἤματα) Est appositio, malos dies, vel, mala tempora, propter frigus. vel, propter spirantem Boream, vel Aquilonem. βόδορα) .i. excoriantes vel excruciantes boues, ἀ βοῦς καὶ δέρω .i. excorio. Quia sit acerrimus ventus, vnde Germani eum vocant, den schindenhengst. δέρμα .i. corium. Quia ille mensis .s. februarius multum affligit equos & iumenta, sicut videmus fieri in hyeme, quod nemo libenter suum equum collocet in aditu stabuli & tegat quibusdam stragulis. τοῦτον) .i. mensem. ἀλεύασθαι) Infinitiuus pro imperatiuo. h.e. euita, ab ἀλέω .i. effugio. Q. d. noli aliquid operis facere in hoc mense, vel, hos mense quiesce, vel, non defatiges te, aut iumenta. Interpres Græcus existimat Ianuarium dici ἀ Græcis λικναιῶνα, aut quod transuectio vini circa hunc mensem fiebat, aut quod authori τῶν λικνῶν Dionysio festus dies, Ambrosia dictus, eo mense ageretur, qui ἀ Romanis Brumalia vocatur. Brumus enim Bacchum significat. Hunc igitur mensem iubet præcaueri, & ante ipsum præparare illa, quæ pertinent ad seminationem, ne glacies postea impediat, quæ Borea flante concrescit. βόδορα) .s. quæ tollunt animalia. Sub Boue autem, qui est cæteris maior, comprehendit etiam alia pecora. πήγας) .i. glacies, παγετούς, Eißzäpffe / ἀ πήγνυμαι .i. concresco. βορέαο) pro βορέω. Boreas dicitur ἀ βορᾶ .i. vorago seu consumptio. Quia deuorat, adurit, & desiccat omnia, siue ἀ βόη .i. impetus, clamor, strepitus & ῥέω .i. spiro, flo, quod cum magno sonitu spirat, vel ἀ βοῦς. Quia ipsi

ipsi omnibus quæ grandia voluerunt significare, addiderunt nomen bouis, sicut nos nomen equi. A Bobus appellabant magna & ampla. Inde Boreas quasi amplum, vel magnum vel grauiter spirans. Sicut Eurus nomen habet ἀπὸ τῆς ἠῶθεν ἐέων, ab ortu spirans Zephyrus á ζόφος .i. caligo, Quia spirat ab occasu. Notus à νοτίς .i. humor.

τελέθω) Verbum substantiuum poëticum pro εἰμὶ .i. sum vel fio δυσηλεγέες) á δυς ηελὸς ἀλέγω .i. curo. Inde δυσηλεγέες .i. molestæ, tristes. Inde δυσηλέγης .i. mouens tristem vel grauem curam. Est 1. contract. sicut ἀληθὴς. Apparet hoc fuisse asperrimum tempus circa Brumam. h. e. circa solstitium hybernum. δι' ἀθήνης) h. e. qui Boreas per Thraciam versus Septentrionem sitam spirans, perturbat mare. Clamare autem siue reboare, aut contrahi, constringiq; facit terram & arbores. Vbi hoc obseruandũ est quare ι iota habeat subscriptum, propterea quia communiter dicendum esset θρᾴνη, á nomine θρᾷξ pro θρᾴξ Ionice, θρήϊος oriundus ex Thracia, vnde θρᾴμβος vel θρήϊκιος adiectiuum, vt Thracia mulier. Est autem Europæ regio amplissima, finitima Macedoniæ. Descriptiones petendæ sunt è Strabone, Plinio, Ptolomeo, situs vero è tabulis Geographicis. ὅσε) per Thraciam spirare dicitur Boreas. Quia est Septentrionalis ventus. Vide Homerum lib. 9. Iliad. statim in principio,

Sicut vbi aut Boreæ, aut Zephyro contrarius Auster

Incubuere mari, fundoq; exæstuat imo
Thracius & nigras eructat pontus arenas.

ἱπποτρόφῳ) .i. equestrem, vel, alentem equos, vel, alumnam equorum. Quia Thraces fuerunt studiosi rei militaris, & habuerunt optimos equos, & totam illam regionem hodie tenet Turca. ἐμπνεύσας) .i. inflans, inspirans, incidens. ὤρσινε) .i. concitauit, commouit. q. d. ipsum mare concitatur, tumultuatur ab ὀρίνω .i. concito, tumultuor. μέμυκε) .i. insonuit, immugijt, murmurauit, à μυκάω .i. mugio. μέμυκα præter. medium. δρῦς & ἐλάτη species arborum. ὑψικόμους) .i. alticomas, altas, vel, altis frondibus. δρῦς) pro δρῦας. δρῦς) Robur. Hinc glans parua, quæ βάλανος δρύϊνος dicitur, hageiche / wintereiche / eißholtz. ἐλάτη) i. abies, Thannen. Conos habet piceæ syluestri similes. Duo eius genera, fœminæ, quæ prolixior, materia mollior, vtiliorq; & rotundior, folia pinnata, densaq;, rote thannen. Mas. deterior est, weis thannen. παχείας) .i. densas, crassas, grandes. ἐν βήσῃς) pro, βήσαις, .i. in decliui vel in vallibus. βῆσα) Id nos vocamus ein Wiesen. h. e. illa loca decliuia montium, quæ sunt herbosa. Nam illa loca magis sunt obnoxia ventis, quando montes declinant a summis cacuminibus versus vallem. πιλνᾷ) .i. prosternit. deijcit, amouet, wirfft darnieder / à πιλνάω .i. deijcio, vel, vicinum reddo ad terram. ἐμπίπτων) .i. iste ventus incidens, vel, irruens præceps ab Arctico, ingruens Boreas, rauschet daher. Vide Gal. lib. 2. cap. 30.

οὖρος)

οὔρεος) pro ὄρεος. πολυβοτείρη) .i. quæ est multorum altrix, vel quæ multos nutrit. βοᾷ) .i. reclamat, sonat fremit, murmurat, boat, mugit. Vt autem syllaba esset longa, dixit πολυβοτείρη pro πολυεοτείρη, à πολυ καὶ βόσκω. νήριτος) .i. ingens, vel densa, ad quam non potest aliquis contendere propter multitudinem.

Οὖρες) Iam addit aliam amplificationem. Describit enim habitum animalium illo tempore. φρίσσουσι) .i. densantur, contrahuntur, inhorrescunt, aut horrent præ frigore, potest & legi φρίσσουσαι .i. horrentes, à φρίξ .i. horror. Aptius tamen est, vt legatur in tertia persona φρίσσουσι. ἔθεντο) Est hyperbaton constructionis. μέρεα) Hesychius ponit pro αἰδοῖα. Cum enim frigent animantia, occultant caudas sub partes pudendorum. Caudæ enim quia sunt neruosæ & osseæ, maxime frigus sentiunt, hangen oder schleiffen die schwentze hinden zwischen die bein. ὑπο) Quando lupi aut vulpes incedunt, solent retrahere caudas inter pedes posteriores ad pudenda, & tunc non est tutum occurrere lupis. Q. d. Quando Boreas flat, vix bestiæ habentes densam cutem, possunt tolerare frigus. ἅν) pro ὧν .i. quarum ferarum, cutis est tecta pilis & velleve. δέρμα) .i. cutis, pellis. κατάσκιον) .i. tecta, adumbrata, vel κατάσκιον dicitur locus vmbrosus vel tectus. Inde δέρμα κατάσκιον pellis vmbrosa vel tecta pilis. Q. d. quamuis hirsutam seu densam existentem pilis seu lanugine. οὖρα) .i. cauda. Inde Cynosura, quasi

cauda canis, Minor vrsa. λάχνῃ) .i. pilis, seu villis. τῶν) .i. istarum ferarum pellem.

ψυχρὸς) .i. frigidus Boreas. Q. d. Imò etiam animantia, quæ hirsuta habent pectora, Boreas frigidus ferit flatibus, perspiratq; διάησι) pro διαπνέει .i. transpirat, flat, vel, penetrat flatu. Est autem ἄησι ἐκ τοῦ ἄημι .i. spiro, ἄης ἄησι. ἐὼν) .i. existens Boreas. Ouid. Horrifer inuasit Boreas. διὰ τῶν) .i. per eas etiam, quæ sunt hirsuto pectore. περ ἐόντων) .i. quamuis existentibus hirsutis pectoribus, vel, existentium hirsutorum, vel, habentium pectora densa pilis (Zoten) vel, quæ habent pectus pilosum, sicut pinguntur boues & vrsi. Q. d. Tanta est vis illius venti, vt perflet boues, Ergo multo minus tu poteris eum perferrre. δασυστέρνων) densis pectoribus. ἔρχεται) .i. transit etiam, venit, aut, spirat. ῥίνος) .i. corium, tergum, cutis. μιν) pro, αὐτὸν .s. Boream. Q. d. Neq; ipsum Boream inhibet cutis bubula. τανύτριχα) .i. hirsutam, capillatam, seu densam pilis, seu habentem densos pilos. ἄησι) id est, penetrat. ἴσχει) .i. tenet, arcet, cohibet, sustinet. πώεα) ouilia & ipsæ oues dicuntur. οὔτι) .s. non transpirat. Q. d. oues non vsq; adeo lædit. Hoc intelligendum est de ipsorum regionibus. In nostris enim regionibus maxime læduntur oues etiam frigore. πώεα) Quibus animalibus noceat frigus hybernum, quibus minime. ἴς ἴνος) .i. impetus, violentia, vehementia, fortitudo, vis. διάησιν) .i. transpirat, penetrat. ἐπηεταναὶ) .i. lanæ ipsorum ouilium sunt annuæ, vel, oues habent

pilos

pilos annuos, vel, habent vestem annuam, Ideo non tam facile læduntur. οὕνεκα) .ſ. quando lana eſt paulo denſior & ita, vt quidem per annum non fuerint detonſæ. βορέαο) Genitiuus Aeolicus. τίθησι) .i. facit, reddit, ponit .ſ. propter frigus. τροχαλὸν) .i. incuruum ſeu claudicantem, á τρόχος .i. rota, vnde τροχαλὸς ſenex incuruus inſtar rotæ. Q.d. Quando ſpirat Boreas, facit, vt ſenex incedat curuus. Quia ſenes facillime læduntur frigore, propterea quod ipſorum corpora ſunt deſtituta calore naturali, & ſanguis eſt frigidior. Poëta admonet in iſto verſiculo, vt iſtud genus hominum ſe contineat domi & ſit οἰκόφορον, ſicut Venus fingitur. Quidam autem de ouibus ſic dicunt, Boreas oues ſpiritu non penetrat, Quia ſunt hirſutæ, vnam autem ſuperfluam iacere.

παρθενικῆς) Hæc cohærent cum ſuperioribus. Totus autem ille locus eſt quædam deſcriptio brumæ amplificata colore Poëtico, vt reddat agricolam diligentiorem. διάκσιν) .i. Boreas non tranſpirat, aut perflat, vel non lædit ipſam. παρθενικῆς) .i. per virginale tenerum corpus. ἁπαλὸς .i. tener, χρωῒ .i. corpus. Sententia totius loci eſt, per oues non tranſpirat, eò quod lanæ ipſarum ſunt continuæ & perpetuæ, nec per virginem domi ſedentem, alioquin nullæ res commemoratæ á flatu Boreæ immunes manent. ἁπαλόχροος) .i. tenella, delicatula, habens tenerum corpus. ἥτε) .ſ. quæ virgo. μίμνει) á μένω .i. maneo, mutata ε in ι, & interpoſita μ fit μίμνω. εἰδυῖα) .i. ſciens. q. d. quæ nondum facta eſt vxor,

vel, quæ nondum est nupta, vel, quæ adhuc est virgo, vel, quæ nondum est gnara concubitus, ab εἴδω .i. scio, noui. ἀφροδίτης) .i. commixtionem, connubium. πολυχρύσου) πολύχρυσον autem aut metaphorice dixit, quia sit honorata multum, aut quod mulieres multum auri dantes, viris matrimonio iungantur. λοεσαμένη) .i. lota, ἀ λόω vel λοέω. ε resoluitur in οε. ἀορ. α. med. part. fœmin. τέρενα χρόα) .i. tenerum corpus, per synecdochen Græcam. λίπῳ) pro λιπαρῷ per apocopen .i. liquido, molli, pingui. Interpres autem exponit λίπα ἐλαίῳ, ἤγουν τῷ ὄζῃ ἐλαίας, pinguedine, quæ fit ex oleo. Mutilantur enim etiam longa, vt in illo, βόλομ' ἐγώ. Fuit autem mores apud antiquos, vt virgines vngerentur oleo balsami. χρισαμένη) .i. vncta, ἀ χρίω .i. vngo. Inde Christus dicitur vnctus quasi Rex.

νυχίη) .i noctu. vel, noctuina, vel, de nocte, ἀ νύξ. Nomen ex aduerbio factum est. q.d. non cubat foris, non offenditur frigore. καταλέξεται) .i. dormierit, ἀ καταλέχομαι .i. cubo. Inde λέχος .i. lectus. χαμερίῳ) .i. die vel tempore hyberno. τέν θει) .i. arrodit, fugit, commedit. Q. d. quando latet in hyeme præ fame, arrodit pedes, seu brachia sua. Πένθος enim famelicum & gulosum significat. Est hæc natura vrsi, vt hyeme valde sæuiente in suo lustro latens, proprios pedes lambat, atq; ita se sustentet propter penuriam alimenti. Polypus autem marinus, cirros suos arrodit, vnde sæpe Polypodes reperiuntur pedibus mutilati. Aristoteles autem ait, quod

quod nutrimento vtantur pagurorum, & non capillamentorum suorum.

ἀνόστος) ἀνόστον vocat Polypum, quod ossibus seu spina careat. Habet enim tantum cartilaginem. Dicitur autem ea huius piscis natura esse, vt, fame laborans sibi pedes arrodat. Vide Plin. lib 9. cap. 29. & Cælium lib. 7. cap. 53. & Aristotelem lib. 4. de animalibus cap. 1. Oppianus Poëta de Polypo ait, quod non soleat ire ad mare (Metuit enim æstus maris) sed continet se in latibulis, vbi absumit suos pedes, tanquam alienas carnes, qui iterum crescunt, cum semel eos abroserit. ἀνόστος) s. Polypus, qui non habet ossa, sed pro ossibus & spinis habet cartilagines, fugit, & arrodit suos pedes. Nostri hoc de vrsis dicunt, quod tempore hyberno in antro sedeant & sugant vngues, eliciant succum, & vngues tamen non consumuntur. Albertus lib. 24. dicit Polypum esse piscem similem illis, quos ipsi vocant Raias (die Rochen) & dicit eum esse piscatorem, habere antrum, & miro artificio piscari, & habere eum etiam suos hostes, qui ipsum infestant, & pari artificio ipsi insidientur. Est versutus & timidus, quando latet in antro, veniunt eius inimici, prosterunt se ante antrum & simulant perinde ac si essent mortui tunc extendit brachium, vt experiatur, an sint mortui, & tunc foras extrahunt & deuorant, dilacerant, & laniant eum. Dicit se vidisse sibi esse exhibitum huiusmodi piscem. Asellus etiam alius est piscis (der Welß) qui tamen pene est ἀνόστος .i. sine ossibus.

Habet

Habet enim cartilagines pro ossibus & spinis. Dicitur in hyeme deficiente alimento commedere sua brachia, & dicit Albertus ei alia renasci, nec foras prodire, nisi renatis brachijs. Plinius negat hoc accidere Polypo, sed tamen Albertus & Oppianus suffragantur Hesiodo. Brachia seu pedes, dicuntur Cotylidones. Quia est quædam similitudo illorum vasculorum, quæ vocauerunt Cotylas, siue pedes habeant, siue non. Arte habent aliquid, quo adhæresunt locis, ad quæ venit ipse. Dicunt murænas adhæresere ore & pinnis. Ita Polypus in extremitate brachiorum suorum habet quiddam simile Cotylis, quo adhæresit & affigitur & attrahit ad se non tantum ore, sed etiam brachijs alimentum, vtitur Cotylidonibus suis ad attrahendum alimentum ad se. Cotyla fuit vasculum apud Romanos. Inde κοτυληδόνες á similitudine brachiorum Polypi. Deinde Cotylidones dicuntur illæ venæ, quæ sustinent embrionem vel fœtum in matrice, quæ quando destituunt embryonem tempore partus, tunc fœtus excutitur partu, & quando ante tempus id retrahit sese, fit abortus, est quædam similitudo Cotylarum. Deinde est etiam quædam species, quam vocant Cotyledum, h. e. vmbilicum Veneris, Germanice nabelkraut.

ἀπύρῳ οἴκῳ) .i. Frigida domo, aut quæ ignem non habet, seu nihil lucis. Degit enim sub vndis. ἕν ἕθεσι) .i. in sedibus, nido, seu receptaculo. In plurali ἕθη significant loca molesta, mortemq; adferentia ἦθος significat talem locum, vbi aliquis consueuit esse.

esse. λυγαλέος) .i. tristis, humidus, inamœnus. ἠέλιος) & ἥλιος dicitur sol. δείκνυ) pro δείκνυσι per apocopen. Vltima enim syllaba est præcisa, vel est præteritum imperfectum pro præsenti. νόμον) .i. prædam, pastum. à νέμω .i. pasco. ὁρμηθῆναι) .i. tendere, egredi, moueri, vel, vt inuadat, vel, ad inuadendum, ab ὁρμάομαι. Q. d. non solet tum quærere cibum. Ipse enim est prædator & solet singulari quodam artificio venari pisces, quibus deinde vescitur. στρωφᾶται) .i. vertitur, vel, voluitur, à στρωφάομαι .i. voluor. κυανέων) .i. nigrorum, cæruleorum. Intelligit Aethiopes vltra æquinoctialem ad Austrum habitantes, die weissen Mohren. ἄνδρῶν) .i. ad plagas meridionales. q. d. sol illo tempore voluitur supra caput Aethiopum. φανέῃ) .i. non diu lucet Græcis, Ergo non ostendit Polypo pisces. h. e. non lucet ei, vt posset videre pisces & piscari. Pisces enim in hyeme non prodeunt, non pronatant, non ludunt, vt videri aut intercipi possint. βράδιον) .i. parumper, seu modico tempore. πανελλήνεσι) .i. omnibus Græcis, vel toti Græciæ. Illa vox non est apud Homerum, & apparet non fuisse tempore Homeri vsitatam. ἕλλας fuit certa pars Græciæ apud Homerum. κυάνεον Græci vocant, quod nos cœruleum, Lasur. Hic metaphorice est positum pro glaucorum aut nigrorum hominum. Apud Homerum etiam sæpe pro nigro ponitur, sicut nigrum marmor, das herwieder gleisset / color relucens nigredinem. Interpres sic exponit hunc locum, Neq; tum

splendet

splendet Sol apud nos, necdum demonstrat prodeundum esse ex locis abditis, sed tunc Sagittarium percurrens, vertitur supra Aethiopes, populos nigros, illisq; splendorem & calorem impertit. Tardius autem, quoad diem, nobis Græcis exoritur, lucemq; adfert; qui sumus septentrionales.

TEXTVS.

Καὶ τότε δὴ κεραοὶ καὶ νόκεροι ὑληκοῖται,
Λυγρὸν μυλιοῶντες ἀνὰ δρύα βησσήεντα
Φεύγουσιν, καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο μέμηλεν,
Οἳ σκέπα μαιόμενοι, πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχουσι,
Καὶ γλάφυ πετρῆεν, τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι,
Οὔτ' ἐπὶ νῶτα ἔαγε, κάρη δ' εἰς οὖδας ὁρᾶται.
Τῷ ἴκελοι φοιτῶσιν, ἀλευόμεν οἰνίφα λευκὴν.
Καὶ τότε ἕσσασθαι ἔρυμα χροὸς, ὥς σε κελεύω,
Χλαῖνάντε μαλακὴν, καὶ τερμιόεντα χιτῶνα.
Στήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μυρύσασθαι,
Τὴν περιέσσασθαι, ἵνα τοι τρίχες ἀτρεμέωσι,
Μηδ' ὀρθαὶ φρίσσωσιν, ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα.
Αμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι καταμένοιο
Αρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας.

Πρωτο-

Πρωτογόνων δ' ἐρίφων, ὁπόταν κρύος ὥριον ἔλθοι,
Δέρματα συῤῥάπτειν νεύρῳ βοὸς, ὄφρ' ἐπὶ νώτῳ
Υετοῦ ἀμφιβάλῃ, ἀλεὴν. κεφαλῇφι δ' ὕπερθεν
Πῖλον ἔχειν ἀσκητὸν, ἵν' ὄατα μὴ καταδεύῃ.
Ψυχρὴ γὰρ τ' ἠὼς πέλεται, βορέαο πεσόντος.
Ἠῶος δ' ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Ἀὴρ πυροφόρος τέταται μακάρων ἐπὶ ἔργοις,
Ος τε ἀρυσάμενος ποταμῶν ἄπο ἀιὶ ναόντων,
Υψοῦ ὑπὲρ γαίης ἀρθεὶς ἀνέμοιο θυέλλῃ.
Αλλοτε μένθ' ὕει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι,
Πυκνὰ θρηϊκίου βορέου νέφεα κλονέοντος,
Τὸν φθάμενος, ἔργα τελέσας, οἶκον δε νέεσθαι,
Μὴ ποτέ σ' οὐρανόθεν σκοτόεν νέφος ἀμφικαλύψῃ,
Χρῶτάτε μυδαλέον θείῃ, κατὰ θ' εἵματα δεύσῃ.
Αλλ' ὑπαλεύασθαι, μεὶς γὰρ χαλεπώτατος οὗτος
Χειμέριος, χαλεπὸς προβάτοις, χαλεπὸς δ' ἀνθρώποις.
Τῆμος θ' ἥμισυ, ἐπὶ βουσὶν ἀνέρι τὸ πλέον εἴη

Αρμαλι-

Αρμαλιῆς: μακραὶ γὰρ ἐπίῤῥοτοι εὐφρόναι εἰσί.

VERSIO.

Et tunc cornutæ & non cornutæ feræ
Misere dentibus frendentes per querceta, quæ sunt in vallibus,
Fugiunt, & passim omnibus in mente hoc curæ est:
Quæ tecta quærentes, densa latibula habent
Et antrum saxosum, tunc sanè tripedi homini similes .s. sunt.
Cuius tergum incuruatum, caput autem ad terram spectat,
Huic similes incedunt .s. feræ, vitantes niuem candidam
Et tunc indue munimentum corporis, vt te iubeo .s. induere,
Chlænam mollem, & talarem tunicam.
Stamine in tenui densum subtegmen intertexe
Hanc indue, vt tibi pili non horreant,
Nec recti .s. pili horreant, per corpus arrecti
Circum autem pedes calceos bouis fortiter mactati
Aptos ligato, villis intus condensans
Primogenitorum autem hædorum, cum frigus tempestiuum venerit,
Corium consue neruo bouis, vt super tergum
Pluuiæ circumponas depulsionem, In capite vero superne
Pileum habeto elaboratum, vt aures non madefacias,
Frigida enim aurora est, Borea cadente:
Mane autem per terram de cœlo astrigero

Aêr

Aër fœcundus, extensus est diuitum super opera,
Qui haustus ex fluminibus semper fluentibus
Sublime supra terram eleuatus venti procella,
Interdum quidam pluit ad vesperam, interdum spirat
Crassas Thracio Borea nubes agitante.
Hunc præueniens, opera perficiens domum redi,
Ne aliquando te de cœlo tenebrosa nubes vndiq; tegat,
Et corpus tibi humectet, & vestes madefaciat.
Sed effugias .s. illos ventos. Mensis enim difficilimus
Hybernus, asper ouibus, & malus hominibus, (illo
Tunc dimidium bobus supersit, viro autem plus adsit
Cibi. Longæ enim properantes noctes sunt.

VALLA.

Fugiunt animalia curuï
More senis, valles imas, & dente trementi
Concaua saxa petunt, nemorum tenebrosaq; tecta.
Tunc quoq; ne noceant hyemes tibi protegat artus
Mollis chlæna tuos, cui tecta ex ordine recto
Pauca, sed aduerso ducantur plurima fila,
Sitq; ea crure tenus, vetat hæc per corpora setas
Surgere, & instanti prohibet durescere vento.
Tegmina sint pedibus taurorum è pelle cothurni,
Nec nocet hos inflare pilis, vt frigora vincas.
Hœdorum teneras neruo bouis insue pelles,
Ac dorso suspende, tegant capita alta galeri
Ne madeant aures. Borea spirante cauendum est
Frigoribus, tunc ros cœlo diffusus ab alto
Educat & Cererem sacros operumq; labores,
Ille quidem vi ventorum è fluuialibus vndis
Tollitur in sublime, & matutinus in agros
Desilit, interdumq; expectat tempora noctis,
Interdum Borea nubes agitante procellas

Vertitur in ventosam hyemem, fuge prouidus illam,
Acceleretur opus, pete tecta obstantia ventis,
Ne forte obscuro nebularum infusus amictu
Immadeas, largosq; imbres pluat humida vestis.
Pascua tunc carpant quamuis non pinguia tauri,
Quippe leuis labor, & longa sub nocte quiescunt,
Nutrimentum ingens, vobis vberrima mando
Agricolæ, faciliq; dies transire labore.

FRISIVS.

Syluicolæq; feræ tunc vndiq; quotquot inermes,
Quotquot cornigeræ, stridentes dentibus, altas
Percurrunt syluas, resq; omnibus est ea cordi,
Quæsitisq; diu in latebris sua corpora sternunt,
Sed similes homini, baculus cui tertius est pes,
Cuiq; est iam fractum dorsum, & dependet humi frons,
Huic similes, inde aufugiunt vbi vix iacet alba,
Tunc, quod mando, tuum corpus bene vestibus arma,
Indue talarem tunicam, superindue chlænam,
Staminibus rarís inducas licia densa,
Injiceq; hinc vestem, ne horrescant frigore crines,
Neue tibi horriduli, rectiq; in corpore surgant,
Induc perones pedibus de tergore tauri
Fortiter occisi, prius intus crinibus opplens,
Et bruma aduentante, bouis tibi consue neruo
Pelles hœdorum, vt late imponantur ad imbrem
Pellendum dorso, crinesq;, caputq; galerus
Arte laboratus tegat, vt ne aures madefiant.
Frigus in aurora sæuum est aquilone ruente,
Astriferoq; cadens in terram ex æthere mane
Aër fœcundans segetem, super arua resedit,
Qui primum liquidis fluuiorum hauritur ab vndis,

Hinc

Hinc vi ventorum è terra sublatus in altum,
Nunc pluuiam sub noctẽ adfert, nunc flamina gignit,
Vndiq; Threicio nubes Aquilone ciente.
Hunc tu præueniens acto pete tecta labore,
Ne properans cœlo te fors nebula occupet atra,
Et madidum corpus, veſteſq; intingat in imbre,
Hinc præuitato, menſis ſæuiſſimus hic eſt
Brumalis, graue & pecori & mortalibus ipſis.
Pabula iumentis tum parcius obijce, verum
Plus homini apponas, quoniam longiſſima nox eſt.

DISPOSITIO.

ἡνίκα τότε) Commoratur Poëta adhuc in deſcriptione hyemis, & addit Poëticum geſtũ, dum inquit, quod tempore hyemis feræ in ſyluis & mentibus cubantes, tam cornutæ, qua non cornutæ, fugiunt per querceta & montes confragroſos, per faſtigia & ſaltus, & lugubiter dentibus frendentes prorupiunt ſe in antra ſua claudicantes tribus tantum pedibus, ſicut grandæui ſenes in baculum incumbentes demiſſo capite incedunt & ad terram reſpicunt. Deinde ſequitur deſcriptio veſtium hybernarum, abſoluta deſcriptione hyemalis temporis. Q. d. ad arcendum frigus illo tempore corpora eſſe munienda veſtibus hybernis. h e. craſſo panno & multis pilis intertextis. Enumerat autem varias veſtes, quibus Græci admodum vſi ſunt. Chlæna enim fuit veſtis laxior exterior, ſimilis pallio Græco. ein vberrock oder mantel. Chiton vero fuit tunica interior, ein leibrock oder harnſkappe.

Alij existimant esse interulam, ein hembde. Addit tandem quod pedes hyemis tempore sunt communiendi calceis, qui sint confecti ex corio bouis sani, non aliquo morbo mortui. Nam talia coria sunt inualida, vtpote domita, corruptaq; morbo.

Quarto dicit de crudo quodam, quod tempore pluuiarum superijciebatur cæteris vestibus. Diligenter autem obseruandum est, quanta fuerit tempore Hesiodi simplicitas hominum. Ipsi enim haud dubie non tenuerunt artem, quomodo pelles ouium essent molliendæ aut macerandæ, sicut nunc fit, vt præbeant vsum vestium, & possent subduci tunicis, sed super induebantur pellibus neruo bouis consutis. Apparet hinc illos vsos esse crudis corijs, sicut adhuc fit in Lituania, & remotioribus ac incultioribus locis. Quinto dicit de munimento capitis, quod fuit quiddam condensatum ex lana & pilis, sicut apud nos sunt die filtz/ ne videlicet nix aut imber humectet aures.

ψυχρὴ) Enumerat iam causas pluuiæ. Postea dicit, quid sit ventus. Grandinis autem, pluuiæ, & niuis, eadem plane est ratio. Quando enim illorum materia halitus seu vapor humidus vsq; in mediam aëris regionem, & sui leuitate & calore solis subuehitur, tunc frigiditate loci densatur, atq; in nubem aquosam cogitur, quæ liquefacta, aut non congelatur & vocatur pluuia, aut congelatur, & vocatur grando. Nihil enim aliud est grando, nisi concreta glacies, quæ sua grauitate impulsa decidit, aut congelatur, priusquam in aquam conuersa est, & vocatur nix.

Ventus

Ventus autem est agitatio sicci vaporis sublati virtute radiorum solarium in aërem, cuius causa effectiua generalis est virtus radiorum solarium, atq; aliorum astrorum, quæ leuant ex terra materiam ventorum. Particularis vero est frigus mediæ regionis aëris. Materialis vero causa est halitus calidus & siccus, nihil habens pingue, propter quod accendi possit. Causa vero formalis est spirare & vehi oblique, Generatur autem ventus hoc modo, sublato sicco halitu vsq; ad mediam aëris regionem, tunc frigore loci rursum repellitur, atq; iterum propter sui leuitatem subuolat, & rursum deijcitur, atq; hæc rixa & pugna halitus calidi & frigoris impellit & mouet aërem, qui motus vocatur ventus. Finalis causa vero ventorum est sua ventilatione purgare aërem, congregare seu dissoluere nubes, pluuiam vel serenitatem efficere.

τῆμος) Præceptum est de pabulo hyberno. Q. d. Isto tempore non est opus, vt copiosum pabulum præbeas iumentis. Quia tunc non laborant, sed quiescunt. At hominibus est dandum largius pabulum. Quia illo tempore stomachi sunt calidiores & magis appetunt cibum, quàm in æstate, in qua calor dissipatur & exhalat, & membra sunt frigida, & minus appetunt cibum, vnde inquit Hippocrates, αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσαι, &c.

EXPLICATIO TEXTVS.

ηὲ τότε) Versatur adhuc in descriptione hyemis. νήκεϛ) .i. sine cornibus. νη est priuatiua particula. sicut νήπι .i. sine sermone, vel, infans, vnmündig. ὑλικοῖτα) .i. syluicubæ, vel habitantes in syluis & montibus ab ὕλη .i. sylua & κοίτη .i. cubile. λυγρὸν) pro χαλεπῶϛ. Neutrum aduerbialiter, pro horribiliter, moleste, grauiter, & lugubriter, vel, tristi modo. μυλιόωντεϛ) .i. mugientes, vel dentibus stridentes propter frigus, vel, quæ collidunt molares dentes. Sub parte autem totam maxillam intelligit, a μύλη .i. mola, quæ vox adhuc hæret in Germanica lingua, eine Mühl Significat autem inter alia etiam dentem molarem, ein stockzan/ a quo fit verbum μυλιάω, quod significat infrendo, vel fremo dentibus, vel concutio dentes præ frigore, vel. dentibus molaribus immurmero. Hinc dixit μυλιόωντεϛ pro μυλιάοντεϛ .i. stridentes o interposita. δρῦον significat locum, vbi multæ sunt quercus. Hinc Poëtæ dixit ἀνὰ δρύα .i. per querceta. βκασκέντα) Interpres βκασκέντα exponit ἤζοχὰϛ ηὲ προβάσεις ἔχοντα .i. fastigia & saltus. Nos vero exponimus, vallosa, seu, quæ sunt in vallibus à βκασιέεϛ .i. locus pratosus, qui tendit ad vallem, à βῆσα .i. vallis, campus, eine lustige awe πᾶσιν) .s. feris. Q. d. omnibus feris curæ est, vt se occultent in concauis, den-

fisq; &

ſiſq; & abditis luſtris. μέμηλεν) ἀ μέλω .i. curo. ω. med. μέμηλα. v adiecit, vt ſolet.

σκέπα) .i. latebras, receptacula, ſeu loca, vbi feræ ſunt tutæ. σκέπας enim ſignificat vmbraculum, operculum, munimentum, receptaculum, ἀ σκέπειν .i. tegere. μαιόμενοι) .i. ſcrutantes, inueſtigantes, vel, inquirentes, ἀ μαίομαι .i. indago, inueſtigo, quæro, vel, inquiro. ϖυκνοὺς) .i munitas, denſas. κευθμῶνας) .i. latebras. κευθμὼν enim latebram ſeu ſpeluncam ſignificat, ἀ κεύθω .i occulto. Q. d. in denſis ſeceſſibus latent. γλάφυ) .i. antrum, ſeu locus excauatus pro γλάφυρον, per apocopen. ϖετρῆεν) .i. ſaxoſum, ſeu concauam ſpecum in aliqua rupe, ſeu petra, ὁ ϰαὶ ἡ ϖετρήεις ϰαὶ τὸ ϖετρῆεν .i. petroſus, a, um. ἴσοι) .i ſimiles ſunt feræ τρίποδι) .i. viro tripedi, ſilicernio, decrepito, ſeni, tertio iam pede .ſ. baculo innitenti. Q. d. feræ tunc incedunt, perinde vt aliquis grandæuus ſenex, qui incedit tripes vtens baculo pro tertio pede. Eſt autem hoc loco Poëta delectatus Aegnigmate ſphingis, Mane quadrupes, meridie tripes, veſperi tripes. οὗτ᾽) .i. cuius viri. ἔαγε) præteritum medium eſt. Significat enim actiue & paſſiue, fregi & fractus ſum. Ita ἔαγε .i. recuruatum, aut refractum eſt. Alij deriuant ab ἄγνυμι) .ſ. frango, alij ab ἄγω. ἐπὶ νῶτα) .i in tergo ſeu humero. οὐδὰς) ſignificat pauimentum, ſolum terram. Q. d. ſicut ſolent ſenes incedere, quando eleuant caput, & humeros inflectunt in tergum & contrahunt, vel, incedunt curui, ſed tamen eleuato capite, & intuentur

pauimentum. Inde senes vocantur silicernia, vel quod incurui cernant silices, vel, quod mox silentibus vmbris cernendi sint, vnde Græcis senex γέρον dicitur, παρὰ τὸ εἰς γῆν ὁρᾶν, vel, παρὰ τὸ τῆς γῆς ὀρᾶν, quod propinqui morti iam de sepultura solliciti sint, sicut latini capulares etiam vocant senes decrepitos, quasi iam capulo proximos. Listius in Moriam. Multa vide apud Donatum, Nonium, & festum. Vide prouerb. Alterum pedem, &c.

φιτῶσιν) .i. ambulant, vel, incedunt, à φοιτάω. λευκὴν) .i. albam, candidam. νίφα) per apocopen pro νιφάδα .i. niuem, h. e. hyemem, albam. Tribus autem apocopis hoc loco est vsus, σκέπα, γλάφυ, καὶ νίφα. καὶ τότε) Absoluta descriptione hyemis, addit iam veluti per hypotyposin, descriptionem vestium, quibus aduersus iniurias aëris munienda sint corpora tempore hyemis. Hyems autem non habet aliquas peculiares operas rusticas, quæ sunt magni momenti, sed tantum est intenta rei vestiariæ. Solet enim familia in hyeme nere, ducere fila & domum instruere, vt possint tempore veris vestire familias. ἕσσασθαι) pro ἐνδύθηναι .i. indue ab ἕω .i. induo. Inde med. infin. modi, σ est geminatum propter numeros. Sic enim vocant vestimenta, Gest ἕρυμα) pro φύλαγμα τοῦ σώματος .i. propugnaculum, defensionem, munimentum, siue tegumentum. χειμῶνι) Q. d. hyberno illo tempore, quando feræ fugientes secedunt ad loca densa, vide, vt sis tunc bene indutus. Sic enim

solent

solent dicere nostri rustici, ô Simonis & Iudæ, væ tibi nudæ. κελεύω) sicut tibi præcipio induere.

χλαῖναν) Sequitur iam enumeratio vestium. Oportet autem nos ista vtcunq; coniectura assequi. Nostris temporibus videmus maiorem esse leuitatem & curiositatem hominum in vestitu. Verum apparet apud Græcos, Romanos, & Iudæos fuisse simplicissimum genus vestium. Huc referenda est oratio D. Philippi Melanth. contra affectationem nouitatis in vestitu. Chlænam apparet fuisse sinuosam & laxam vestem, quæ indueretur á prodeuntibus in publicum. Domi enim solebant incedere tunicati, sed quando prodierunt in publicum, super induerunt tunicæ Chlænam sinuosiorem & laxiorem. Erasmus in prouerb. Aestate penulam deteris, dicit Chlænam fuisse summam vestem, quæ per tempore sit sumpta ad ventos, pluuiam, frigusq; depellendum. q. d. penulam. χιτὼν fuit vestis interior, χιμάτιον, exterior. τερμιόεντα) .i. talarem. h. e. longam, & ad extremitatem pedis vsq; protensam. τέρμα dicitur terminus seu finis, sed inter cætera significat etiam plantam pedis. Hinc τερμιόεις dicitur tunica, quæ tegit totum corpus, & pendet vsq; ad calcem pedis. Ipsi enim vsi sunt longioribus vestibus. Apparet autem illis temporibus nullum fuisse vsum caligarum. χιτὼν, Inde nostra Germanica est, Kutten. μεμιγμένα) .i. intertexe. Infinitiuus pro imperatiuo ponitur, á μιγνύω i. intermisceo, deduco fila, intertexo. Proprie dicit de filis. πολλὰ) .i. densum seu multum. Quia ille pannus non facile

transpirabilis est vel penetrabilis vento. κρόκα) Accusatiuus est pro κροκίδα. & significat subtegmen, ein eintrag. κρόκα dicitur illud filum, quod subtexitur. Sed ipse posuit hic Heteroclitum casum quintæ declinationis, pro κρόκλω quasi κρόξ sit eius nominatiuus. ϖαύρω) .i tenui, raro. q. d. non opus est, vt pannus sit densus. si modo multa fila intertexantur, ne ventus penetret. Poëta fecit mentionem Pallij mollis, Iam docet etiam, quomodo molle fiat, & inquit, In paucum stamen, multum tramæ & subtegminis intexas, & hoc modo molle conficies pallium. σήμονι) σῆμον dicitur illud longum exporrectum filum. vel ille longus & exporrectus ordo filorum, das spulgarn. πλὼ) .i illam vestem. ϖεριέσασθαι) Dixit induere pro indue, á ϖερὶ & ἕω. τρίξ) .i. pilus. ἀτρεμέωσι) .i. non tremant aut horreant in corpore. α est priuatiuum. μηδ') .i. pili. ὀρθαὶ) .i. recti. φρίσσωσιν) .i. horreant aut tremant. á φρίσσω .i. horreo. Inde φρίξ .i. horror. ἀειρόμενα) .i. sublati, eleuati, erecti .s. præ frigore. Participium est vocis passiuæ. σῶμα) .i. in corpore. q. d. nec pili stent erecti, & corpus tremat præ nimio frigore. Sententia huius loci est, Hoc pallium indue tempore hyberno, vt pili tibi maneant constanter & intrepidi, nec frigente capite, sicq; contracta, densataq; cute inhorrescant.

ἀμφὶ δὲ ϖόδσι) Iam addit de calceis. ϖέδιλα) .i. calceos, vel calciamenta. καλὰ ϖέδιλα sæpe est apud Homerum. δήσασθαι) .i. subliga, indue, vel compegeris, á δέομαι. ἄρμενα) .s. apta, competentia,

tentia, & accommodata hyemi, & tuo pedi. .ſ. ne ſtrigant, ab ἄρω. id eſt, apto. Inde venit harmonia. Quando autem calcei ſtrigunt, tunc pedes grauius etiam læduntur ſeu affliguntur præ frigore. Quando laxum eſt corium, tunc quoq; non bene muniuntur pedes. βόϑ) .i. ex boue. Eſt genitiuus materiæ, ſicut nos vtimur ablatiuo. ἴφι) Poëticus eſt geſtus. κταμένοιο) pro κταμένῳ .i. fortiter mactato ſeu interfecto, ἀ κτείνω, perfectum ἔκτακα ἔκταμαι ἐκτάμην ϑ ſine augmento κταμένῳ. Q. d qui fortiter mactatur ictu ſecuris. Sententia huius loci eſt, Sume corium bouis grandis & maturi. qui cedendus eſt ſecuri, non ſume corium vituli, quod eſt nimis rarum, nec ſatis munit pedes tempore hyemis. ϖυχάσας) .i. ſtipans, condenſans, muniens. ϖίλοις) .i. villis ſeu pilis proprie ex vellere conſtipatis, & conculcatis, conſtrictiſq; texturis, quas vulgus nunc πένϛακλα vocat, ſicut ϖίλα conſueuit τὰ ἀρτάξια appellare, Man ſol filtze in die Schue ſtecken.

πρωτογόνων) Addit adhuc vnum munimentum. Q. d. ex pellibus hœdorum primogenitorum conſuens pelles, confice veſtimenta in hyeme. Cur autem à primogenitis iubet accipi pelles? vt nimirum pelles ſint meliores atq; durabiliores, propter hircos, qui genuerunt ipſos, iuuenes & in ipſo flore ac feruore ætatis conſtitutos, Proles enim nata ex parentibus vegetis & iuuenibus, eſt robuſtior & generoſior, ſicut illa, quæ ex parentibus ſenectute confectis naſcitur, imbecilla eſt vt plurimum, ſed prudentior. ὥϛιον)

.ſ. quod

.ſ. quod eſt opportunum pro tempore anni. δέρματα) .i. pelles, corium, Ziegenfell/ ἀ δέρω. ἔλθοι) ab ἐλεύθω. συῤῥάπτω) .i. conſuo. νεύρῳ βοός) Hoc dicit propter firmitatem. Solent enim Scythæ etiã neruis conſuere lanas. νώτῳ) .i. ſuper tergum, in tergo, in humeris. Quando eſt molle corium, circum induunt pedibus, nunquam exuunt id. Illud corium ducatur circa pedes & quàm diu durat, retinent, Si vero non, abijciunt. ἀμφιβάλῃ) .i. circumponat circundet, arceat, ab ἀμφιβάλλω. ἀλεωὴ) .i. deuitationẽ effugium, depulſionem, ab ἀλέομαι vel ἀλεύομαι. Q. d. vt habeas munimentum aduerſus pluuiam. ὗετὸν) .i. pluuiæ, ab ὕω .i. pluo. κεφαλῇ) Hactenus dedit Poëta præcepta, 1. de pallio. 2. de tunica interiore. 3. de calciamentis. 4. de crudo quodam pelliceo, quod tempore pluuiarum, vel, quando ningit, ſuperijciebatur cæteris veſtibus. Iam ſequitur admonitio breuis de munimento capitis. ἔχθυν) .i. habere, pro, habeto, more Græco. κεφαλῇφι) .i. ſupra cranium, vel, in capite. Qui eſt ephelton, ſyllaba attracta nihil pertinens ad ſubſtantiam ſeu etymologiam vocis Ionica paragoge. πῖλον) .i. pileum, vel galerum. Fuit quiddam condenſatum ex lana & pilis, ſicut apud nos ſunt die filtz. ἄσκητον) .i paratus vel aptus. h. e. non nimis anguſtum, nec nimis laxum, ab ἀσκέω id eſt, apto, vel paro, vel laboro. καταδεύῃ) .i. humiſacias, ſeu, madefacias. οὔατα) .i. aures, ab οὖς οὔατον & οὖν οὔατον.

ψυχῇ) Enumerat iam Poëta cauſas pluuiæ. ἠῶϊ) .i. auro-

.i. aurora. h. e. tempus matutinum. ψυχῇ) Kůle. In noſtris regionibus totum diem licet alicubi ambulare in hyeme, ſicut ſolet dici, lieber ſtehe auff/ du magſt den gantzen tag in der kůle gehen / ſed apparet multo mitiores hyemes & auras eſſe in illis regionibus, & propemodum fuit, quaſi apud nos in principio veris. πνεόντ) ſpirante, irruente, cadente. ἠῶ) .i. matutinus, pro, mane. Denominatiuum ab ἠὼς .i. aurora. Adiectiua, quæ ſignificant tempus, pro aduerbijs ſæpe vſurpantur. Q. d. mane aër eſt paulo vehementior, quam reliquis partibus diei. βορέαο) pro βορέου. Iam deſcribit rurſum tempus hyemis, ſed mitius, ſcilicet, iam declinantis hyemis, quando pluit, & illæ pluuiæ ſementem excitant. Terra apud nos plane eſt ſepulta in hyeme, & dormit vel mortua eſt. Verum in illis regionibus iam etiam declinante hyeme habuerunt mitiores tempeſtates ſeu pluuias. ἠῶ) Obiter hic interſeruit quoddam prognoſticum, ſi mane in Ianuario videris cœlum eſſe turbidum, & ſolem veluti haurire aquam, illo die expectabis aut pluuiam aut ventos. Vide igitur, vt anteuertas. ἀστερόεντ) .i. aſtrigero, ſtellato.

ἀκὴς) Eſt deſcriptio pluuiæ hybernæ, ſed tamen declinante iam hyeme. In Italia enim ſtatim omnia ſunt mitiora, & habent hyemes, quales nos habemus autumnos. πυροφόρ) pro σιτοφόρ) ἠχὴ ἀγαθὸς. Q. d. Tempore matutino ſuper terram protenditur & ſpargitur de cœlo in aruis felicium & prudentum colonorum aër ferax frugum, & ſegetibus commodus.

modus. πυροφόρῳ autem ab alijs exponitur rubeus vel igneus. Sed melius est, si exponas, frumentifer, ferens triticum, fœcundans terram, ferens fertilitatem, pluuiosus & humectans, & irrorans herbam & eliciens germen seminis, aut sementis. Q. d. Tunc mane solent pluuiosæ auræ spirare, quibus pluuijs postea terra imbuitur, fœcundatur, & elicitur primum gramen segetum. τέταται) .i. extensus est, extenditur, spargitur, laxatur, à τείνω .i. extendo. τενῶ est futurum præteritum τέτακα, passiuum τέταμαι. ἔργοις) Q. d. ad fructificandam terram, super segetes, super terram cultam. μακάρεων) .i. diuitum, vel, hominum, qui diligenter coluerunt suos agros. Omnia ista sunt referenda ad fratrem Persam, qui negligens fuit in colendis agris.

ὅς τε) .s. qui aër. Hoc loco attingit Poëta duo meteora, pluuiam & ventum, de quorum generatione erudite loquitur. ἀχυσάμενος) .i. hausius seu hauriens ab ἀχύομαι .i. haurio. αἰὲν ναόντων) .i. perennibus. Ex aquis enim oriuntur flatus, sicut & Herodotus inquit, ἐκ ψυχρῶν φιλέει αὔρη γίνεσθαι. h.e. ex frigido solet aura fieri. ὑψόσε) .i. alte, sublime. ἀρθεὶς) .i. eleuatus, sublatus, ab ἄρω, id est, tollo. Θυέλλη) Q. d. ille aër humidus qui hausit ex terra, vel ex fluminibus vaporem. vel halitum humidum, & eleuauit illum halitum vsq; ad mediam regionem aëris, si autem ille halitus est copiosus, densus, amplus, tunc coalescit, concrescit, coit in pluuiam, & defluit postea. Sin autem est subtilis, tunc consumitur in isto

loco.

loco, & postea fit materia ventorum. Inde hoc est, quod dicunt Etesias spirare à solstitio æstiuo per 40. dies ferè. Causam illorum ventorum dicunt esse hanc, Quando niues septentrionales seu hybernæ incipiunt liquescere sub solstitiũ æstiuũ, tunc ille halitus eleuatur, & quia non est sufficiens, tunc resolutur in halitus & ventos, Vide de Etesijs lib. 2. Plin. cap. 47. ex Aristotele locum. ϖοτὶ) pro πρὸς. Dorice. ἄκσι) .s. flat, spirat .s. prout est ampla & copiosa materia illorum ventorum & halituum. Si sunt ampli, spissi, & densi, cient pluuias, si sunt tenues & rari, cient ventos. ἀνέμοιο) Aeolice, pro ἀνέμου. κλονέοντος) .i. mouente, agitante, glomerante, à κλονέω .i. glomero, colligo. Spirante enim Borea raræ sunt tempestates. Quia remouet & discutit nubes. Interpres sic exponit hunc locum, Nebula, quæ ex humidis vaporibus contracta, & in sublime eleuatur, aliâs in spiritum vertitur, extenuaturq; Nam si crassi fuerint vapores, condensantur, rursusq; per pluuiam deorsum funduntur. Si vero tenues, in flatum redacti dispergunt. Hunc igitur hybernum aërem, siue nebulam. h. e. Ianuarium mensem, iubet vitari in arando & seminando, tanquam pernitiosum & hybernum.

Θρηϊκίὸς .i. Thracensi .s. qui spirat ex Thracia regione, quæ Græcis sita est ad ortum septentrionalem, & leniter deflecta ad ortum. Ab illa ora senserunt ipsi Boream, sicut nos dicimus Polonicum ventum. ϖυκνὰ) .i. crassas, densas. τὸν) .i. ventum. φθάμενος) .i. præueniens seu anteuortens, à φθάνω & φθάω

φθάω φθῆμι. Infinitum β. ἔφθην ἐφθάμην ὁ φθάμενος. τελέσας) .i. conficiens, vel, cum perfeceris, à τελέω .i. perficio. νεέσθαι) à νέομαι .i. redeo. οἴκονδε) Est aduerbium ad locum. σκοτόεν) id est, atra, vel, tenebricosa. ἀμφικαλύψῃ) .i. circumdet, aut vndiq; tegat, vel, ne opprimat te aliqua tempestas. μυδαλέον) .i. madidum, humidum. χρῶτα) à χρῶς χρωτὸς, Alias habet χρόος. δεύομαι) .i. madefacio. θείῃ) .i. pluuia. δεύσῃ) .i. madefaciat, humectet. ὑπαλεύασθαι) .i. fuge, deuita, ab ὑπαλέω & ὑπαλεύω. μείς) pro, ὁ μὴν, mensis, Aeolice. χαλεπὸς) .i. malus, asper. πρόβατον .i. ouis, seu ouicula. ἀνθρώποις) Q. d. Non tantum est molestus ijs, qui non habent tecta pascua, sed etiam hominibus, etiamsi rebus abundent, quibus molestiam hyemis coërcere, & prohibere possunt.

τῆμος) Iam sequitur alius locus, qui eodem pertinet. Tradit enim præceptum de pabulo hyberno, Tunc (inquit) mense videlicet hyberno, consueti pabuli dimidiam partem bobus esse dandam, dimidiamq; detrahendam, quod noctes tum sunt longißimæ, ideoq; plurimum dormire solent boues, nec tantum laborant, quantum prius. Hominibus autem vult aliquanto plus de consueto priori cibo addendum, eò quod etiam ipsis noctibus longioribus excitati, sæpe laborant, & non ociantur, sicut boues, & quia hyemis tempore homines largiori cibo vtuntur, dum exteriori frigore coactis corporibus, calor ad interiora secedit, & cibos facile concoquit. Spacium quoq; noctis longius ad meliorem

liorem concoctionem magnum momentum adfert. Hactenus Interpres. τῆμῳ) .i. illo tempore. θ' ὥ-μισυ) pro τὸ ἥμισυ . o contrahitur in ω. Tunc præ-beas dimidium .s. pabulum. ἐπίῤῥοθοι) celeriter re-currentes, vel, approperantes. Quia tum natura ho-minis plus appetit, quam in æstate. ἐπίῤῥοθον .i. quod cito redit, das balde wider kompt, ab ἐπιῤῥόθιν, quod significat accurrere, Sicut nos vix ante horam octauam aut nonam habemus diem in hyeme, & post horam tertiam incipit rursus deficere lumen diurnum, & dies est vix horarum sex. ἀρμαλιῆς) .i. alimenti, quod membra concinnat, adeptatq;.

TEXTVS.

Ταῦτα φυλασσόμενος τετελεσμένον εἰς ἐνι-αυτὸν,
Ισᾶδε νύκτας τε καὶ ἤματα, εἰσόκεν αὖθις
Γῆ παύτων μήτηρ καρπὸν σύμμικτον ἐνείκῃ.
Εὖτ' ἂν ἐξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
Χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ὄματα, δὴ ῥά τότ' ἀστὴρ
Αρκτῦρος προλιπὼν ἱερὸν ῥόον ὠκεανοῖο,
Πρῶτον παμφαίνων, ἐπιτέλλεται ἀκρονυ-κτίος.
Τόνδε μετ' ὀρθρογόη παυδιονὶς ὦρτο χελιδών,
Ες φάος ἀνθρώποις, ἔαρος νέον ἱσαμένοιο.

Τῶν φθάμενος, οἶνας περιταμνέμεν, ὥς γὰρ ἄμεινον.
Αλλ' ὁπόταν φερέοικος ἀπ' ὀχθοὺς εἰς φυτὰ βαίνῃ,
Πληϊάδας φεύγων, τότε δὴ σκάφος ἐκίτι οἰνέων,
Αλλ' ἄρπας τε χαραστάμεναι, καὶ δμῶας ἐγείρειν,
Φεύγειν δὴ σκιερὸς θάμνος, καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον,
Ωρῃ ἐν ἀμητῷ, ὅτε τ' ἠέλιος χρόα κάρφῃ.
Τημέτος πεύθειν, καὶ οἰκαδε καρπὸν ἀγείρειν,
Ορθρος αὐισάμενος, ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴη.
Ως γὰρ τ' ἔργοιο τρίτῳ ἀπομείρεται αὖσαν.
Ως τοι προφέρει μὲν ὁδός, προφέρει δὴ καὶ ἔργα,
Ως, ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθους
Ανθρώπους, πολλοῖσι δ' ἅμα ζυγὰ βόσι τίθησιν.

VERSIO.

Hæc obſeruans abſolutum ad annum,
Supputa noctes & dies, donec rurſus
Terra omnium mater fruges varias ferat.
Cum ſexaginta poſt conuerſiones ſolis
Hybernos confecerit Iuppiter dies, tunc ſanè ſtella
Arcturus relinquens ſacrum fluuium Oceani,
Primum totus apparens exoritur veſpertinus.
Poſt hunc mane lugens Pandionida prodit hirundo

In lucem

In lucem hominibus, vere recens incipientes,
Hanc peruertens vites puta, sic enim melius .S. esset.
Sed quando testudo de terra per plantas incedit,
Pleiades fugiens, tunc vtiq; ligonem non amplius
Sed falces acue, & famulos excita. (vitium
Fugite vero vmbrosas tabernas, & sub auroram tectũ
In tempore messis, quando Sol corpus attenuat,
Tunc festina, & domum fruges comporta
Mane surgens, vt tibi victus sufficiens sit.
Aurora enim operis tertiam sortitur partem,
Aurora prodest viæ, & promouet opus.
Aurora, quæ apparens multos fecit ingredi viam
Homines, multis autem iuga bobus imponit.

VALLA.

Hæc seruanda tibi donec nox æqua diebus,
Atq; iterum satio committit semina terræ.
At dum sex decies Sol arduus occidit vndis
Hybernum post solstitium, sacrosq; relinquens
Oceani fluctus sublimi Arcturus olympo
Exoritur, primumq; cupit splendescere sydus,
Tunc vites incide: noni neq; nuncia veris
Antiquos iterans questus præcedat hirundo.
Dum tamen immensos effundit Pleias æstus,
Prosilienq; vmbrosa petit plantaria limax
Tellure è sicca, tunc vinea nulla ligonem
Sentiat, accelerentq; vncata falce ministri.
Maturam in segetem, nec te pulcherrima Tempe
Detineant segnem, matutiniq; sopores,
Eia age rumpe moras, pelle ocia segnia pelle,
Dum vocat alma Ceres, robustaq; collige farra,
Pone domi quantum toto tibi sufficit anno,
Mane operi assurgens, operis pars tertia mane

Conficitur, Labor haud grauis est, de mane viator
Longum linquit iter, tauroſq; exercet arator.

FRISIVS.

Hæc obſeruato, dum impletis menſibus anni
Aequa dies fuerit nocti, & dum denuo mater
Cunctorum tellus fructus ferat alma recentes.
Quum poſt ſolſtitium brumæ regnator olympi
Sexaginta dies confecerit, illico deinde
Oceani Arcturus ſacris releuans caput vndis
Exoritur, fulgens noctis venientibus vmbris.
Hunc poſt, lugubris rege ex Pandione nata
Ad ver primum oculis hominum ſe oſtendit hirundo,
Huius præueniens aduentum incidito vites.
Quum calida è terra reptat teſtudo per agros
Pleiades fugiens, tum tempus mittere vites,
Sed falces acue, atq; in meſſem mittito ſeruos.
Deſere mane torum, & valeat conſeſſus in vmbra
Temporibus meſſis, quum Phœbus corpus adurit.
Sed properans cura, vt fructus ſub tecta vehantur.
Surgito mane, tibi vt victus contingat abunde,
Conficitur facile pars terna mane laborum,
Aurora acceleratq; viam, acceleratq; laborem,
Multi iter incœptare ſolent illius ad ortum,
Bobus & injcitur tam multis pondus aratri,

DISPOSITIO.

ταῦτα) Abſoluta deſcriptione hyemis admonet Poëta illas regulas, quas hactenus tradiderit, pertinere ad omnes partes anni, dicitq; ita debere diſtribui, vt dimidia pars operis deſtinata ſit, altera dimidia

midia quieti. Quidam in Epigrammate dicit literas σ & ζ nos admonere nostræ vitæ,

Sex horæ tantum rebus tribuantur agendis,
Viuere post illas litera zῆta docet.

Quando enim aliquis, quod attinet ad grauiora negocia, de die sex horas serio & diligenter impendit grauibus studijs, sciat & cogitet se satisfeciſſe, reliquum tempus tribuat quieti, valetudini, sanitati, etiam ludis confabulationibus, deambulationibus, ita tamen, vt videat, ne illud tempus male collocetur. Sequitur nunc descriptio Veris, & operum, quæ in vere sunt facienda. Seruat autem Poëta & hîc suum morem, quod tempus veris describat ab ortu syderum. Est igitur primum signum veris, quod Arcturus post sexaginta dies, h. e. duos menses, Ianuarium videlicet & Februarium, post solstitium hybernum, oritur Chronico ortu. h. e. vesperi, sub initium noctis, quando Sol est ingressus Arietem. Oportet nos aliter incipere hyemem, videlicet, à Calendis Ianuarij, Tunc habemus duos menses vsq; ad initium Martij. Sic loquitur ipse de initio Veris. ARCTVRVS est notissima stella & lucida, nomen habens ab ἄρκτος .i. vrsa & οὐρά. h. e. cauda. Aratus dicit Arcturum custodire Arctον. Ouidius lib. 2. Meta. vero dicit esse collocatum custodem à Iunone, ne Callisto lauet se in mari. Poëtæ ista puerili imagine voluerunt significare istas stellas semper esse conspicuas, neo vnquam descendere sub Horizontem, sed semper agitari circa

vrsam, Vocatur etiam Arctophylax, quasi vrsæ f. maioris custos. φυλάκειαν enim Græco est idem, quod custodire & seruare. Item nominatur Boötes à βοώτης Græco, quod latine dicere possumus Bubulcum. Id enim cœleste sydus more bubulci plaustrum maius sequi videtur.

τόνδε μετ') Sequitur aliud signum venientis veris ab apparitione hirundinũ: quæ dicuntur tempore hyemis in nidis suis iacere commulutæ & complicatæ quasi mortuæ. Postea autem sub initium veris, quando est temperatior aër, reuiuiscunt & iterum apparent. Post illarum apparitionem deinde etiam quædam herbæ prodeunt mense Martio, quæ nomina habent ab hirundinibus, vt chelidonium minus, quod Virg. lib. 4. Georg. Amellum vocat (Schelkraut) & chelidonium maius. Diligenter autem est obseruandum, quod Poëta moneat tempore veris esse amputandas vites, nec esse expectandum, donec maior æstus aduenerit.

φεύγειν) Vide, quam diligenter Poëta adhortetur ad fugiendam societatem, præsertim tempore matutino, sicut solet addere suis descriptionibus parenetses. Tempus enim messis præcipue requirit operas matutinas. Ponit autem vtilitates, quæ sequuntur illos, qui mane surgunt ad perficiendos suos labores, vnde natæ sunt Gnomæ. Aurora amica Musis, Item, frũe auffstehen / vnd zeitlich freyen / sol niemand gerewen. Vide Annotationes D. Philippi super hunc locum.

EXPLI-

EXPLICATIO
TEXTVS.

ταῦτα) Est quasi conclusio descriptionis hyemis. Q. d. Hæc mea præcepta accurate & prudenter serua per totum annum, ab vna æstate vsq; ad alteram æqualiter, vt videlicet quantitatem dierum & noctium consideres, vt si dies quidem longi & laboriosi fuerint bobus, præbeas ipsis conuenientes & sufficiens pabulum. Si vero econtra noctes fuerint longæ & otiosæ, ministra parciorem victum, Maiorem autem hominibus, ob eas causas, quas iam recensui. φυλασσόμενος) .i. obseruans, vel custodiens in animo. τετελεσμένον) .i. perfectum, absolutum, integrum, exactum, q. d. donec annus est consummatus. Est passiuum præteritum. ἐνιαυτὸς) significat annum, quod redit in se, ab ἐν & αὐτὸς. ἰσάζων) h. e. æqualiter distribue, computa, æquato, dimetiare æqualiter per operas & quietem. Sic Proclus interpretatur istum locum in 24. horas, 12. horæ tribuantur operis diurnis. 12. vero quieti, somno, & curando operi, cui etiam iuxta regulam Diui Pauli suus est tribuendus honor. ἴσον .i. æquale. Hinc est natum pulcherrimum dictum, ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖ .i. æqualitas bellum haud parit. Quia quando æqualiter agitur inter homines, tunc non exoriuntur bella, rixæ, dissidia. Ab illo nomine fit verbum ἰσόω. Verba autem in οω plærunq; sunt denominatiua. h. e. deriuantur á nomi-

nibus. Inde est infinitiuus ἰσόω, per contractionem ἰσῶ, Est præsens infinit. vocis paßiuæ & ponitur pro imperatiuo, pro, æqua. h. e. æqualiter distribue noctes & dies .ſ. in tempora laboris & quietis. αὖθις) αὖτις communis dialectus & Ionica, ſiue εἰς τοὔπίσω, ſiue πάλιν ſignificat, τ ſcribit, Attica autem θ. γῆ) pro γαῖα. μικτὸς) .ſ. quod alat omnes frugibus. κάρπον σύμμικτον) .i. varias fruges, vel, mixtas, vel confuſas (mancherley) ἀ μιγνύω .i. miſceo. Non enim ſunt vnius generis. ᾠνείκῃ) ab ᾠνείκω. pro ᾠνέγκω .ſ. adfero. q. d. donec rurſus appetat tempus meßis. Sententia igitur totius huius loci est, ſerua illam regulam à meßis tempore vſq; ad reditum meßis, vt dimetiaris tempus nocturnum, & dimidia pars tribuatur laboribus, dimidia quieti. Deinde vna atque altera hora cibo, ſtudijs & curis grauioribus ſufficiunt horæ ſex, &c.

εὖτ' ἂν ἑξήκοντα) Sequitur nunc generalis deſcriptio veris & primum deſcribit incipientem, deinde poſteriorem partem veris, quæ propior est æſtati, ſicut ſupra deſcripſit hyemem, primum incipientem, deinde deſinentem. ἐκτελέσῃ) Aoriſt. ponitur pro futuro. h. e. confecerit, conſummauerit, abſoluerit, perfecerit. ἑξήκοντα) .i. poſtquam elapſi ſunt ſexaginta dies poſt Brumam. Autore Plinio hirundinum aduentus & Arcturi ortus veſpertinus ad ſeptuageſimum ferè diem poſt ſolſtitium Brumæ obſeruatur. h. e. octauo Calend. Martij. h. e. 22. Februarij. μετὰ τρόπας) .i. poſt conuerſiones Solis. h. e. poſt ſolſtitium

stitium brumale seu hybernum. τρόποι dicuntur solstitia à τρέπω .i. conuerto. Quia quando Sol venit ad illos circulos, tunc retrocedit. τρόπικ .i. solstitium. Inde circuli dicuntur Tropici in sphæra, qui indicant puncta solstitiorum. ἀρκτοῦρος) .s. qui & Boötes, vicinus virgini & libræ oritur ἀκρονύφου h. e. in principio noctis seu vespertinus, sole occupante Arietem. ἀκρονύφας principium vel finem noctis significat. Sunt enim eius duo extrema. Arcturus est stella, quæ sub zona Boötæ, oritur Chronice sole ingresso in Arietem, sub principium Veris. προλιπὼν) .i. relinquens, deserens. ῥόον) .i. fluuium, vel fluentum à ῥεῖν .s. fluere. q. d. relicto sacro flumine Oceani. Illa enim indefinita participia sunt nobis reddenda per ablatiuos consequentiæ. φαμφαίνων) .i. totus lucens seu apparens. ὠιτέλλεται) .i. oritur seu procedit ortu Achronico super Horizontem. Quia stellæ videntur emergere è mari, Ideo sic loquuntur Poëtæ. ἱερὸν) Sacrum fluuium vocant Poëtæ. Quia lustrabant se aqua marina. Quia ipsi credebant purgari corpora à piaculis, quando essent aspersa aut perlota aqua marina. Est etiam apud Ciceronem in oratione pro Roscio Amerino. ἀκρονύφου) Loquitur hic de ortu vespertino seu nocturno, quem vocant Achronycum & ab Hesiodo vocatur ἀκρονύφου, qui fit sub initium noctis, ab ἄκρον .i. extremum & νύφας .i. caligo. q. d. oritur iam occidente Sole. Nomen est factum ex aduerbio. Vsitatum enim est aduerbi temporis in nomina gestus mutare, sicut

etiam est apud Virgilium. Se matutinus agebat .i. lucet alta nocte. Significat ergo non crepusculum seu initium noctis, sed vnam horam vel sesqui horam post occasum Solis, vt illud quadraret ad præcisionem.

Sententia igitur huius loci est, Postquam sexaginta dies hyberni præterierint, post hybernam illam conuersionem, cum Arcturus ex Oceano emergens primum apparere incipit vesperi post occasum Solis, & paulo post sequitur etiam ver, & hirundo appareret. Ante veris autem aduentum & apparitionem hirundinis iubet amputari vites. Porrò hyberna conuersio Solis contingit, quando Sol Sagittarium percurrit, nimirum circa diem Decembris decimam, aut aliquanto citius, aut tardius. Hactenus Interpres. Alij sic declarant hunc locum, quod Hesiodus recte dicat Arcturum vesperi cum Virgine oriri, hoc est, acronyce Sole in piscibus descendente. Deinde exponunt, προλιπὼν, h. e. emergens ex horizonte, & apparens prima nocte.

τόνδε μετ᾽) .i. post vespertinum ortum Arcturi, intense canens, lugensq; hirundo apparet. Aliud ponitur signum venientis veris ab apparitione hirundinum. ὦρτο) pro ὄρνυτο .i. prodit, venit, mota est, excitata est, prorumpit, prouolauit. Tempus ponitur pro tempore ab ὄρνω, tertia plusquamperfecti passiui. πανδιονίης) .i. filiæ Pandionis regis Athenarum. Vide Ouid. 6. Meta. & Sophoclem. in Tereo. ὀρθρογόη) .i. mane lugens, seu querula, seu, quæ sub matutinum tempus luget seu canit. Hirundines enim mane

solent

solent sub tectis, canere, garrire, homines oblectare & excitare. ὄρθρον tempus matutinum significat. ὀρθρογίζω. i. mane surgo. γόος. i. luctus, lamentatio. Poëta studio quodam ornandæ orationis clamorem hirundinis, luctum appellat, respiciens ad fabulam de filiabus Pandionis, vnde & hirundinem, Pandionis vocat filiam, secundum fabulam. Est & altera filia Pandionis, post hirundinem nata, Philomela. ἔαρος) sunt genitiui absoluti. ἰσαμένοιο) pro ἰσαμένῳ. i. constituto, incipiente, præsente. Græci consueuerunt distribuere menses & partes annni in tres partes. Initium mensis vocabant ἰσαμένιον, Hesychius vero vocant ἀρχόμενον. Medium, μέσον. Finem vero φθίνοντος. i. definentis vel declinantis, & tribuebant cuilibet parti vnam decadã dierum. h. e. decem dies. Ita mensis habebat 30. dies. Ita distribuebant etiam partes anni, vt veris sunt tres partes. Prima est incipiens ver. Secunda medium ver. Tertia, declinans. Sic æstatis & cæterarum partium anni. τῷ) i. hirundinem. φθάμενος) & φθανόμενος. i. præuortens, seu præueniens a φθάνω. i. præuenio. οἴνας) οἴνη dicitur vitis apud antiquos, Apud recentiores ἄμπελος in vsu est. πρὶν ταμνέμεν) Infinitiuus pro imperatiuo. s. puta, amputa, præcide. Ionicum est, pro ταμνῆν. ταμνέμεναι, per apocopen ταμνέμεν, sicut apud nos hoc tempore anni solent amputare vites, ne, cum magnus æstus aduenerit, gemmæ in palmite turgeant, & tunc cum magno periculo vites amputentur. ἄμενον) Palmites iubet

arare,

arare, plantare, seminare, amputare, Ita nauigare, nubere & similia, promiscue.

ἀλλ' ὁπότ' ὠν) Transit iam Poëta ad describendas alias anni partes & earum operas. Describit autem hic tempus messis & addit illustrem & communem notam de testudinibus, quæ in locis apricis mane ab ijs, qui foras expatiantur, videntur in foliis arborum hærere, quærere rorem, & se ibi pascere matutino rore. φερέοικος) .i. testudo, siue cochlea, aut animalculum simile api apud Arcades frequens. Est autem egregia compositio q. d. domiporta, propterea quod domum secum portat. Poëtæ fabulantur de testudine, quod sola domi remanserit, cum reliqua animantia omnia suauissimis epulis Iouis accipiebantur. ἂν βαίνῃ) pro ἀναβαίνῃ .i. conscendat plantas. ἀν enim ponitur pro ἀνὰ, Sicut ϖὰρ pro ϖαρὰ. Idoneum est rusticis prognosticum, vel ἀνὰ φύτα βαίνῃ .i. per plantas incedit. Q. d. Quando æstus augetur, ità vt testudines quærant frigidiora loca, tum demetas fruges. φύτον .i. planta, á φύω .i. nascor. φύτα proprie dicuntur teneræ vel humiles arbores. Est venustissimus versiculus. Plantæ enim significant & præ se ferunt, quæ sint futuræ frugiferæ. Nam statim animaduertitur in teneris arboribus, an sint futuræ frugiferæ, iuxta vulgare dictum, Vrit mature, quod vult vrtica manere. ϖλειάδ' ὰς φεύγων) .s. fugiens Pleiades. h.e. Solem cum Pleiadibus tum orientem ortu Heliaco, quod fit in mense Maio, qui nomen habet ab vna Pleiadum. Q. d. fugiens magnum ardorem & ca-

lorem

lorem Solis. Describit occasum Solis ad Taurum. Ibi habent ipsi Græci plenum ver. Apud nos hodie erit circa Iudica, aut Palmarũ, quale ver nos habemus circum festum Pentecostes. Eo tempore habemus nos ἐσαμβινον ver .i. orientes iam cum Sole ortu matutino seu Cosmico, quando Sol accedit ad Taurum. Sententia huius loci est, Quando Pleiades mane oriuntur cum Sole, quas fugiens testudo repit ad plantas & virgulta, tum fossio & alia cultura vitium est intermittenda, ne forte propter nimium Solis æstum patefactæ per fossionem radices exiccentur & corrumpantur. σκάφῳ) .i. ligo, ein Barst/ à fodiendo nomen habet apud Pollucem. σκάπτειν enim fodere significat. Inde dicuntur ἐσκαμμένα septa munita fossa. Hinc σκάφῳ dicitur instrumentum, quo aguntur fossæ. Nos vocamus ligonem. οἰνέων) Q. d. amplius veteris ligonibus. ἄρπαις) .i. falces fœnisecas. ἅρπη fuit etiam species gladij Persici, sicut sunt nostræ falces fœnisecæ, Sensen. χαράσσαμεν) pro χαράσσειν .i. acuere. Est Ionicus infinitiuus pro imperatiuo. Q. d. tunc solent se parere ad demetendum fœnum, sicut nostri rustici solent se præparere circa festum Viti ad demetendum pabulum iumentis. χαρακτὴς .i. signum impressum, χαρασσόμεναι) pro χάρασσε. δμῶας) .i. ministros, famulos. Quia Græcis increuit messis Sole existente in Tauro. in quo sunt Pleiades. ἐγείρειν) id est, excitare. Q. d. Acue falces, & seruos excita, omniaq; præpara, quæ ad messem pertinent.

φεύγειν)

φεύγειν) .i. fugere, pro, fuge. Adhortatio est, vt fugiant homines tempore meßis vmbrosa loca. Tunc enim non est tempus, vt aliquis sedeat ad focum, sub vmbram, vel ad fornacem. θώκος) .i. locus. σκίος) .i vmbra. σκιερούς .i. vmbrosas. κοῖτον) .i. cubile, somnum, dormitationem. Q. d. Eo tempore vide, vt diligenter labores. ὥρη) .i. relinque consessum vmbrosum, & dormitorium. Aestatis vero tempore fugias somnum vsq; ad auroram protractum. Ante æstum autem surgens tempestiuius, facias messem in temperata aëris constitutione. κοῖτον) pro κοίτην posuit, atq; id ipsum pro somno, per tropum, μεταπλασμὸν dictum. ἀμητοῦ) s. tempore messis. ἀμητὸς & θερίτὸς, sunt tempora. ἄμητος autem & θερίτὸς, τὰ θεριζόμενα καὶ ἀροτριώμενα, ea, quæ colliguntur in messe, & quæ sunt arata. κάρφη) Attice talia per η scribuntur. Iones autem illa non exprimunt per subiunctiuos. ἐπ' ἠῶ) .i. sub auroram. Quia est tempestiuius surgendum. Q. d. ne famuli in lecto maneant, propterea quod illud tempus, scilicet matutinum, idoneum est demetendo fœno. καρφῇ) .i attenuat. Quia illo tempore, cum demetuntur messes, plærunq; solent esse magni æstus solis, & corpora attenuantur & affliguntur æstu. Ideo dicit, mane tunc esse surgendum, nec in lecto perseuerandum. Magna enim pars operis perficienda est mane.

τημοῦτος) Q. d. Tempore æstatis, quando Pleiades emerserint cum Sole, summo mane surgas, &

festina

festina quam maxime in demetenda segete & importanda, vt victum tibi compares sufficientem. τημῦτο) Est aduerbium. ἀγείρω) .i. cumulo, comporto, congrego. καιρὸν) .i. segetes solent demeti medio æstu, sed prata solent tonderi sub mediam noctem, im thaw ist gut abhawen. Tondent prata vsq; ad horam octauam, postea veniunt ancillæ & serui, & pandunt gramina & herbas colligunt in aceruos (machen das hew auff schöber) ἄχρι) .i. in totum annum. Nam qui illo tempore non colligit, per totum annum, egebit & esuriet. ἀνισάμενο) .i. surgens, ab ἀνίσαμαι .i. exurgo. Inde ἀνίσασις .i. resurrectio.

ἠὼς γὰρ) Iam admonet, vt non somno transigamus matutinum tempus, propterea quod corpora id temporis magis sint excitata ad labores subeundos. Sequentes igitur tres versiculi continent insignem locum communem, nempe, commendationem operarum. ἠὼς autem quatuor significat. 1. Diem solam. 2. spacium diei & noctis. 3. Mututinum tempus. 4. Id quod in vniuersum & simpliciter diem vocamus. Nunc autem matutinum tempus intelligit, & subiungit laudes illius diei partis, dicens matutinum tempus tertiam totius in die confecti operis partem absoluere. Hoc item commodissimum esse tam ijs, qui laborant, quam alijs, qui peregrinantur. Diluculum illud (inquit) multos viatores ad iter faciendum commouit, & multis agricolis iunxit boues ad iuga, vt nimirum progrederentur ad labores. ἀπομείρεται) ἀ μείρομαι .i. sortior,

.i. sortior, distribuo. Inde μοῖρα .i. pars. d. αἶσαν) .i. sortem, partem, portionem. Q. d. vendicat sibi quasi attributam partem, vel, quasi in distributione acquirit tertiam partem, Einer richtet frü in einer stunden wol so viel aus / als nach mittags in dreyen. αἶσα hic significat partem .s. laboris diurni.

πρηφέρει) .i. promouet viam, vel, prodest viæ, frü gehet einer wol von statten. Qui enim incedunt pedites, hoc experiuntur. Si mane surgunt, tum conficiunt dimidium itineris ante horam octauam vel nonam. Postea interquiescunt per tres horas. Tandem, quando remissior est factus æstus, iterum ingrediuntur iter vsq; ad noctem. Quia illud meridianum tempus non conuenit laboribus. ἔργον) Hoc testatur experientia etiam in studijs literarum. Auroram Musis esse amicam. φαινομένη) .i. apparent vel illuscent, particip. ἀορ. β. vocis passiuæ à φαίνομαι. ἐπέθηκε) .i. constituit, excitauit. κελεύθου) .i. ad viam, vel, ad iter faciendum, ab ὠθέω & ὠθέομαι & ingredior & ingredi facio significat. Q. d. aurora excitat viatores, vt ingrediantur iter. Nos possumus addere, Auroram imprimis esse idoneam studijs. h. e. tempore matutino ingenia discentium semper esse alacriora quam post meridiano propter intensum æstum. τίθησιν) .i. aurora boues instruit ad opus rusticum, ad ducenda plaustra, ad ferenda onera, ad arationem. ὑποτίθησιν) .i. imponit. Hæ sententiæ diligenter à studiosis literarum sunt obseruandæ, vt non tantum

tempore

tempore matutino, quod aptum est studijs, fungantur suo officio in discendo, sed etiam in primo flore ætatis animum ad literas discendas applicent. ζυγὰ) *pro* ζυγοὺς *positum, est metaplasmus.*

TEXTVS.

Ημος δὴ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τίτθιξ
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος, λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
Τῆμος πιότατάί τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος,
Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρόταται δὲ τε ἄνδρες
Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα σείριος ἄζει.
Αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος. ἀλλὰ τότ' ἤδη
Εἴη πετραίη τε σκιὴ, καὶ βίβλινος οἶνος,
Μάζα τ' ἀμολγαίη, γάλατ' αἰγῶν σβεννυμενάων:
Καὶ βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας, μήτω τετοκυίης,
Πρωτογόνων τ' ἐρίφων. ἅπὶ δ' αἴθοπα πινέμεν οἶνον,
Εν σκιῇ ἑζόμενον, κεκορυμμένον ἦτορ ἐδωδῇς.

Αντίον εὐκράεος ἀνέμου τρέψαντα πρόσωπον.
Κρήνης τ' ἀενάου καὶ ἀπορρύτου, ἥτ' ἀθόλωτος,
Τρὶς ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἵεμεν οἴνου.

VERSIO.

Quando vero ſcolymus floret & canora cicada
Arbori inſidens ſtridulum effundit cantum
Frequenter ſub alis, æſtatis defatigantis tempore,
Tunc pinguiſſimæ capræ .ſ. ſunt, & vinum optimum .ſ. eſt;
Salaciſſimæ vero mulieres, Maxime autem imbecilles viri
Sunt, quoniam caput & genua ſyrius ſtella exiccat
Verum aridum corpus præ æſtu, ſ. eſt, Sed tunc iam
Sit vmbra petroſa, & Biblinum vinum
Et maſſa ex lacte, & lac caprarum, quæ iam incipiunt extingui,
Et vitulæ, quæ paſcitur in ſyluis, caro nondum enixæ,
Et nuper natorum hædorum. Ad hæc nigrum bibito vinum
In vmbra ſedens ſatur cibo ventrem
E regione temperati venti vertens faciem,
Et è regione fontis perennis & procul fluentis, qui ſine limo eſt,
Tertiam aquæ partem infunde, Quartam autem .ſ. partem vini miſce.

VALLA.

Præterea ſua dum ſcolymus florentia mittit
Germina, & in ramis dulces reſonare cicadæ
Sole ſub ardenti incipiunt trepidantibus alis,

Fit ca-

Fit capra tunc mollis, tunc sunt dulcissima vina,
Fœminaq; vrenti Veneri prurigine torpus
Appetit insanos coitus, lassantur ab æstu
Membra virûm, tantumq; potest vis ignea solis,
Tunc licet ardores gelida releuare sub vmbra
Fontis ad apricos latices, semperq; fluentis
Murmur aquæ, faciles quam circum leniter auræ
Aspirant, Zephyris plærunq; agitantibus illas.
Hic hilares lœtus cyathos & pocula sume
Biblina, ter infusa magis quæ temperet vnda.
Hic tibi ab vberibus caprarum caseus adstet,
Quæ nullos pascant fœtus, hic lactea liba,
Hic tibi syluestris ponatur caro iuuencæ,
Quæ nondum enixa est: hic mollior hœdulus adsit,
Et iaceas saturus patula sub tegminis vmbra.

FRISIVS.

Carduus in pratis quum floret, & ore cicada
Arboribus latitans dat acutum stridula cantum
Crebro alas quatitans, operosæ æstatis in horâ,
Tunc capræ pingues, tunc & mollissima vina,
Fœmina tunc coitus auidissima, languidus est vir,
Nam capiti, & genibus vires Canis æstifer aufert,
Corpus & exuccum iacet æstu: at saxea tum te
Vmbra habeat, tumq; adsint Biblina vina, placenta
Lactea, lacq; capræ, quæ non alit vbere fœtum,
Nec teneri vituli nondum enixi caro desit,
Hœdorumq; recens natorum: nigra sub vmbris
Vina sedens misce, recrea cor dulcibus escis,
Spirantem leuiter faciem conuersus ad Eurum,
Et fontem aspiciens sine limo, & sine fluentem,
Sed ter aquam funde, & quarta vinum vice misce.

DISPOSITIO.

ἦμος δὲ) Hoc loco dicit poëta de ἀκμῇ æstatis sumpta descriptione à solstitio vsq; ad tempus terendarum frugum, quod fuit apud Græcos ante autumnum circa finem æstatis. Obseruanda est autem in Poëta magna diligentia, quod per flores describat temporum discrimina, & ponat primum maximi æstus prognosticum, Deinde quid faciendum sit.

EXPLICATIO
TEXTVS.

ἦμος δὲ) Est descriptio solstitij à quibusdam signis. Primum est sumptum à scolymo, qui non est vulgaris ille, & incultus carduus, purpureum habens florem, sed satiuus ille, quem veteres rei rusticæ scriptores simpliciter carduum vocant, Germanis hodie, Italis, & Gallis Arteochus dicitur, Strobel dorn/ oder / welsche distel. Pulcher est Carduus, cuius fructu siue capite in cibis vescimur, adeoq; apparatibus in iuribus, aut ex oleo, aceto, & sale adhibetur. Sunt mille differentiæ spinarum, vt difficilis sit enumeratio earum.

1. Scolymus dicitur carduus, qui nascitur & prodit sub ipsum solstitium, & non multo ante. Ad hunc locum consule Plinium lib. 22. cap. 16. Cælium lib. 9. cap. 3. & lib. 8. cap. 4. De Scolymo vide Plinium

nium lib. 20. cap. 23. Item lib. 22. cap. 22. quo loco sic scribit, Venerem stimulare in vino, Hesiodo & Alcæo testibus, qui florente eo cicadas acerrimi cantus esse & mulieres libidinis auidissimas, viroſq; pigerrimos in Venerem scripsere. Nam calor resoluit totum corpus.

2. Paliurus duplex, altera procerior & arborescens Aphricæ familiaris, & humilior altera, quæ spinis & agrorum pestibus adnumeratur, klein stachel Wicken.

3. Dipsacum velut sitibundam Græci à contrario appellarunt. Perpetuo enim humorem in folijs continet, Latini labrum Veneris & Carduum Veneris nominant, à foliorum nimirum habitu, quæ anfractuosa sinuum anbage, peluis ferè speciem constituunt, ac plærunq; humorem intra se continent Dicitur Carduus fullorum. karten/ weberkarten.

4. Chamæleon à varietate foliorum nomen est sortitus, siquidem colorem cum terra mutat. Hîc enim niger, illic viridis, alibi cæruleus, alibi croceus, atq; alijs coloribus inuenitur, humi, in qua nascitur, semper exprimens colorem, non aliter atq; animal Chamæleo reddit quemcunq; proximo colorem attigerit, præter candidum & nigrum. Duo autem eius sunt genera, albus & niger. Chamæleon niger est, qui vulgo dicitur, schwartz Eberwurtz. Chamæleon vero albus Germanis dicitur, welsch weis distel & klein Eberwurtz. Habet in pleuritride magnam commo-

ditatem, & propterea eleganter describitur à Nicandro, qui ponit inter remedia venenorum.

5. Acanthium, quasi parua spina, estq; sine omni dubio, eruditißimorum testimonio, spinæ illa species, quæ hodie Carduus Benedictus appellatur, ob singularem nimirum eius facultatem, aduersus pestilentes, putresq; alios affectus, contra serpentum & scorpionum morsus, capitis dolores vehementißimos, vertiginem, idq; genus morbos alios, Germanice, Cardobenedict / Bornwurtz / Gesegneter distel & Spinnendistel / quod telis aranearum capita ipsius simili septa sunt lanugine.

ἀνθεῖ) .i. floret, ab ἀνθέω .i. floreo. ἠχέτα) pro ἐχέτης .i. sonora, stridula, resonans. Est Poëticum vocabulum, apud ipsos est masculinum, nobis est fœmininum, ab ἠχέω .i. resono. Inde ἠχη .i. resonantia, reflexio vocis, ein wiederschall. δένδρον) .i. arbor, ramus. ἐφεζόμενος) .i. sedens in arbore, seu arbori insidens, ab ἐφέζομαι .i. sedeo. καταχεύω) .i. effundo. Q. d. quando acerrime canunt cicadæ. λιγυρὴν) .i. canoram, acutam, claram, sonoram, suauem, à λιγὺς .i. vocalis, asper, seu qui habet canoram, sonantem, & asperam vocem. Est epitheton præconum seu proclamatorum apud Homerum. Inde λιγυρὸς .i. asper. q. d. quando sonora cicada supra arborem sedens, effuderit vocem acutam, ex crebra vibratione pelliculæ sub alis (sic enim edit strepitum cicada) vexans se ipsam, wenn sie helle schreyet. πυκνὸν) .i. crebro, frequenter. Est hypotyposis.

typosis. ὑπὸ πτερύγων) .i. sub alis. Q. d. saltando, vel, subsiliendo. ἡ πτέρυξ τῆς πτέρυγος .i. ala, plausus, sed πτερὸς ὀξυτόνως dicitur extremitas alarum. Q. d. quando canunt cicadæ, tunc simul subsaltant, & vibrant alas, & sub alis emittunt illam vocem, Es klopffet die flügel am leibe/ pulsant lateri alis & simul subsaltant, subuolant nonnihil supra terram & sic edunt illam vocem. Sicut enim fit in organis & tibijs, sic sunt alæ cicadarum velut instrumentum, quo perficiunt illum cantum seu illam vocem. Quomodo enim aliâs tanta vox posset edi in exili animalculo, in tam exiguo corpore. ὥρῃ) .i. hora, seu tempore. δέρεος) Contractum neutrum pro δερέος. καματώδεος) Non est καυματώδεος δέρεος .i. calidissimæ æstatis, sicut solet esse post solstitium, sed καματώδεος pro κοπιερός, καὶ πολύπονος .i. defatigantis seu delassantis corpora, seu laboriosæ. Quia rustici coguntur laborare & quærere in æstate, vt habeant in promptu, vnde viuere possint per hyemem. Inde Virgilius recte dixit hyemem esse colono ignauam.

τῆμος) Virg. 1. Georg. Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina. h e. dulcissima. πιότατος) .i. pinguissimæ, Quia desierunt lactare hœdos, & pastum vberiorem & solidiorem habuerunt, sind feist vnd gut vmb dieselbige zeit. Quia habuerunt vberrimum pabulum, & sunt iam saginatæ à vere. οἶνος ἄφθιτος) .i. vinum quoq; tum est optimum & probatissimum, quod non amplius corrumpetur,

nec areſcet, poſtquam toto autumno, hyeme, ac vere duraverit, ſuaſq; ebullitiones & concoctiones habuerit, etiam æſtatem attigerit, nec dum ſit mutatum. ἄϛις) Vina probantur, quæ illo tempore anni habent optimum ſaporem, id quod norunt homines in illis regionibus, vbi naſcuntur generoſa & nobilia vina, quæ quaſi in poculis ardere & flammas emittere videntur. μαχλόταται γυναῖκες) .i. Mulieres illo tempore ſunt ſalaciſſimæ, petulantiſſimæ, laſciuiſſimæ, & cupidiſſimæ Veneris. Cum enim natura ſint humidiores, & frigidiores viris, tunc temporis propter calorem Solis temperantur, exiccata nimirum ſuperflua ipſarum humiditate, eoq; modo fiunt auidiores ad coitum & temperatiores, à μάχλος .i. adulter, & μαχλὰς, άδος .i. meretrix, intemperans. Quia corpora frigidiora, vt ſunt mulierum, & humidiora, tempore æſtiuo inflammantur & incaleſcunt. ἀφαυρότατοι) .i maxime imbecilles, infirmiſſimi. Quia corpora virorum tunc temporis exhauriuntur partim labore, partim æſtu. Externus enim calor aperit poros, in apertis poris effluit interior calor. Quo effuſo neceſſe eſt debilitari corpora, ſicut econtra fit in corporibus humidioribus, quæ à calore æſtiuo accenduntur, ab ἄφαυρος .i. languidus, imbecillis. ἄνδρες εἰσὶν) .i. viri æſtate ſunt debiliores. Sunt enim natura ſiccriores fœminis, ideoq; quo magis exiccantur, eò magis debilitantur. In hyeme autem conſortia mulierum magis appetunt, quando ſiccior ipſorum natura ab hyberna humiditate temperatur.

Tempore

Tempore autem verno viri æqualem habent constitutionem ad Venerem. Æqualem constitutionem ita intellige, vt mulier tamen maiorem viri appetentiam retineat.

σείριος) .*ſ. ortu matutino, ſole ſcilicet tenente lenonem. Addit Poëta rationem, quare ſub exortum ſtellæ Sirij viri ſunt debiliſſimi. Quia Sirius ſtella affligit, vrit, torrefacit, torret caput & genua. Illa enim duo membra præcipue ſentiunt languorem & debilitatem. Quando autem aliquis vult experiri, num recte valeat, aſcendat ipſe per aliquot gradus. Si non ſentit languefieri genua, promittat ſibi valetudinem. Quando vero genua deficiunt vel languent aſcenſu montium vel ſcalarum, tum id ſignum eſt corpus eſſe languidum vel debilius, vel aliquando morbum imminere, quo corpus corripiatur.* ἄζει) .*i. torrefacit, exiccat. Vnde corpora vſta caloribus facile incidunt in morbos ſub Auguſtum. Quia habent acutos humores. Ideo oriuntur febres, diſſenteriæ. Ideo adhibenda eſt quædam temperantia & vtendum eſt cibis ſuauibus & humidioribus, vino non aſpero, ſed mitiori & tenuiori.* γόνατα) *Quando corpora ſunt debilia, tunc in genubus ſentitur illa imbecillitas, quoniam corpora geſtantur pedibus, & muſculi afficiuntur. Magna igitur eſt ſenſibilitas iſtarum partium.* ἀναλέος) .*i. ſiccum, aridum, torridum.* ὑπὸ καύματος) .*i. præ æſtu,* ἀ καίω *i. vro. Inde* καῦμα *dicitur magna incenſio aëris & febris cauſonica. h. e.*

 vehemen-

vehementer inflammans vel vrens. Incensio acutos & cholericos humores efficit.

ἀλλὰ τότ' ἤδη) *Iam sequitur locus de victu & cultu corporis in media æstate. Illo tempore (inquit) est consulendum valetudini, & corpus recreandum. Quia enim corpora per se sunt languidiora, si grauantur immodico labore tempore æstiuo, necesse est ea succumbere. Ergo cura quædam est adhibenda, ne corpora nimium fatigentur, debilitentur & exhaurian-tur.* πετρήεσσα σκιὴ) *pro* πετραώδης σκιὰ. *h. e. vmbra antrorum, petrosa, sub rupe, sub specu alicuius petræ vel montis, propterea quod illa loca sint opaca & frigidiora.* εἴη) *i. tunc sit tibi, vmbra sub petra vel rupe, vel in saxo aliquo. Q. d. non multum verseris sub dio, sed sis sub tecto, quod salubre est. In vmbra versari nocet corporibus, sicut Virgilius ait, solet esse grauis cantantibus vmbra, sed habitare sub tecto prodest. Nec existimandum est amœnitatem habitationum inuentam esse voluptatis, sed potius necessitatis causa. Apud Cornelium Celsum est disputatio de vmbris, & dicit ex omnibus vmbris saluberrimam esse, quam efficiunt promimentia saxa, seu antra montium, post illam, arborum vmbram esse gratissimam, & saluberrimam. Postremo vmbram ædificiorum. Describit etiam vmbram certarum arborum, & quarum vmbra sit salutaris. Videtur autem Hesiodus hoc loco sibi contraria scribere. Nam supra dixit, fugienda est vmbrosa conuenticula, Nunc autem monet, sedendum esse in vmbrosis antris. Sed non sunt hæc contraria,*

siue,

siue, vt vocant, pugnantia, imò potius concordant. Quod enim superius dixit, primo diluculo surgendum esse ad operas, sub frigidiorem nimirum diei partem, hoc rursus confirmans inquit, Ante feruentem diei partem surgens, tradas te laboribus agriculturæ. Quando vero constitutio diei feruidior aduenerit, tum ingredere vmbrosa & petrosa spelæa, vinoq; biblino indulge. πετραίη τε σκιῇ) *Illa syllaba τε complet dactylum. Est enim illud τε anceps syllaba, & hoc loco non producitur, sicut & apud Homerum, Iliad. φ.* οὐδὲ σκάμανδρος ἔλιγε τὸ ὂν μέρος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον.

Βίβλινον οἶνον) *.i. Biblinum vinum. h. e. Thracense. Apud Athenæum lib. 1. est descriptio Biblini vini, qui dicit fuisse dulce. h. e. aliquanto mitius, & non valde plenum, sicut ferè sunt apud nos, quæ crescunt apud Neccarum. Apud Homerum est vinum* πεπάμενον. Βίβλινος οἶνος *autem nomen habet ab Biblia regione Thraciæ, quæ abundauit semper optimo vino. es ist ein guter milder Wein gewesen. Dioscorides vocat hunc vinum* ὀλιγοφόρον οἶνον, *quod Galenus exponit modicum aquæ recipiens. h. e. quod non opus habet multa dilutione. Nostrum vinum Ienense est tenue, sed asperum & acutum. Quia apud nos vina sunt magis terrestria & non satis percocta à Sole. Biblia vero non tantum est oppidum, sed certi tractus nomen in Thracia, qui protulit nobile vinum, & apparet non ita plenum fuisse, vt cætera vina Thraciæ, fuit tenue & dulce vinum, gratum palato,*

& quod

& quod in illo æstu idoneum esset ad restinguendam sitim, nec affligat, aut inflammet corpora, nec grauet cerebrum, sicut laudantur Neccariana vina, Es ist ein bequemer Wein gewesen / *tempore æstatis,* hat nicht inflammirt / man hat können frölich darbey sein. *A Siculis pollium vinum est appellatum. Suidas sic inquit,* Βίελινον οἶνον, αὐστηρόν, ἀπὸ Βιελίνης οὕτω καλουμένης Θρακίας ἄπελον. *Vide Homerum lib. 9. Iliad. Interpres existimat Biblinum vinum significare vinum ex Biblia vite Thraciæ collectum, aut, ipsius iudicio, tenue & aquosum, æquale est populorum in Assyria iuxta Biblum & Libanum degentium, qui sunt ὑδροπόται. Hoc enim videtur significare, cum infra subiungit tres aquæ partes sumendas esse ad vnam vini, quæ sit quarta pars, vt vinum fiat dilutum & aquosum.*

Sequitur catalogus variorum vinorum.

1. VINVM melitites (οἶνον μελιτίτης) *ex austero musto cum melle decocto paratur* (Weinmedt) *Dioscor. lib. 5. cap. 7. Datur in diutinis febribus melitite vinum his, qui infirmo stomacho sunt. Aluum enim leniter mollit, vrinam cit, stomachum purgat. Confert articulorum & renum cum vrinæ malo aliquo doloribus, quod Nephritim vocant. Confert his qui infirmo capite sunt.*

2. *Vinum Scillite* (οἶνον σκιλλιτικὸν) *Dioscor. lib. 4. cap. 18.*

3. *Vinum*

3. Vinum Cydonite (οἶνος κυδωνίτης) h. e. ex Cotoneis malis confectum. Habet hoc vinum spissandi vim, stomacho, intestinorumq; torminibus accommodatum est, iecinorosis itidem rerum cum vrinæ malo aliquo doloribus, & vrinæ angustijs. Dioscor. lib. 5. cap. 20.

4. Vinum ex piris (οἶνος ἀπιτὴς) Dioscor. lib. 5. cap. 23. Bieren most.

5. Vinum ex labrusca (οἶνος οἰνάνθινος) facit ad stomachi infirmitatem, á cibis appetitus auersionem, cœliacos & intestinorum tormina. Dioscor. lib. 5. cap. 24.

6. Vinum ex punicis (οἶνος ῥοΐτης) confectum facit ad interiores destillationes & fluidas febres, stomacho præterea accommodatum est, aluum astringit, & vrinam ducit. Diosc. lib. 5. cap. 25.

7. Vinum rosaceum (οἶνος ῥοδίτης) bibitur vtiliter contra stomachi dolores, vbi febris absit lubricam aluum, & intestinorum tormina. Diosc. lib. 5. cap. 26.

8. Vinum ex myrti baccis (οἶνος μυρτίτης) vehementer adstringit, stomacho accommodatum est, vtile contra in stomachum & aluum destillationes. Quinetiam intrinsecis exulcerationibus, & fœmiarum fluxionibus vtiliter sumitur, & capitis capillum denigrat. Diosc. lib. 5. cap. 27.

9. Vinum myrteum (οἶνος μυρσινίτης) facit ad manantiam capitis vlcera, furfures, pustularum eruptiones, gingiuas, tonsillas, & purulentas aures.

Sudores

Sudores præter hæc etiam compescit. Dioscor. *lib. 5. cap. 28.*

10. *Vinum lentiscinum* (οἶνος χίνινος) Dioscor. *lib. 5. cap. 29.*

11. *Vinum palmeum* (οἶνος φοινικίτης) *non continentibus in stomacho cibum, cœliacis, & cruenta expuentibus vtiliter bibitur.* Dioscor. *lib. 5. cap 30.*

12. *Vinum ex caricis confectum* (οἶνος καρυκίτης) *inflat & stomacho nocet, cibi appetentiam auertit, bonam tamen facit aluum, & vrinam cit, menses trahit, lac auget, minuit sanguinis bonitatem & zyti modo elephantiasim facit.* Dioscor. *lib. 5. cap. 31.*

13. *Vinum resinatum* (οἶνος ῥητινίτης) *varium destillationibus & tussientibus prodest, cœliacis itidem, intestinorum torminibus, cutem subeuntibus aquis, & fœmiarum fluxionibus.* Dioscor. *lib. 5. cap. 32.*

14. *Vinum ex nucibus pineis confectum* (οἶνος στροβιλίτης) *tabidis opitulatur.* Dioscor. *lib. 5. cap. 33.*

15. *Vinum picatum* (οἶνος πισσίτης) *calefacit, concoctiones adiuuat, exterit, repurgatq; vtile pectoris, alui, iecoris, lienis, & muliebrium locorum doloribus.* Dioscor. *lib. 5. cap. 35.*

16. *Vinum Absynthite* (οἶνος ἀψινθίτης) *stomacho accommodatum est, vrinam cit, Aegre concoquentibus vtile est, iecinoroſis, itidem, renum cum vrinæ malo aliquo doloribus, cibum auersantibus stomachis,*

machis, Stomacho male affectis, suppressis mensibus. Dioſc. lib. 5. cap. 36.

17. Vinum hyſopite (οἶνος ὑσσωπίτης) facit ad pectoris, lateris, & pulmonis vitia, veterem tuſſim, & ſuſpiria, vrinam præterea cit, Tormínibus accommodatum eſt, menſes etiam ducit. Dioſc. lib. 5. cap. 37.

18. Vinum Aromatice (οἶνος ἀρωματίτης) facit ad pectoris dolores, lateris, pulmoniſq; angustias vrinæ, ſomnum conciliat, ſomnoq; dolorem leuat, veſciæ præterea & renibus vtile. Dioſc. lib. 5. cap. 39.

19. οἰνόμελι, ex auſtero vino cum melle decocto fit mulſum, Medt aus Moſt.

20. Aqua mulſa (μελίκρατον) aqua pluuia eſt vel fontana melle permixta, quæ cum vel inſolata vel decocta reponitur, ὑδρόμελι vocatur, Medt.

21. οἶνος, vinum natiuum, Wein.

22. οἶνος λευκός, album vinum, blancker Wein.

23. οἶνος μέλας, cui ſaturata rubedo, vel ad nigredinem etiam vergens, roter Wein.

24. οἶνος ἐρυθρός, vinum giluum, gelblichter Wein.

25. οἶνος ἐρυθρός, rubrum vinum, liechtroter Wein.

Vide de varijs generibus vinorum Hermolaum Barbarum in lib. 5. Corollarij.

μάζα) .i. massa, offa lactea, libum lacteum intelligit ex recenti lacte. Bohemi vocant μάζαν placentam & panem. Nostri vero homines, vt existimo, vocant einen Zieger. Heluetij nominant, einen guten zungen keß. Pollux memorat inter lauticias mensæ. Athenæus dicit esse panem offa madefactum, seu libum, seu placentam. Interpres interpretatur μάζαν, pro ἁπαλὸν, πρὰ τὸ μὴ ἄζα τις εἶναι, tenue ac molle bibum, quod fuligine situq; careat. Non autem, sicut aliqui volunt, τὸ παξαμάτιον, panis bis coctus. μάζατ' ἀμολγαίη, recens & tenuis, atq; delicatus panis πρὰ τὸ μαζῶ, τὸ τρυφῶ, delicior, aut πρὰ τὸ μάσσω, τὸ μαλάσσω, mollio. ἄρτος autem est panis magnus, καὶ ἄρτιος, sufficiens. Etiamsi quidam subtiliores Grammatici μάζαν velint potius aridum & durum, eumq; paruum, panem appellari. μάζατ' ἀμολγαίη, ἄρτος γεννάιος ἀμολγεῖ καὶ ποιμένι ἁρμόδιος. h. e. panis selectus mulgenti & pastori competens, aut ex lacte admixto confectus. ἀμολγαίη) .i. lactea ab ἀμέλγειν .i. mulgere. Inde ἀμολγὴς .i. mulctra, eine melckgelte. Item ἀμολγὸς dicitur tempus mulgendi & pro vespera ponitur. Quia tunc mulgentur pecora. Inuenitur & pro noctis medio apud Homerum.

σβεννυμενάων) pro σβεννυμένων Aeolica dialecto, id est extinctarum, cessantium à lactando, aut non lactantium amplius, aut quæ iam incipiunt extingui, scilicet, nisi mulgeantur. Q. d. arescunt vbera, nisi sæpius mulgeantur capræ. Quo sæpius autem mul-

tem mulgentur, eò vberius lac reddunt, Iuxta Virgilium 3. Georg.

Denſior hinc ſoboles, hinc largi copia lactis
Quàm magis exhauſto ſpumauerit vbere mulctra
Lœta magis preſſis manabunt flumina mammis.

Loquitur Heſiodus hoc loco de veteri lacte caprarum. Lac enim recens à partu (junge milch) neq; in mulieribus, neq; in animalibus commendatur. Quia illud valde cognatum eſt ſanguini. Deinde eſt adhuc aquoſum & nondum habet proprie ſubſtantiam lactis. Tertio eſt minus etiam aptum nutritioni. Quia corpora à partu ſunt debiliora & venæ ſunt adhuc laxiores. Ideo lac recens non laudatur nec in alendis pueris, nec in alijs animalibus. Capræ autem non diu poſſunt præbere lac. Sunt enim earum corpora ſicciora, lac ſtatim in eis exiccatur, Ideo de illo lacte loquitur, quod eſt ſeneſcens (die ſich nu erholet haben) Illud enim commendatur. Quia id bene alit, & non grauat, neq; ſtatim corrumpitur. Apparet ſatis magnum vſum fuiſſe lactis caprarum in cibo, & in curandis morbis. A laboribus partus corpora ſemper ſunt debiliora, vnde à principibus & nobilibus non facile conducuntur illæ nutrices, quibus lac adhuc eſt recens, aut quæ habent nimis vetus lac, quod etiam commendatur. Quia non facile concoquitur. σβεννυμένων à σβεννύω. i. extinguo. Q. d. capræ, quæ iam incipiunt deficere lacte, habent pingue lac, & magis aptum nutritioni, & non eſt ita aquoſum. Lac

igitur caprinum optime nutrit corpora, nec tam cito conuertitur in choleram, vt lac bouinum. Valde salubre est corporibus, quæ laborant phthisi. γάλα) .i. lac vetus, á partu non recens. Nam lac recens á partu habet multas superfluitates, facileq; corrumpitur illud lac, propterea quod nondum acquisiuit suam propriam substantiam, & quia corpora caprarum sunt sicciora, non diu lactantur.

βόϑ) .i. vitulæ seu vaccæ, seu bouis. ὑλοφάγοιο) .i. depascentis syluam, seu ramos arborum iam rodere potentis, seu quæ pascitur in sylua, seu qui bos nondum fuit arator, sed libere vagatur inter armenta in syluis. Sicut autem lac eorum animalium, quæ pascuntur frondibus, maxime laudatur, ita etiam caro magis commendatur. μήποτε τοκάϑος) .i. nondum enixæ. Q. d. iuuenculæ vaccæ, quæ nondum peperit, alt Kůefleisch iſt nicht gut. Caro autem vitularum & hœdorum facile concoquitur & bene nutrit. Præbet enim bonum nutrimentum. τέκω τέτυκα τεϑτοκυῖα. Enixæ bouis carnem non commendat Poëta, jung Kalbfleisch iſt gut. πρωτογόνων .i. nuper natorum, die noch nicht alt ſind. In æstate vtendum est istis cibis, qui facile possunt concoqui. Itaq; & huius hic facit mentionem Poëta. ὤν) .i. insuper, ad hæc. πινέμεν) pro πίνειν .i. bibere. Ionicus infinitiuus pro imperatiuo. αἴθοπα οἶνον) .i. rubrum, seu nigrum vinum. Talia sunt Græca & Italica vina. Alterum vinum apud nos vocatur Sirrum (Genesuß) quod nascitur ad spiram. Alterum vero appellatur

latur αἴθωψ, quod non simpliciter significat nigrum, sed fuscum ferrugineum ab αἴθω verbo, quod est aduro & inflammo. Hinc dicitur θερμαύτικον. Quia adurat faciem. Inde Aethiopes dicuntur, quod sint fusci. Gellius testatur αἴθοπα vini epitheton esse apud Homerum, quasi feruidum, nomen habens à calliditate naturali, non á colore. Rubra vina æstate magis laudantur, quod pinguiora sint, & corpora magis alant. Cætera tenuiora sunt, & facilius penetrant.

κεκορημένον) .i. postquam satiatus fueris cibo, á κορέω καὶ κορεννύω καὶ κορέννυμι .i. saturo. Inde præteritum plusquamperfectum medium. ἦτορ) .i. ventre. Interdum enim pro pectore sumitur. τρέψαντα πρόσωπον) .i. vertens faciem. ἀντίον) .i. contra, seu, è regione. εὐκράεος) .i. temperati, moderati, suauis, & suauiter flantis. lieblich lüfftlein. κρᾶσις .i. temperamentum, ab εὖ .i. bono, & κεράννυμι καὶ κεραννύω .i. misceo, seu tempero. ἀνέμου) .i. auræ seu venti. κρήνης) s. ἀντίον, Es ist ein feine lust/ wenn einer im Sommer/ wenn es zu gar heiß ist/ sitzet vnter einer Lauber hütten/ bey einem külen Brunnen/ darein et hat ein Fleschlein voll guts Weins gehencket/ vnd hat darbey ein gut bißlein zuessen. ἀενάου) .i. perennis, seu perenniter fluentis seu scaturientis. Homerus finxit sigulare beneficum esse Dei, quod fontes semper fluant. Physici dicunt in cauernis halitus illos verti in aquas, quod verum est. Sed considerandum est iam, quomodo poßit esse tantum vaporum, ve

fluat perpetuo. De efficientibus causis physici non dicunt, sed tantum de materialibus. Illa enim ita sunt diuinitus ordinata, Vide Plin. lib. 2. cap. 103. de quæstione, quare perennis & perpetua scaturigo sit fontium sub terra, & non in aëre, ad quam sic respondetur, Aër supra terram non consistit eodem modo, sed fertur atq; continue agitatur vel ventis, vel radijs corporum cœlestium, vnde & magna interualla imbribus fiunt, frigus vero sub terra perpetuo æquale & vniforme existit, Ideo etiam fluminum est perennis & perpetuus cursus. Altera quæstio est, cur fontes æstate frigidiores sint, quã hyeme, & causa est, Quia radij solares æstate sunt intensiores, Itaq; superficiem terræ magis concalefaciunt, vnde & frigus per ἀντιπερίσασιν ad interiora cogitur. Cum autem terra sua natura sit frigida, neq; propter circumstantem calorem frigus exhalare potest, necesse est & fontes & specus & quicquid est subterraneorum meatuum æstate plus frigoris, quam hyeme continere. Econtra vero hyeme accidit, Quia enim omne frigus ad exteriora educitur & calor ad interiora fugiens se recondit, necesse est, vt loca subterranea caleant.

ἀποῤῥύτῳ) .i. qui procul effundat aquam, vel, qui sit copiosus fons, nec aridus, vel, qui non statim exarescat. Q. d. vbi sit viua & copiosa scaturigo, á ῥέω .i. fluo. ἀθόλωτος) .s. qui sit purus, limpidus, sine limo, non turbidus, vt illa aqua potari possit. θόλος .i. limus. θολόω .i. turbo. Inde ἄθολος .i. non turbidus, seu lutulentus. Sententia totius huius loci

loci est, Habeas in promptu hoc & illud. Et carnem vitulæ in syluis pascentis, & armenta sequentis, necdum domitæ, aut quæ nondum sit subacta, nec enixa. Tum carnem hœdorum primogenitorum. Postea indulge genio & sedens sub vmbra fruere delitijs versa facie ad flatum zephyri temperatum, iubens interea famulos segetem demetere. τρὶς) solebant enim Græci vinum diluere aqua, neq; vnquam biberunt merum vinum, nisi in sacris, & testatur Athenæus lib. 10. hanc consuetudinem diluendi vini fuisse, vt ad duos cyathos vini quinq; aquæ admiscerentur. Nonnunquam & ad quatuor vini cyathos, duos aquæ. Memorant veterum Græcorum historiæ οἶνον ὀλιγοφόρον, πολυφόρον καὶ δευτερεῖον .i. vinum modicæ aut multæ aquæ patiens, & secundarium. Huic loco suffragatur Cælius lib. 15. cap. vlt. de tribus vini cum aqua symphonijs. De secundario seu operario vino Plin. lib. 14. cap. 10. προχέω) .i. effundo. ἵημι .i. mitto. Hoc autem loco ponitur infinitiuus pro imperatiuo Ionicus & apocopatus pro ἱέμεναι. προχέειν) Loquitur hic de victu & cultu corporis tempore æstiuo. Græci enim addiderunt vni poculo vini tria pocula aquæ. Nostris vinis non accidit. Quia nostra vina nocent, cum diluuntur. Ita Græci, sicuti Itali hodie faciunt, non nisi diluta vina bibebant. Quia erant nimis plena. τέταρτον) pro τέτρατον. Quia est dactylus. Q. d. Tres partes debent esse aquæ, quarta vini. ἱέμεν) pro πέμπε, ἔμβαλε, immitte. Hanc ob causam aspirari debet, ἱέμεν.

TEXTVS.

Δμῶσι δ' ἐποτρύνειν, δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν
Δινέμεν, εὖτ' ἂν πρῶτα φανῇ σθένος ὠρίωνος,
Χώρῳ ἐν εὐαέϊ καὶ εὐτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ.
Μέτρῳ δ' εὐκομίσασθαι ἔν ἄγγεσιν. αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
Πάντα βίον κατάθηαι ἐπάρμενον ἔνδοθεν οἴκου,
Θῆτ' ἄοικον ποιεῖσθαι, καὶ ἄτεκνον ἔριθον
Δίζεσθαι κέλομαι, χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος.
Καὶ κύνα καρχαρόδοντα κομεῖν, μὴ φείδεο σίτου,
Μὴ ποτὲ σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήματ' ἕληται.
Χόρτον δ' ἐσκομίσαι, καὶ συρφετὸν, ὄφρα τοι εἴη
Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν. αὐτὰρ ἔπειτα
Δμῶας ἀναψύξαι φίλα γούνατα, καὶ βόε λῦσαι.
Εὖτ' ἂν δ' ὠρίων καὶ σείριος ἐς μέσον ἔλθῃ
Οὐρανὸν, ἀρκτοῦρον δ' ἐσίδῃ ῥοδοδάκτυλος ἠὼς,
Ὦ πέρσῃ, τότε πάντας ἀπόδρεπε οἴκαδε βότρυς,
Δεῖξαι δὲ ἠελίῳ δέκα ἤματα καὶ δέκα νύκτας.

Πέντε

Πέντε δ' συσκιάσαι, ἕκτῳ δ' εἰς ἄγλε' ἀφύσσαι,
Δῶρα διωνύσῳ πολυγηθέος. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ
Πληϊάδες θ' ὑάδες τε τό, τε σθένος ὠρίωνος
Δυώωσιν, τότ' ἔπειτ' ἀρότοιο μεμνημένος εἶναι
Ὡραίου, πολέων δὲ κατὰ χθονὸς ἄρμενον εἶη.

VERSIO.

Famulos autem tuos exhortare, Cereris sacras fruges
Vt terant, quando primum apparuerit robur Orionis
In loco exposito ventis, & rotunda in area.
Mensura vero diligenter recondito in vasis. Verum
postquam
Omnem victum reposueris sufficientem intra domum,
Seruum domo carentem conducere & sine liberis an-
cillam
Inquirere te iubeo. Molesta autem est, habens liberos,
ancilla.
Et canem serratis dentibus nutrito, nec parce cibo
Ne quando tibi interdiu dormiens vir auferat fa-
cultates,
Fœnum autem importato & paleas, vt tibi sit
Bobus ac mulis annuum pabulum, sed postea
Famulis recrea chara genua, & boues solue.
Quando Orio & Sirius in medium progressus sit
Cœlum, Arcturum autem aspexerit rosea aurora
O Perse, tunc omnes decerpe domum vuas
Exponito vero soli decem dies, & decem noctes
Quinq; autem obumbrato, sexto autem in vasa funde
Munera Bacchi lætificantis. Verum posteaquam
vtique
Pleiadesq; Hyadesq; ac robur Orionis

Occiderunt, tunc arationis sis memor
Tempestiuæ, Annus autem in terra aptus fuerit.

VALLA.

Surge tamen cœlo dum fulget Orionis astrum,
Tempus adest, Cereri sacras terat area fruges
Ad ventos posita atq; ingenti æquata cylindro,
Nec nisi liberatæ ducantur ad horrea messes.
Postquam autem satis ad victum tibi contulit æstas,
Continuo cui nulla domus sit quære ministrum,
Adde etiam ancillam, quæ sit sine prole, molestum est
Ac graue seruitium illius quam cura remordet
Natorum. Blandire cani, panemq; ministra,
Peruigil ante fores sedet ille, domumq; tuetur
Dente rapax, furiq; altis latratibus instat.
His propere exactis, fœnum, paleasq; reconde,
Hemionos quantum satis ac nutrire iuuencos.
Inde laboranti requies præbenda colono
Tempus & exhaustis pariter iuga demere tauris.
Dum tamen in media cœli statione refulget
Sirius, Orionq; loco splendescit eodem,
Et rosea Arcturi cernit pallantias astrum,
Tunc vuas tenero abscindens de corpore matrum,
Per bis quinq; dies tepido sub sole iacentes
Pande: dies etiam mollescant quinq; sub vmbra,
Dehinc torque, & capiant vegetes iucunda Lyæi
Munera, sed sydus cum deficit Orionis,
Pleiadesq; Hyadesq; cadunt, meminisse iuuabit
Protinus impresso subuertere vomere terram,
Stat tempestiuo cuncta exercere labore.

FRISIVS.

Brachia quum primum profert robustus Orion,
Sacra iube excutiant famuli Cerealia dona,
Area in æquali, & ventis regione patente,
Excussam Cererem metire, in vasa reponens.
Quumq; tenes omnem iam structum intra horrea victum,
Quære domo propria famulum, famulamq; carentē
Prolibus, illa solet quæ lactat inutilis esse.
Pascere cura canem quoq; fit, ne parcito pani,
Ne tua furetur solitus fur stertere luce.
Postremo moneo, vt fœnum palea sq; recondas,
Vnde boues pascas, mulosq;: his omnibus actis,
Tauris deme iugum, & famulis concede quietem,
Quum medio cœlo Canis, Orionq; vagantur,
Arcturumq; aurora videt sibi stare propinquum,
Collige tunc omnes Perse de vitibus vuas,
Et bis quinq; dies, nocte sq; exponito soli,
Sint & quinq; dies sine sole, in dolia sexto
Munera lætitiam Bacchi parentia conde.
Postquam Pleiades, Hyades q;, atq; amplus Orion
Occiderunt, tum mox inuertere vomere terram
Esto memor, sic quæq; suo anni tempore fiant.

DISPOSITIO.

Δμῶσι δ' ἐποτρύνειν) Hactenus Poëta tradidit præcepta à descriptione veris & æstatis, quid singulis anni temporibus fieri conueniret. Nunc vero subijcit alia breuia præcepta, ceu breues aphorismos. PRIMVM est de tritura, quæ fit in mense Augusto, cum

mane ortu Heliaco paulisper ante solem emergens Orion cernitur. Hîc autem diligenter est obseruandus mos orientalium, qui grana seu fruges maturas non in locis seu horreis circumseptis nostro more fustibus versatilibus excusserunt, sed habuerunt suas areas, in quibus verterunt demessas fruges & segetes, vt arefierent, postea equorum greßibus, aut iunctis bobus in tritura-tione vsi sunt, qui tabulas traxerunt, & ita grana excusserunt, sicut Turingi prope Erfordiam habent etiam suas areas ad triturandum Isatida (Weidt) vnde Virg. 1. Georg de hoc more veterum, Et medio tostas æstu terit area fruges. Item in sacris literis est præceptum Deut. 25. & 1. Timoth. 5. Boui trituranti non obligabis os, quod per elegantem similitudinem concionatur de mercede, quæ debetur laborantibus. Sicut enim esset crudeles boues non sinere frui suo labore incedentes in medijs frugibus, cum ipsorum labore primum arata sit terra, & nunc natæ fruges nobis terantur, ita crudele est non frui ministrum bonis illis, quæ habet dominus parta labore ipsius, aut quæ ipse defendit. DEINDE est notandum, quo tempore ista trituratio apud Græcos sit facta, nempe, cum primum Orion appareat ortu Heliaco, in Iunio scilicet, sole existente in fine Geminorum. Orion enim oritur cum Gemmis Cosmice. Iam quando Sol est in Gemmis, tunc latet Orion Heliace. Deinde quando Sol transit á signo Geminorum ad Cancrum, & est in medio Cancri, & incipit accedere ad Leonem, tunc mane conspicitur Orion ante Solem. De illo ortu Heliaco

liaco hic loquitur, qui sit mense Iunio, & paulisper mane ante Solis ortum, Sole existente in medio Cancri, aut accedente iam ad Leonem, & id fuit tempus triturae. Nam ipsis est maturior tritura quam nobis.

Nostri autem rustici solent tempore hyemis triturare. Graeci vero statim post messem solebant facere triturам. Messis fuit eis etiam maturior, penè sub finem Maij, circa Dominicam Exaudi, seu festum Pentecostes inceperunt messem. Postea mense Iulio est apud nos solstitium. PRAETEREA addit locum, in quem sit reponenda area, nimirum, qui sit ventis & Soli expositus. Quia fruges cito putrescunt, si madidae condantur, sicut in Italia non durant fruges amplius anno. Quia sunt frumenta pinguiora & humidiora. Alij vero intelligunt aream bene aequatam (rundt vnd eben platz) Solebat enim Cylindro aequari, vt est apud Virg. 1. Georg.

Area cum primis ingenti aequanda Cylindro
Et vertenda manu & creta solidanda tenaci
Ne subeant herbae, neu puluere victa fatiscat.

Vide Varronem lib. 1. cap. 51. Qui vult esse rotundam, cuius sententiam & ego sequendam duxi. Et Catonē cap. 129. Columell. lib. 2. cap. 20. Verum hos modos faciendi areas, cum sit alia nostris temporibus, talium omnium rerum ratio vsus inuertit, praesertim in Germania & Septentrione toto.

μέτρῳ δ' εὐνομίσασθαι) Monet dilgentem patremfamilias, vt prius metiatur fruges, quas collegit

in suis

in suis repositorijs, & certa mensura seu numero reponat, & numerum obseruet, vt sciat, quantum ex cultura agri fructum perceperit, an sumptibus respondeant reditus. D. Philippus enim inter prælegendum dixit, *patremfamilias debere considerare, ne plus expendat, quam sumptus hoc ferre poßint, &* Germanice dici solet, **Es stehe vmb einen Bawersmann vbel zu/der da wil mehr verzehren/denn sein pflug kan erehren.** *Sic in studijs videndum est, vt quotidie tantum, aut plus discamus, quam expendamus in sumptibus faciendis. h. e. vt doctrina respondeat sumptibus.*

αὐτὰρ ἐπὶ δὴ) *Addit aliud præceptum, qualis debeat esse familia. Suadet enim postquã paterfamilias seposuerit domi suæ omnia, quæ sunt necessaria ad victum, conducat etiam mercenarium aliquem, qui non habeat domum, aut familiam, ne videlicet in suam domum cupiat aut poßit quid clam surreptum inferre, aut dum suis rebus domesticis intentus sit, domini negocia negligat, siquidem impoßibile sit, vt testatur* Xenophon, *multa eademq; bene simul agere,* Ita *ancillam quoq; conducendam monet carentem liberis, ne cogatur liberorum potius, quám domini curam agere, & ita verum sit præsagium,*

σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν,
ἄτραπος εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

De luxu immodico Thomas Morus Britannus,

Multas

Multas ædificare domus, & pascere multos
Est ad pauperiem semita recta quidem,
Viel vnnützes gesindes sol man mûssig gehẽ.

περὶ καινὰ καρχαρόδοντα) Est aliud præceptum de vsu villaticorum & pastoritiorum canum, quorum cura profecto non est negligenda, præcipua in re rustica, aliâs rustici non possent esse tuti aduersus fures, lupos, & feras. Idem de canibus præcipit Virg. 3. Georg. cum ait, Nec tibi cura canum fuerit postrema, Sed vna veloces. Spartæ catulos, acremq; molossum Pasce sero pingui, nunquam custodibus illis, Nocturnum stabulis furem, incursusq; luporum, Aut impacatos à tergo horrebis Iberos, &c. Idem sentit Varro lib. 2. Rerum Rust. cap. 9. Canis (inquit) custos est pecoris, in quo genere sunt maxime oues, deinde capræ. Has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. Plurima de canibus legito apud Columell. lib. 8. cap. 12. Monet deinde canes largiter esse pascendos. Subijciuntur rationes, cur id sit faciendum. PRIMA est sumpta ab vtilitate canum, Quia solent esse fideles custodes in ea domo, in qua sunt educati. ALTERA est à periculo, ne destituti domestico cibo suorum dominorum, cogantur mendicare cibum apud vicinos, & ita assuescant alienæ mensæ, & postea deserant dominos, à quibus primum sint enutriti. TERTIA est à damno futuro, Nam si nulli adsint canes, timendum est, ne fur, qui interdiu dormit, & de nocte surgit, vt insidietur alijs, clanculum intret in ædes domini, ac surripiat quippiam,

piam, qui tamen cogitur abstinere à peregrinis ædibus, vbi sunt canes, aut certe, si accedit fur, canes excitant familiam, quæ abigat fustibus furem. PRAETEREA describit etiam proprietatem canis villatici seu domestici, cum ait, eum debere habere serratos dentes, quibus possit arcere fures & feras, Er muß beissig sein.

Græci varias species canum faciunt, idq; ab officijs. 1. Primum enim sunt canes indagatores seu vestigatores, sagaces, odori, vel odorisequi, quorum in venatu solertia & sagacitas plurima. Odore enim scrutantur & explorant & vel produnt indicio vel de latebris peruestigatas exturbant feras, κύνες ἰχνευτικοὶ, Steuber/oder spürhunde. 2. Canes venatici, qui latebris eiectas, & fugatas persequuntur feras, & vel mordicus comprehensas retinent, aut necant, vel in expansa compellunt retia (treiben sie in die netz) canes θηρευτικοὶ, jagthunde. 3. Canes villatici vel domestici, κύνες ἐπὶ φυλακῇ vel οἰκουροι, qui custodiæ & excubiarum causa aduersus fures aluntur, Alias vocantur pecuarij seu pastoritij canes, quod ad custodiam pecoris destinati sunt. 4. Canes molossi, μόλοσσοι vel μολοσσοὶ, κύνες ποιμενικοὶ, Schaffrüden, qui gregibus siue pecorum siue ouium præsidij & defensionis causa adiunguntur. Huc pertinent Spartani seu Laconi canes, Spannische oder Engelische hunde, quos & Iulius pollux in 5. lib. extollit. 5. Catellæ Meliteæ, κυνίδια μελιταῖα vel μελιτήκοι κύνες, lusthündlein / oder

Jung-

Jungfrawhündlein / *qui à prædiuitibus matronis in delitijs habentur & exercentur, atq; assuefiunt ad ludos, saltusq; · qui nostris quoq; temporibus mirum quam in maiori precio, quam pauperes & oppressi habentur, vnde in prouerbiũ abiere de delicatis. 6. Canes villosi*, Zöttel. *Catulus, Catellus.* κυνάριον, Hündlein.

Has canum vtilitates etiam Xenophon recenset in suo œconomico, cum inquit, Canes à fructuum, tum pecudum vastatione prohibent feras. In solitudine ac deserta regione securitatem præstant, vnaq; cum armis ad ferendum dominis auxilium excitant. Extant grauissimæ historiæ, & suauissima Encomia de fidelitate & cura canum, & de amore erga suos dominos, & erga familiam. Hinc Cicero lib. 2. de natura Deorum, Canum (inquit) tam fida custodia est, tam amans dominorum adulatio, tanquam odium in externos & tam incredibilis ad inuestigandam sagacitas varum, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, nisi se ad hominum commoditates esse generatos? Huc referendum est carmen de canum fidelitate olim à studioso adolescente compositum,

Inter quadrupedes canis fidelis,
Inter quadrupedes canis voluptas,
Inter quadrupedes canis patronum
Cognoscit, veneratur, & tuetur.
Hic quæ tu iubeas facit libenter,
Hunc tu si ferias, dolet, gemitq;,

Sed

Sed parcit tibi protinus reuertens
Hunc tu si expuleris, redit benignus
Et caudam mouet ille blandiendo
Hunc tu si meritis loquendo laudes
Sentit quod loqueris, suasq; laudes
Et gestit tibi gratias referre
Hic te si mare nauiges sequetur,
Hic tu si mare pernates natabit,
Non te per medios relinquet æstus,
Non te deseret horridos per hymbres,
Non te deseret asperas per alpes,
Non te deseret ille vel per hostes,
Te tutabitur ille sed per hostes,
Te nam diligit ille diligentes,
Non te deseret ille vel diebus,
Non te deseret ille vel tenebris,
Te non diligit ille non amantes
Si venaberis ille per labores
Conatur tibi complacere semper,
Et prædam tibi vincit vt triumphes
Illæsum leporem tibi reportans,
Pro te non rabidos recusat vrsos
Et dentes patitur furentis apri
Ceruos, Capreolas, vasrasq; vulpes
Et sternit genus omnium ferarum
Certe non sibi, sed tibi laborans
Si soluis iacet ille sic solutus
Et iussus iacet ille sub cathenis
Non audens querulas mouere voces

Hic custos pecorum, tuæq; villæ
Fures exigit arduos, luposq;
Nec non arcibus ille præsidentes
Tutos infidiq; facit latratu
Non te pocula delicata poscit
Non obsonia sobrius requirit
Contentus latices bibisse lymphas
Nec non relliquijs tuisq; frustis
Qui tantos tibi sustinet labores
Hos contendimus esse nos habendos
Hos contendimus esse nos ialendos
Et non dulcius esse quicquam posse
Inter quadrupedes canis fidelis
Inter quadrupedes canis voluptas.

Χόρτον δ' ἐσκομίσαι) Aliud præceptum de pabulo hyberno pro bobus & mulis, quomodo vndecunq; colligendum, vt possint iumenta per hyemem sustentari. Subindicat autem Poëta, non tantum inhumanum esse familiam, cuius opera in colligendo victu vsi sumus, necare fame, sed etiam Tyrannicum quodammodo esse, bobus & mulis sufficiens pabulum denegare, siquidem & sacra scriptura seuerißime præcipiat, Boui trituranti non esse obligandum os. Et Cicero 2. lib. de natura deorum dicit de bobus, Tanta putabatur vtilitas percipi ex bobus, vt eorum visceribus scelus haberetur. Deinde subindicat diligentis patrisfamilias officium esse quoq;, vt non tantum summo labore colligat frumentum ex agris, quo

familia aliqueat, sed etiam comportet fœnum & paleas, licet res viliores, vnde oues, capræ, boues, & equi annuum victum habeant. Solet enim plærunq; fieri, vt qui res in speciem parui pretij negligat, etiam res maioris pretij sensim incipiat fastidire & amittere, Iuxta notum Germanicum dictum, Wer eines Hellers nicht achtet / der fraget nit der zeit auch nicht viel nach einem Groschen / id quod experientia quotidiana in multis diuitibus patribusfamilias declarat virum esse, qui propter ingentes opes minimas res in re domestica neglexerunt, & illis postbabitis maximas etiam sensim intermiserunt, vnde tandem ad extremam inopiam sunt redacti. Notius est Senarius, εἰ μὴ φυλάσσῃς τὰ μίκρ', ἀπολεῖς τὰ μείζονα.

δμῶας ἀναψύξαι) Aliud præceptum tradit, quomodo post collectionem frugum patresfamilias iumentis & familiæ debeant permittere quiete & recreatione aliqua frui, nec tantopere vexare & fatigare ipsos, sicut quidam ex grauioribus dominis facere solent alijs laboribus, vt postea rursum illis possint suam operam præstare, laboresq; domesticos conficere, validiori ex quiete corpore reddito, Iuxta illud Nasonis lib. 1. de Ponto.

Ocia corpus alunt animus quoq; pascitur illis,
Immodicus contra carpit vtrumq; labor.

Idem.

Quod caret alterna requie durabile non est,
Hæc reparat vires, fessaq; membra leuat.

Et sacra

Et sacræ literæ præcipiunt ferias habendas esse à labore, & per experientiam nos docemur, plurimos patres familias esse perliberales in præscribendis laboribus, & in expendendo victu plus æquo tenaces. Physicum autem est, quod Poëta moneat famulis chara genua recreanda esse. Quia crura & genua præcipuè defatigantur nimio labore, eaq; inprimis defatigationem sentiunt. Dixit piæ memoriæ, D. Philippus in patria sua post importatam auenam rusticos ex vicinis villis & oppidis conuenire & celebrare choreas ornatos narcisso, quo significarunt expectandum nunc esse tempus sationis.

εὖ τ' ἂν δ' ὠρίων) Posteaquam Poëta ordine descripsit anni partes, & quid in singulis fieri debeat, nunc subijcit præceptum de autumno, & vindemia, quam ipsi tempestiuius habuerunt. Nostra cadit in Octobrem plærunq;. Apud eos circiter Septembrem. Cum enim Orion cum Sirio, qui in Geminis sunt, in medio cœli existunt, necesse est, Arcturum cum Virgine oriri, idq; Cosmicè sole existente in Virgine sub initium Septembris, sic & Columella, A Canicula ferè post diem quinquagesimum Arcturus oritur. Et alibi, Nonis Septembris Arcturus oritur, scilicet, mane cum sole ortu Cosmico. Hunc ortum intelligit etiam Thucidides lib. 2. vbi scribit exercitum Lacedemoniorum discessisse ab obsidione Plateæ περὶ ἀρκτούρου πυλτολὰς relicta ibi parte exercitus. Quanquam idem locus de ortu Heliaco, qui ortum Cosmicum paruo temporis interuallo sequitur, non incommodè

accipi potest. Plin. lib. 2. Arcturi sydus, quod exoritur vndecim diebus ante æquinoctium Autumni ortu s. Heliaco, quo apparet Arcturus sole ex virgine accedente ad Libram. Alij igitur sic intelligunt hunc locum Hesiodi, quod loquatur de autumnali tempore, quo Sol tenet Libram. Cum autem Arcturus oriatur Alexandriæ cum 22. gradu Virginis. Romæ vero cum 15. eiusdem, & is locus præcedat Solis ortum, necesse est eum intelligi de Arcturi ortu Heliaco.

Addit deinde Poëta descriptionem factitij vini, cuius rationem nos ignoramus. Apud nos enim alia est ratio vindemiæ, qui non facimus vinum passum (Muscateller) quod ab illis fiebat ex vuis Sole siccatis in area, aut in sarmento torrefactis exprimebantur, vnde vuæ passæ dicuntur apud nos Rosinen. Sententia igitur Poëtæ hoc loco est, Exicca botros decerpens in Sole, eosq; per decem dies sub die ponas, & rursus per quinq; dies in loco vmbroso retine, vt moderato aëre compleantur, deinde calcans ipsos, fac vinum, idq; vasis infunde. Veteribus in exprimendo nouo musto, seu vuis calcandis varium & nostro æuo maxime incognitum vsum fuisse, vel ipse Plin. in pluribus locis lib. 14. ostendit, vbi eadem ferè, quæ hîc Hesiodus refert περὶ οἴνου διαφύτου, cap. 9.

πλειάδας δ') Virg. 1. Georg. cum inquit, Ante tibi Eöæ Atlantides abscondantur, Debita quam sulcis committas semina, &c. Statuit tempus arationis Autumnalis circa occasum Cosmicum Pleiadum. Sic etiam hoc loco intelligit Hesiodus autumnum, in quo

quo Sole existente in Scorpio, Pleiades & Hyades in Tauro & Orion cum ijs occidit Cosmice mane oriente Sole. Nam & Orion in vtraq; eleuatione cum Tauro occidit. Sub id tempus iubet fieri arationem. Atq; ita absoluit Poëta annum, quem inchoauit ab Autumno, Nam illud erat ei commodum ad descriptionem rerum vel operarum rusticarum, quæ sunt præcipue in autumno. Igitur exorsus est ab eo tempore anni, & in eo tempore desinit, & sic finit annum.

EXPLICATIO TEXTVS.

δμῶσι) .i. famulos tuos, seu, familiam tuam, Præceptum de messe & tritura, quæ fit mense Augusto, cum ortu Heliaco Orion ante Solem mane emergit. ἐποτρύνειν) Infinitiuus pro imperatiuo .i. exhortare, manda, mone ab ἐποτρύνω .i. incito vel impello. ἱερὸν ἄκτιν) .i. sacras fruges. h.e. frumentum, das getreide. Non immerito Poëta fruges, quibus vescimur, sacras vocat innuens, omnia bona corporalia à Deo per ardentes preces esse petenda & expectanda, sicut in Dominica oratione petimus, Da nobis panem quotidianum. δημήτερος) .i. Cereris. Quia Ceres Græcis primum ostendit rationem agriculturæ. Interpres existimat δήμητρον hic vocari, aut ipsam terram, aut vxorem Bacchi Osiridis, aut plantandi artem, & agriculturam, quam Bacchus peregrinando inter homines disperserit. δινέμεν) pro

δινεῖν .i. terere, dreschen / vertere, vmbkeren / voluere. Inde δῖναι vertices fluminum. Et apud Homerum dicuntur flumina verticosa. Fuit varia triture consuetudo. Quidam immiserunt boues, qui pedibus excusserunt grana, quò alluditur in Euangelio, & Varro eius rei etiam facit mentionem. Quidam vsi sunt cylindro. Aliæ gentes alijs instrumentis vsæ sunt. Veteres non habuerunt horrea bene munita propter incommoditatem cœli, & circumsepta, in quibus fustibus versatilibus (mit flegeln) excutiuntur grana, sed habuerunt areas expositas ventis & Soli, in quibus verterunt demessas fruges, vt arescerent & præparentur ad trituram. Quia non est facile extundere grana humida, Vbi autem in areis grana à ventis, aut Sole erant facta arida, postea triturabant, sicut Turingi habent suas areas ad triturandum Isatida.

φανῇ) .i. apparuerit, illuxerit seu ortu Heliaco à φαίνω. Orion occultatur, quando Sol peruenit ad Taurum, & ferè ad Geminos & Cancrum, tunc est meßis, & ante Solem oritur. σθένος ὠρίωνος) id est, robur Orionis. h. e. Ipse Orion, Periphrasis Græca & Poëtica est. Orion est præclarum sydus propter Leonem & Sirium, Septentrionale, & magnum, ita vt non statim oriatur, non occidat, sed per aliquot dies. εὐαεῖ) Contractum pro εὐαεῖ .i. aprico, exposito seu peruio ventis, perspicabili, perflabili, transpirandi, sicco. Varro scribit faciendam esse aream in altiori loco, vt venti facile poßint perflare, ab ἄημι .i. spiro. ἁλωῇ) ἁλωά & ἅλως .i. area, in

qua

qua reponitur frumentum, Inde vocant Halones Græci & Latini areas, quando videlicet vel circa Solem vel Lunam vel aliam claram stellam circulus conspicitur. Fiunt autem Halones in infima aëris regione. Visus autem propter imbecillitatem suam indicat ipsas proxime ad Lunam vel Solem consistere. εὐτροχάλῳ) .i. eben / glat / rundt / tereti. bene æquata rotunda. Quia solebant circum agere iumenta triturantia in orbem ad eundem modum. sicuti fit triturationis Isatidis in Turingia. Isatis enim sternitur humi in area expositi ventis, & circumducitur equus, qui trahat cylindrum, seu magnum truncum, qui habeat etiam quasdam fissuras ad triturandum aptas. Talem trituram apparet fuisse etiam apud illos, & necesse fuit stipulas valde comminui. & plus stercoris immisceri, quam apud nos, sicut est apud Virg. 1. Georg.

Area cum primis ingenti æquanda Cylindro, &c.

Hos versus Hesiodi sic reddidit Eobanus Hessus,

Ensifer Orion vbi primos extulit ortus,
Tum sacram Cereris vim latis confert ab agris
Et versare iube, plenas tum franga aristas
Area versato iamdudum æquato Cylindro.

μέτρῳ δ') .i. Postquam percæpisti fruges & grana sunt excussa, metiaris prius & certa mensura & numero fruges reponas, vt scias, quantum fructus ex agro tibi redeat. εὖ κομίσασθαι) .i. pulchre repone seu recondito fruges iuxta mensuram, vt metiaris & numerum modiorum etiam obserues. Infinitiuus pro imperatiuo more Græcorum ponitur. Significat autem

tem εὐκομίσασθαι bene curare, & importare. ἄγγος) vas, in quo concipitur lac, melckgelte. Deinde sumitur pro quolibet vase, in quod conditur frumentum, ein kornboden oder mehlfaß. κατάθηκαι) .i. composueris à κατατίθημι. ἔπαρμόσιον) .i. apte & ordine compositum, seu paratum, ab ἐπὶ & ἄρω .i. apto, congruo, Inde ἄρμενον .i. aptus seu congruus. δῆτα) à δής, ητός dicitur seruus seu famulus apud Athenienses. ποιεῖσθαι) .i. conduc, compares, facias. Infin. pro Imper. Q. d. post messem reliqua cura erit boum, & pecudis, quas vt bene cures, opus est tibi seruis & ancillis. ἄοικον) .i. cœlibem, domo carentem, vel, cui non sit propria domus. Nam qui habent proprias familias & domos, solent interdum subducere, quod portent domum, & suis rebus potius, quam domini animum intentum habere. ἄτεκνον) i. quæ non habet proprios liberos. ὁ ἠὲ ἡ ἔριθος lanam tractans, pretio conductus vel conducta, ab ἔριον lana. δίζεσθαι) quærere, à δίζημι vel δίζημαι .i. quæro. ἔριθος) .i. ancilla, famula. χαλεπὴ) .i. grauis, molesta. ὑπόπορτις) .i. quæ habet liberos, vel, cui subest fœtus, h. e. quæ lac præbet liberis, die da Kinder seuget oder stillet. Hoc enim significat illud verbum ὑπόπορτις, deducta appellatione à iumentis, quæ habent ὑπομάζιον πόρτιν .s. δάμαλιν, vitulam adhuc lactantem, ein jung Kalb / das noch seuget. Talis igitur ancilla non est idonea. Quia illa subducit, quicquid potest, & addit suo filio, suæ filiæ, suæ vitulæ.

Item,

Item, est occupata, vt alat suam sobolem, vt habeat animum alienis rebus, non suis intentum.

κύων) Præceptum est de cane comparando, qui vocatur custos rei familiaris. καρχαρόδοντα) pro ὀξυόδοντα, δηκτικὸν, qui habet dentes aspe-ros & serratos, & qui audet inuadere fures, eosq; mordere, Er muß beissig sein / das er kan die Diebe angreiffen / ἀ κάρχαρον .i. asper. Hæc vox sæpe est apud Galenum, & Aristoteles recensęt triplices morbos, quibus canes sint obnoxij, anginæ, podagræ, & rabiei, qua perciti, quæcunq; memor-derint, rabiescunt & intereunt. καρχαροδοῦς) Est à sono factum, & proprium epitheton est. Mirabili-ter enim felix & copiosus est in compositione Hesiodus. κομεῖν) .i. tollere, educare, suscipere. Inde νοσοκο-μεῖον dicitur locus, in quo ægrotantes curantur, Spital / vel Xenodochium. νοσόκομον .i. eius lo-ci præfectus & curator, Spitalmeister. φείδεο) pro φείδου. b. e. pasce eum largiter, Er mus zu-fressen haben / sonst gewohnet er an andere ôrter. ἡμερόκοιτον) Est mirabilis periphrasis seu descriptio furis, qui interdiu dormit, & noctu obam-bulat, vt insidietur, furetur, aut grassetur. Suidas putat ἡμερόκοιτον & piscem & furem significare, ἀπὸ τοῦ κοίτου .i. cubile & ἡμέρου. ἀπὸ ἕλκῃ) .i. eripiat, auferat. σε) Græcismus, pro, à te, vel, tibi, vel, tuas. χρήματα) .i. opes, facultates, pecuni-am, fortunas, vtensilia.

χόρτον) Aliud præceptum de hyberno pabulo

& fœno, quod bobus & mulis sit dandum ἐσκομίσαι) Infin. pro Imper. inuehe, importa, ab ἐσκομίζω. σύρφετον) i. paleas, stipulas, frondes. Est generale nomen σύρφετον, & significat illa, quæ conuehuntur ex frondibus, stipulis, paleis & postea pro pabulo præbentur capris, bobus, equis, hew/ stro/ laub. Illa vox est apud Homerum Odyss. λ. vbi dicit Vlyssem collegisse stramenta (hew vnd graß) in quibus latuerit, donec illuceſceret, & in filiã regis incideret. Deinde etiam illa vox de vulgo & infima plebecula, quam & συρφετώδη ὄχλον dicimus. ἡμιόνοισιν) .i. mulis, quasi dimidijs asinis. Quia mulus nascitur ex mula & asino. ἐπετησίων) .i. annuum, sufficiens in annum, annuatim. αὐτὰρ) Aliud præceptum, familiæ & iumentis, postquam suis laboribus sunt perfuncta, concedendam esse quandam recreationem. ἔπειτα) .ſ. post messem, & posteaquam importasti fœnum. Græcæ sunt constructiones. ἀναψύξαι) Infin. pro imper. h. e. refrigera, recrea ab ἀναψύχω .i. recreo, reficillo, reficio. Q. d. sine chara genua famulis interquiescere. λῦσαι) .i. soluere dicit pro solue. Q. d. postea etiam labor autumni est exhauriendus. Item. post collectas fruges, seu post comportatum pabulum in domum, concede familiæ tuæ & iumentis, vt interquiescant & colligant seu recreant se, & posſint postea laborare in vindemia, & alios labores susscipere.

εὖτ' ἂν) Aliud præceptum de vindemia. Mense Septembri oritur mane Cosmice Arcturus Sole exi-

stente in Libra & eodem tempore .s. matutino post occasum Solis in medio cœlo cernuntur Orion & Sirius. ἐλθῇ) .i. progressus sit .s. Sole Libram tenente aurora matutinum coörientem inspicit Arcturum, Orione & Sirio cum Leone tertio à Libra signo nostrum hemispherium medium iam emensis. ἐσ μέσον) .s. mane. ἐσίδῃ) .i. intueatur, aspexerit: ἀρκτοῦρον) .s. qui mane subuehitur supra horizontem paulo ante auroram cum Libra, videlicet, circum festum Michaëlis, aut circa initium mensis Octobris. Orionis nomen est ab οὐρεῖν. h. e. ab vrinando Arcturus ab ἄρκτος καὶ ὁράω. ἠὼς) h. e. Sole ingrediente Libram, cum mane Cosmiee oriuntur Libra & Arcturus, iam Orion & Canis discesserunt à medio cœlo, & tendunt ad occasum. ῥοδοδάκτυλος) .i. rosea, latea, rubicunda, roseis digitis. Q. d. Arcturus oritur paulo ante auroram, ita vt aurora ipsum aspiciat progressum paululum supra Horizontem.

ἀπόδρεπε) .i. demete, decerpe. Loquitur de vindemia, quæ illis fuit maturior, quam nobis. βότρυς) pro βότρυας .i. botros seu vuas. ἀποδρέπω, idem est, quod demeto vel decerpo. Inde protrygetes stella, quia est nuncia vindemiæ, oritur cum spica Virginis. Latine anteuindemiator à προ .i. ante, & τρυγκτὴς i. vindemiator, τρυγατός .i. vindemia. τρυγάω i. vindemio. Inde δρέπανα nomen ciuitatis ad similitudinem falcis. δεῖξαι) .i. ostende à δείκνυμι .i. ostendo. Q. d. pande illas vuas soli per decem dies, donec, qui est crassior & incoctior humor vuarum

rum excoquatur, & siccetur omne id, quod est terestre & aquosum. πελίῳ) Ista fuit consuetudo faciendi vuas passas & deinde vinum passum, quod necesse est fuisse nobilissimum, & maxime substantiosum. Acceperunt generosas vuas & posuerunt, vt nonnihil marcescerent ad solem in loco aprico per dies & noctes decem, vt excoqueretur & exiccaretur crassus humor in vuis & tamen relinqueretur, quod esset nobilissimum, postea composuerunt in vrnis & vasis, das mus ein köstlicher Wein gewesen sein/ haben darnach den köstlichen Most vom kelter darzu gegossen/ vnd lassen geren. συσκιάσαι) i. obumbra, à σαὼ & σκιάζω. q. d. obumbra. Intelligit autem vuas ex aprico in locum non expositum soli auferendas esse. In Euangelio Luc. 1. idem est verbum, Virtus altissimi obumbrabit te. σκιὰ .i. vmbra. Inde Sciurus vocatur illud animalculum, quod cauda sua sibi ipsi vmbram faciat, ein Eichhorn. ἀφῦσαι) .i. haurias, condas ab ἀφύσσω .i. haurio. πολυγηθέα) exhileratoris, gaudifici, vel qui facit homines lætos, à γηθέω .i. lætor. Proprium est epitheton Bacchi. Vinum enim exhilerat cor hominis. πολυγήθης dicitur homo multæ lœticiæ, Ein frölicher Mensch.

αὐτὰρ) Aliud præceptum de tempore sationis autumnalis in mense Octobri aut circiter. Pleiades sitæ sunt in cauda Tauri, Hyades in fronte. Eas matutine occidentes Orion plurimum loci in cœlo occupans mox insequitur, quem tamen diutius in occasu morantem

rantem velut fugientes præcurrunt. Dicuntur vel à πλέω propter nauigationem, in qua solent à nautis obseruari, vel à πλείονες quod sunt plures stellæ. Hyades autem dicuntur à latinis suculæ, quod sint literæ u similes, vel ab ὕω .i. pluo. Eas latini suculas vocant à succo. h. e. humiditate. Ouid. 5. Fasto.

Ora micant Tauri septem radiantia flammis
Nauita quas Hyadas Græcus ab imbre vocat.

Quia huius Syderis ortus & occasus solet ciere tempestates & pluuias, & illa videtur esse verior Etymologia vocis. ὑάειν) .i. robur Orionis. h. e. ipse Orion. Græca est periphrasis. Orion fuisse fortis & robustus venator fingitur. δύωσιν) .i. occidunt .s. ascendente Scorpio è regione oritur. Taurus mense Octobri, vel, occidunt .s. occasu Cosmico Sole existente in signo contrario in Scorpio, & mane oriente Sole cum Scorpio. Est autem contrarium signum Taurus, & vnà cum Tauro occidunt & oriuntur Cosmice ea, quæ sunt circa Taurum, aut cum Tauro. εἶναι) Infin. pro imper. esse, pro, esto. ἀρότου) supra definiuit tempus arationis. Sed hic repetit, vt reducat annum, quasi in orbem. ὡραίου) .i. tempestiuæ. Illud enim tempus est opportunum arationi. πλεῶν) τοῦ πλεῶνος. Hesychius, πλεὼν ὁ ἐνιαυτὸς ἀπὸ τοῦ πάντας τοὺς καρποὺς τῆς γῆς συμπληροῦσθαι. h. e. πλεὼν annus dicitur, quod in eo omnes fructus terræ compleantur. Vult itaq; Hesiodus in colenda terra & legendis fructibus vnumquodq; fieri debito tempore. Interpres exponit, quod πλεὼν significet tempus,

quod

quod omnia complet. Est enim ipsum, pater omnium rerum. Aut quod faciat ad sationem & messem, ortu, occasuq; Pleiadum. Aut ab eo, quod ex multis constat, & in multa sit diuisum, Dico autem tempora, menses, hebdomadas, diem & noctem, horas, minuta, secunda minuta. Alij, vt Suidas, interpretantur πλείωνα, annum integrum, exactum, confectum, consummatum, completum, à completis mensibus & temporibus anni. πολέω .i. verto, seu voluo. ἄρμενος) i. aptus ab ἄρω, Inde fit participium ἀρόμενος, & omisso o fit ἄρμενος.

TEXTVS.

Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἱρῇ,
Εὖτ' ἂν πληϊάδες σθένος ὄμβριμον ὠρίωνος
Φεύγουσαι, πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δή τότε παντοίων ἀνέμων θήουσιν ἀῆται,
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.
Γῦν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.
Νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι, πυκάσαι τε λίθοισι
Πάντοθεν, ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων,
Κείμαρον ἐξερύσας, ἵνα μὴ πύθῃ διὸς ὄμβρος.
Οπλα δ' ἐπάρμενα πάντα τεῷ ἐνὶ κατθεο οἴκῳ,
Εὐκόσμως στολίσας νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο.

Πηδαλιον

Πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνὸς κρεμάσασθαι,
Αὐτὸς δ' ὡραῖον μίμνων πλόον εἰσόκεν ἔλθῃ.
Καὶ τότε νῆα θοὴν, ἅλαδ' ἐλκέμεν, ἐν δέτε φόρτον
Ἁρμενον ἐντύσασθαι, ἵν' οἴκαδε κέρδος ἄρηαι:
Ὡσπερ ἐμός τε πατὴρ, καὶ σὸς, μέγα νήπιε Πέρση,
Πλωΐζεσκε νηῒ, βίᾳ κεχρημένος ἐσθλῇ.
Ὃς ποτε καὶ τῆδ' ἦλθε πολὺν διὰ πόντον ἀνύσας,
Κύμην αἰολίδα προλιπών, ἐννῆι μελαίνῃ,
Οὐκ ἄφενος φεύγων, οὐδὲ πλοῦτόν τε καὶ ὄλβον,
Ἀλλὰ κακὸν πενίην, τὴν Ζεὺς ἀνδρεσσι δίδωσι.
Νάσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἀσκρῃ, χείμα κακῇ, θέρεϊ δὲ χαλεπῇ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.
Τὴν δ' ἐὼ πέρση ἔργων μεμνημένος εἶναι
Ὡραίων πάντων, περὶ ναυτιλίης ἢ μάλιστα.
Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι.
Μείζων μὲν φόρτος, μείζον δ' ἐπὶ κέρδεϊ κέρδος
Εσται), εἴ κ' ἀνεμοίγε κακὰς ἀπέχωσιν ἀήτας.

Εὖτ'

Εὖτ' ἂν ἐπ' ἐμπορίην τρέψας ἀεσίφρονα θυ-
μὸν,
Βούληαι δὲ χρέα τε προφυγεῖν, καὶ λιμὸν ἀτερπὸν,
Δείξω δὲ τοί μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσ-
σης,
Οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένος, οὔτε τι νηῶν.
Οὐ γὰρ πώ ποτε νηΐ γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
Εἰ μὴ ἐς εὔβοιαν ἐξ αὐλίδος, ᾗ ποτ' ἀχαιοὶ
Μείναντες χειμῶνα, πολὺν σὺν λαὸν ἄγειραν
Ελλάδος ἐξ ἱερῆς, τροίην ἐς καλλιγύνεικα.
Ενθάδ' ἐγὼν ἐπ' ἄεθλα δαΐφρονος ἀμφιδά-
μαντος.
Χαλκίδα τ' εἰσεπέρησα. τὰ δὲ προπεφραδμέ-
να πολλὰ
Αθλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες, ἔνθα με
φημὶ
Υμνῳ νικήσαντα, φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα.
Τὸν μὲν ἐγὼ μούσῃσ ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα,
Ενθα με τὸ πρῶτον λιγυρῆς ἐπέβησαν ἀοιδῆς.
Τόσσον τοι νηῶν γε πεπείραμαι πολυγόμ-
φων.
Αλλὰ καὶ ὡς ἐρέω ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο.
Μοῦσαι γὰρ μ' ἐδίδαξαν ἀθέσφατον ὕμνον
ἀείδειν.

VER-

VERSIO.

Si te autem nauigationis periculosæ desiderium cæperit
Quando vtiq; Pleiades robur validum Orionis
Fugientes occidunt in obscurum mare,
Tunc certe variorum ventorum insaniunt flatus
Et tunc non amplius naues habeto in fusco mari
Terram autem exercere meminens, ita vt te iubeo,
Nauem vero in continentem trahito & firma lapidibus
Vndiq; , vt arceant vim ventorum humidum spirantium ,
Sentinam exhauriens , vt non putrefaciat .s. nauem imber Iouis.
Arma autem apta omnia tua in domo reponito.
Decore componens nauis alas euntis per mare.
Clauum autem bene fabricatum super fumum suspendito
Ipse autem expecta tempestiuam nauigationem donec venerit
Et tunc nauem celerem ad mare trahito. In naui vero onus
Compositum impone , vt domum lucrum auferas
Quemadmodum meus pater & tuus valde stulte Persa,
Nauigabat nauibus victu indigens bono,
Qui olim & huc venit multum per mare iter faciens
Cumam Aeolidem relinquens, in naui nigra,
Non victum vnius anni fugiens , neq; opulentiam & facultates
Sed malam paupertatem , quam Iuppiter hominibus dat.
Habitauit autem prope Heliconem in villa ærumnosa

Aſcra, hyeme mala, in æſtate autem moleſta, nunquam bona.
Tu vero, ô Perſa laborum memineris
Tempeſtiuorum omnium, de nauigatione autem maxime
Nauem paruam laudato, In magnam pone onera,
Maius quidem onus, maius vero lucrum ſupra lucrum
Erit, ſiquidem venti malos arceant flatus
Quando ad mercaturam conuertens irrequietum animum
Vis autem æs alienum effugere, & famem fœdam,
Oſtendam autem tibi vias ſonantis maris
Etſi neq; nauigationis peritus, neq; nauium,
Non enim vnquam naue profectus ſum ad latum mare,
Niſi in Eubœam ex Aulide; vbi aliquando Græci
Expectantes tempeſtatem, magnum collegerunt exercitum
Græcia è ſacra, ad Troiam habentem pulchras fœminas
Illinc ego ad certamina bellicoſi Amphidamantis
Chalcidemq; traieci, præparata vero multa
Præmia poſuerant liberi magnanimi, vbi me dico
Carmine vincentem abſtuliſſe tripodem auritum
Quem ego Muſis Heliconi adibus dedicaui,
Vbi me primum ad ſonoram adduxerunt cantionem.
Tantum nauium expertus ſum, quæ habent multos claues
Sed tamen dicam mentem Iouis tenentis clypeum.
Muſæ enim me docuerunt diuinum carmen canere.

VALLA.

Si tamen infeſtum iuuat ire per æquor, & alta
Puppe vehi, moneo ne quando ab Atlantide natas
Orion

Orion sequitur, totoq; excludit Olympo,
Vt videas illas medio submergere Ponto,
Nauigio incumbas, mare tunc tollentibus Eurís
Obscurum vndosos iaculatur ad æthera fluctus.
Tunc igitur iaceant religatæ ad littora puppes
Saxorum obnixæ obicibus, ne forte ruentes
Discutiant venti: pateat pars ima carinæ,
Ne pluuiam excipiens putri marcescat ab imbre.
Instrumenta domi, naualiaq; arma quiescant,
Pensa, gubernacliq; exploret robora fumus.
Interea Cereris sacros operare labores,
Nec prorsus fugiendus ager, labatur in altum
Aequor amica ratis dum non magis vnda tumescit,
Nec refluunt vasti sublato gurgite montes,
Vadat onusta tamen censu reditura superbo.
Sic meus ille quidem genitor dum pauper egeret
Errabat maria alta secans, fluctusq; profundos.
Ille olim Aeolidam, curuataq; littora linquens
Appulit huc, non spe lucri commotus auara,
Durum opus exercere inuisa vrgebat egestas.
Ille vagus demum prope tempe Heliconia sedem
Ascræam incoluit, cœli in regione molesta,
Frigore nunc nimio, nunc quæ intolerabilis æstu est.
Tempore quoq; suo iuuat exercere labores,
Nauigium ante omnes, cuius si te vlla remordet
Cura, placetq; altos sulcare per æquora fluctus,
Dum faciles spirant venti, & furor ille quieuit,
Ne te inuisa fames alieno viuere pacto
Cogat, & inuitus multorum debitor extes.
Vade nec in cymba, sed te vehat ardua puppis,
Ingentes referant census ingentia mercis
Pondera. Præterea quæ sint aptissima nautis
Tempora narrandum est, quanquam mihi parua per
vndas

Vita fuit, vixq; ex illa tantum Aulide cursus
Littus ad Euboeum, sub quo omnis Graecia quondam,
Dum pelago desaeuit hyems conuenit in vnum,
Et merito infandos factum iuratur in hostes
Inde mihi placuit non longe ad Chalcida cursus,
Huc vbi magnanimum genus Amphidamantis Achiui
Constituunt populis certamina, & inclita quondam
Munera defuncti ponunt in honore parentis,
Hic ego me dulcis referentem praemia cantus
Auratos memini tripodas, quos sponte dicaui
Musarum ante aras, quibus antra Heliconia curae,
Illae vbi me primum dulcem docuere poësin.
Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit.
Dicam aliquid tamen, & varios pandam aetheris vsus,
Haec etiam nobis aspirauere Camoenae,

FRISIVS.

At tibi difficilis res si sit nautica cordi,
Tempore quo Eoae Atlantides Oriona
Vitantes saeuum, pelagi conduntur in vndas,
Omnigeni miscent inter se praelia venti,
Hinc tua nulla mihi tum currat in aequore nauis,
Cura sit, vt iubeo, tellurem inuadere aratro.
Nauigium subduc in litus, & vndiq; saxa
Aduolue, vt sedeat tutum spiramina contra.
Eijce aquas pluuias, vt ne Iouis imbre putrescat,
Arma ratis cuncta ad tua tecum culmina confer,
Carbasa, quae nauis sunt alae, rite plicato,
Suspendas fumosa super laquearia clauum.
Ipse viam differ dum tempus venerit aptum,

Tum

Tum nauem æquoreas in aquas deducito, & illam
Mercibus oppleto, vnde domum bona lucra reportes.
Sic noſter ſolitus pater eſt dare vela per vndas
Perſe chare, bonum victum hinc æquumq; parabat,
Et ſemel hâc tenuit curſum, emenſus mare magnum,
Aeolica à Cuma ſoluens cum naue picata,
Non quod diuicias amplas fugiebat, opeſq;,
Sed paupertatem, mortalibus à Ioue miſſam.
Haud Helicone procul, miſerãda habitabat in Aſcra,
Qui malus ac grauis eſt, brumaq; æſtateq; vicus,
Curandum Perſe, tempeſtiuo omnia fiant
Tempore, ſed primam hanc curam res nautica poſcit.
Laudato exiguam nauem, At res credito magnæ,
Quo maior vectura, lucra hoc maiora futura,
Si modo contineant rabioſi flamina venti.
Quando ad mercatum vertiſti pectora, ſic &
Debita conaris vitare, famemq; moleſtam,
Multiſoni oſtendam pelagi curſuſq; modoſq;,
Non tamen ipſe rei, quæ pertinet ad mare, doctus,
Nam nunquam rate ſum ſpacioſa per æquora vectus,
Præterquã Euboeam ad vicinam ex Aulide, vbi olim
Argiui à ducibus populi collectio facta eſt,
Dum ſæuum mare ibi tenuit Troiam ire volentes
Illuc Amphidamantis ego ad certamina veni,
Calchidaq; intraui, Nam plurima præmia clari
Proclamata viri ſtatuere: at carmine tum me
Victorem, tripodem auritum retuliſſe recordor,
Hunc ego ſuſpendi Muſis Heliconis honorem,
Primum ibi fecerunt me hymnum tentare ſonorum
Nunc mihi quanta fuit ratium experientia cernis,
Attamen Aegiochi mentem reſerabo tonantis,
Nam docuere Deæ me ſacrum pangere carmen.

DISPOSITIO.

εἰ δ' ὅτε ναυτιλίης) *Quod attinet ad præcepta hactenus tradita, obseruent studiosi, fuisse quidem ueluti breues Aphorismos, attamen in ijs iustum ordinem iuxta tempora anni obseruasse Poëtam. Quia autem ex Homero est videre, quomodo veterum negociatio potißimum in permutatione frugum & mercium fuerit sita, inseritur hìc ab Hesiodo locus de nauigatione & temporibus opportunis ad nauigandum. Prohibet enim sub Autumnum esse nauigandum, vbi multum est flatuum, & tempestatum, in quietis, Quando in Autumno Pleiades Cosmice occiderint fugientes Orionem tanquam venatorem, post tres dies etiam ipse Orion occidit, tum fiunt vehementes & violenti flatus, nec habeas illo tempore nauim in mari, sed extrahe ipsam supra terram siccam, & firma lapidibus, quibus arceatur vis ventorum & flatuum, ne frangatur. Instrumenta vero nautica asporte domum, eaq; conuenienter obuoluas & componas. Tum autem exerce & cole terram, memor præceptorum, quæ tibi antea tradidi.*

SECVNDO hic obseruandum est in Hesiodo Epitheton nauigationis, cui videtur infensus fuisse, dum δυσπεμφελον. h. e. δυσπαράπλοον καὶ δυσέμπορον, periculosam & difficilem ipsam appellat. Aristoteles enim recenset tria esse, quorum aliquem in tota sua vita pœnitere queat. PRIMVM,

si quis

si quis tempus suæ ætatis male transigat, siquidem vtendum sit ætate, vt quæ cito pede labatur, nec bona tam sequatur, quam bona prima fuerit. Hinc merito Apelles excellentißimus pictor prædicatur, quod nullam diem intermiserit, in qua non duxerit lineam. SECVNDVM *est, si quis arcana commiserit mulieri, vt quæ sit plena rimarũ, & facile effutiat, & ipsius fidei sit commissum.* TERTIVM *est, si quis nauiget in mari, cum eiusmodi iter terra perficere queat. Plurimi enim, qui aliquando se fluctibus marinis credidérunt, sicut experientia edocti, quam sit periculosum & difficile in alieno elemento versari. Hinc quidam existimant hanc vocem δυσπέμφελον compositam esse ἀ δύς & πέμπω, propterea quod ægre remittat afflictos, vel quod sæpe non remittat nauigantes.*

TERTIO *hoc loco etiam est notandum, quod Aristoteles lib. 1. politicorum doceat duplicem esse rationem rei familiaris. In his altera est arte excogitata, altera naturalis. 1. Arte excogitata ratio rei familiaris comparandæ, habet artes & operas, quæ tamen liberaliter communicari debent. Operarum locatio seruilis est. Talis est mercatura, quam vocant καπηλικὴν. cum emimus, vt rursus carius vendamus, seu, cuius finis est non vsus, sed quæstus. Hanc vituperat Aristoteles, quia cum emptionis finis esse debeat vsus, Natura enim docet nos vsus & necessitatis causa contrahere, hic callide videtur alius finis excogitatus, videlicet, quæstus, Hæc calliditas odiosa est. Quia*

non videtur proprie ad necessitatem comparata, & propemodum defraudat alios, qui tantum vsus causa empturi erant. Numeratur & vsura inter species arte excogitatas, ad rem familiarem comparandum. Porrò Aristoteles vituperat eam, & dicit contra naturam esse. 2. Naturalis ratio verò comparandæ rei familiaris has habet species, pecuariam (Viehzucht) Agriculturam (ackerbaw) Venationem (jagten) cum qua prædatoriam (ausbeute im Kriege) coniungit, quæ & ipsa est honesta & naturæ consentiens, si exerceatur in bellis legitimis. Debent enim magistratus bella gerere ad depellenda latrocinia.

Quarta species mercatura est, qua res domi natæ venduntur, vt his distractis, quibus abundamus, alia importemus, quæ alioqui desunt nobis. Hanc Aristoteles vocat œconomicam mercaturam, eamq; laudat. Est enim necessaria ad vitam, eaq; oportebat etiam vti hommem ante vsum nummi, cum permutatione rerum suarum aut operarum ea quæreret vnusquisq;, quibus indigebat. Est autem hæc mercatura, qua res domi natæ venduntur, hodie quoq; illustribus personis, vt vocant, permissa, quibus alioqui negociari tupe est. In 5. Ethicorum Aristoteles docet in commutatiua iusticia quæri æqualitatem proportione Arithmetica. h. e. vbi simpliciter par est res rei sine comparatione circumstantiarum. Merx autem est æstimanda Geometrica comparatione, videlicet ex indigentia, quæ constituit gradus pretij. Tunc triticum

cum valet pluris, cum magis indigemus. Et in genere ea res pluris valet, qua magis indigemus. Primum igitur ostendit Philosophus, quæ sit causa, quæ redigit res ad æqualitatem, hanc dicit esse indigentiam. Hæc enim primum cogit homines inter se contrahere & res commutare, vt accipiant ea, quibus egent & pro ijs, quibus abundant. Deinde hæc etiam exæquat res nullo modo pares. Nam is, qui abundat auro, si careat frumento, in fame frumentum tanti æstimat, quanti aurum. Deinde rebus exæquatis datur nummus vice earum rerum, quibus alij indigent. Non enim singuli habemus omnia, quibus quilibet indiget.

QVARTO, *prodest etiam studiosis veluti in breui tabella habere notata nomina, quæ de re nauali recensentur à* Lazaro Bayfio.

1. Corbis, vnde Corbita.
2. Cornua, antennarum extremæ partes.
3. Antennæ.
4. Malus, ἱστὸς.
5. Carchesium, summa pars mali.
6. Pterna, infrior pars mali.
7. Opiferi funes.
8. Calos.
9. Rudentes.
10. Paraselmen.
11. Puppis.
12. Turres.
13. Prora.
14. Oculus.
15. Rostrum.
16. Rostrum tridens.
17. Epotides.
18. Catastromata.
19. Remi.
20. Carina, alueus.
21. Columba, Dryochos.
22. Clauus.
23. Gubernacula, πη-

δάλιον, gubernaculum, Temo.
24. Anserculus.
25. Anchora.
26. Gubernator, κυβερνήτης.
27. Remiges, Nautæ, ἔρεται.
28. πρῳρεὺς καὶ πρωράτης, Latinis proreta, qui proram regit.
29. Acroteria.
30. Thronus.
31. Fori, hedolia.
32. Anchoralia.
33. δρέπω, inde δρεπανῆται.
34. ζυγὸς, inde ζυγῖται.
35. δάλαμος, inde δαλαμῖται καὶ δαλάμιοι καὶ δαλάμακες.
36. Vexillum.

ὥσπερ ἐμός τε) Addit quandam amplificationem ab exemplo patris, quo ostendit, quatenus probari queat navigatio, & dicit paupertate patrem fuisse compulsum (quæ nihil non hominem experiri docet, iuxta vulgare dictum, Armut wehe thut) quod instituerit mercaturam. Non enim illi laudantur, qui cum beate in patria possent viuere, vltro se periculis exponunt. Deinde Hesiodus, vt decet pium & gratum filium, excusat parentem suum Dium, quod non ob delictum aliquod ex Asia profugerit, sicuti accidit plærisq; qui propter inuidiam ex opibus conflatam in tuto manere non possunt, sed vt ista honesta œconomica victum sibi quæreret, vt supra ex Aristotele ostensum est.

ἀλλὰ κακὴν) Religiosa est sententia, cum inquit Poëta, Iouem hominibus dare paupertatem, quam Salomon

Salomon prouerb. cap. 22. etiam confirmat, Diues (inquiens) & pauper simul sunt, & Deus facit vtrumq;. h. e. scito esse prouidentiam, nec casu alios diuites, alios pauperes esse sed Dei consilio, & suo quisque loco recte seruat, iuxta dictum, Qua vocatione quis vocatus est, in ea ambulet. Complectitur igitur haec sententia doctrinam de patientia in afflictionibus de obedientia in vocatione, de reprimenda ambitione. Sicut autem pauperi praecipitur, vt sapienter ferat suam paupertatem propter Deum, sic & diuitibus praecipitur, vt agnoscant voluntatem Dei, sciant suas diuitias Dei dona esse, & velle Deum alios esse diuites, & alios pauperes, & velle consociatam esse vitam mutuis officijs, non velle opprimi pauperes à diuitibus, nec vicißim diuites à pauperibus affici iniuria. Quia vniuersaliter iniuriae prohibitae sunt. Hunc locum diligenter persecutus est etiam Aristophanes in Pluto.

ἄσκησις, χρῆμα) Virtus & ingenia latitant etiam in tuguriolis, iuxta versum,

Parua domus quid tum? non dedignatur in arcto
Virtus cum Musis inclyta stare loco?

Sic Ascra fuit sterilis & miser pagus in radicibus montis Heliconis, quem Hesiodus tamen nobilitauit, aliâs manßisset prorsus ignotus.

πρὸς ναυτιλίης δὲ μάλιστα) Per antitheßin Poëta commodat nobis mediocritatem, & dicit non abs re esse, si quis statim magnum quaestum facere velit, vt

onerari-

onerarias sibi naues comparet, quæ copiosas merces portent, vnde copiosum quoq; fructum capere queat, tamen si quis rem recte vult perpendere, deprehendet res paruas plus habere sæpe voluptatis & securitatis, quam in specie magnas. Est enim in omnibus rebus tutior mediocritas, Ideo Virg. 2. Georg. inuertit hanc sententiam, Laudato ingentia cura, Exiguum colito, idq; facito cum singulari diligentia & cura. Interpres Græcus existimat per ironiam à Poëta, Persam admoneri, vt laudet paruam nauem, cum potius illam debeat recusare, minimeq; probare. Dum enim magna mercimonia vehuntur, plus lucri inde emergit. Econtra vero minus, si merces fuerint minores & pauciores, nisi forte procellæ & naufragium sint obstaculo. Alij autem sic explicant hunc locum, Quod ad nauigationem attinet, habeas tibi commendatam paruam siue auctuariam nauem, ad transmissionem siue deportationem rerum pro tuis vsibus necessarium. Magnam autem siue onerariam nauem adhibeas ad merces & negociationes maiores.

τὸν μὲν ἐγὼ μέσσῃς) Quod Hesiodus Musis suis in Helicone victoriale præmium dedicarit non tantum fecit dignum homine Poëta, sed voluit suo exemplo accendere omnium hominum animos ad præstandam gratitudinem pro acceptis beneficijs. Sicut enim nullum vitium vulgarius est ingratitudine, sicut testantur dicta notissima,

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne est,
Nihil citius senescit, quàm gratia,

Ingrato

Ingrato homine terra peius nil creat,

Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris. Ita nullum sacrificium Deo gratius est, quod à nobis Deo præstari potest, quam laudis & gratiarum actionis sacrificium, vt inquit Propheta, Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Item, Offerens laudem honorificabit me. Et 1. Pet. 2. dicitur, Estis vocati ad hanc lucem, vt enarretis virtutes Dei. Dantur igitur nobis diuinitus beneficia, vt agnoscamus, & Deo simus grati, & alios nostro exemplo inuitemus ad agnitionem Dei. Hic cultus præcipuus est, iuxta illud. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

EXPLICATIO TEXTVS.

εἰ δὲ) Est prorsus nouus locus, in quo dicit de nauigatione, deinde de temporibus nauigationis. Præterea quod non sit nauigandum in autumno. b. e. sub initium hyemis, circa festum Martini, sicut vulgo solet dici, vnda marina incipit mobilis fieri in autumno, propterea quod in hyeme cientur maximæ procellæ. In æstate vero & in vere facilior est nauigatio. Quia tunc res crescentes in mari grauant maria, Ideo non cientur tum tempestates. Poëta autem in hoc loco, quia satis amplus & copiosus est, eò diutius immoratur. Q. d. occidentibus Pleiadibus Cosmice noli nauigare,

gare, sed differas nauigationem vsq; in ver. ἵμερος) .i. cupiditas seu desiderium, ab ἱμέρομαι .i. desiderium induco. αἱρῇ) .i. occupet te, inuadat, cœperit, ab αἱρέω .i. capio. ναυτιλίης) pro ναυτιλίας .i. artis nauigandi, seu nauigationis. δυσπεμφέλου) .i. tempestuosæ, difficilis, periculosæ. δὺς enim significat difficultatem in compositione, & πέμπω Q. d. nauigatio difficulter mittit & remittit homines, **Es bleiben offt viel aussen / die sich auff das Meer begeben.** Cum maris est epitheton δυσπέμφερος significat tempestuosum, quod citra periculum transmitti non potest, Aliâs significat δυσάρεστος .i. grauatim accedens. Hesiodus alibi, μηδὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι.

πληϊάδες) Iam describit, quando non sit commoda nauigatio .s. quando Pleiades occidunt Cosmice Sole exunte in opposito signo, nempe, Scorpio, quod accidit sub initium hyemis. ὄμβριμον) .i. magnum, validum, forte. φεύγουσιν) Est Poëticus gestus. Quia Pleiades paulo citius occidunt, quam Orion, qui est eis obliquus, & videmus eas quasi ab orione venatore refugere, & propterea occidere in mare. ἠεροειδέα) .i. obscurum, caliginosum, non limpidum, non clarum, ab ἠερόεις vel ἠεροείδης .i. caliginosus, Quia habet speciem aëris. τότε) .i. in mense Octobri. θύουσιν) .i. tumultuantur, insaniunt (**wüten**) sæuiunt, furiunt, grassantur, sæui fiunt, furiose incedunt. Sæpe est hoc verbum θύειν apud Homerum, & significat præter alia, in pugna furiose sæuire. ἄηται) ab

ἄημι

ἄημι .i. ſpiro, ἄητη .i. flatus. Hoc obſeruandum eſt, quod occaſus Pleiadum & Orionis cient magnas tempeſtates. Ideo Virgilius vocat nymboſum Orionа, notans Aeneæ nauigationem incidiſſe in Autumnum. ϖαντοίων) .i. omnis generis, vel, variorum. ἔχεν) pro ἔχε. οἴνοπι) .i nigro, cæruleo, purpureo, cui eſt color vini rubri, glauco. Poëta alludit ad illum colorem vndarum, quando radij Solis feriunt aquam & refrnguntur, tunc redditur reflexus, & color purpureus. Sub occaſum igitur Solis, quando Sol eſt vicinus Horizonti, vel iam attigit Horizontem, & nondum occidit, tunc purpureſcit aqua, fit ſubrubra, ſubpurpurea. Quando enim inter ſe album & nigrum miſcentur, tunc redditur color ruber vel purpureus, qui eſt quædam mixtura coloris albi & nigri. γλῶ) q d. tunc eſt tempus arationis & ſementis.

ἐργάζεσθ) .i. exercere, colere, ab ἐργάζομαι .i. laboro. ἐρύσαι) Infin. pro imper. .i. extrahe, ab ἐρύω .i. traho. ἠπείρου) .i. in terram continentem, ſeu firmam, ſeu littoralem. Græci habent quatuor genera terræ. 1. ἤπειρον .i. terram firmam. Inde Epirus ab α & πέρας .i. finis & ἠπειρώτης .i. Epirota & continentis habitator. 2. Cherroneſum inſulam, quæ vna ex parte cohæret cum terra firma. 3. Terram inter duo maria. 4. Inſulam .i. circumfluam terram. ϖυκάσαι) .i. ponas fundamenta lapidibus, lege ſteine darunter / obfirma, obrue, & obmuni vndiq; lapidibus, ne nauis poſſit relabi in aquam, & multum concutiatur, á ϖυκάζω .i. condenſo,

denso, Inde πύκον .i. densum numeris seu confectum. ἴσχωσι) .i. vt sustineant, aut arceant, ab ἰσχάω .i. arceo. ἀέντων) .i. πνεόντων .s. flantium seu spirantium ab ἀεῖν. Q. d ne nauis abripiatur, siue sæuicia ventorum, siue alio quodam casu. ὑγρὸν) Solent enim humidi venti esse, qui spirant in autumno. ἄκρ ἄεντος ab ἄκμι. Nam aqua resoluta fit nebula. Magis vero attenuata, fit flatus. κείμαρον) D. Philip. vocat aquam ex imbre collectam. Interpres vero Græcus legit χείμαρον, & intelligit paxillum carinæ, quo extracto effluit sentina, propterea κείμαρος dicitur sentina. Carina est fundamentum nauis, & in carina est sentina. πύθῃ) putrefaciat, corrumpat, á πυθέω .i. putrefacio. ἐξερύσας) .i. exhauriens, eximens, extrahens.

ὅπλα) Intelligit suppellectilem necessariam in nauibus, seu instrumenta nautica. seu arma. ἐπάρμενα) .i. parata, composita. Homerus sæpe vtitur ista voce ab ἀρμάω i apto, Inde Harmonia. τεῷ) pro σῷ. .s. in tuam domum. κάτθεο) à κατατίθημι. εὐκόσμως) .i. decenter. conuenienter, pulchre, munde, reiniglich/pulchre ordine, ornate, scite, decore. In re familiari nihil æque placet atq; ordo. Certissima enim (vt inquit Columella) paupertas est, si quid habeas & nescias. vbi sit repositum. στολίσας) .i. ornans, componens. colligens, contegens νηὸς πτερὰ) i. alas .s. remos intelligit. ποντοπόροιο) .i. pontigradæ, vel, quæ transit per mare. πηδάλιον) i. gubernaculum nauis, clauum. εὐεργὲς) .i. apte

.i. aptè & artificioſè confectum, vel, bene fabricatum, vel, fabrefactum. κρεμάσασθε) .i. ſuſpende ſupra fumum. ἀ κρεμάζω .i. ſuſpendo q. d. ſuſpende extrahens ipſius humiditatem, exiccanſq;, ne videlicet propter copiam humiditatis putredinem concipiat. ὥραῖον) i. tempeſtiuum ſeu opportunum tempus nauigationis .ſ. cum iam ver exactum eſt. ἔλθῃ) Q. d. Tu debes abſtinere à nauigatione, & expectare, donec adipiſcaris tempeſtiuam & commodam, quam prius dixit quinquaginta dierum eſſe, ab initio nimirum æſtiui ſolſtitij per totam æſtatem. Et tunc ſolummodo, inquit, nauigationem inſtitue. ἑλκέμεν) Ionicum pro ἕλκειν. τότε) .ſ. quando erit tempeſtiua nauigatio. Locus alius eſt, ſed eodem pertinet, de tempeſtiua nauigatione. ἐνταύσασθε) .i. impone, ſeu inſtrue in ipſa, ab ἐνθάω .i. paro, inſtruo. ἄρμενον φόρτον) pro, ἁρμόδιον .i. aptum, & conueniens onus, das ſich drein ſchickt / .ſ. vt nauis habeat ſuum pondus & æquam libram: Nam multi ſtudio immoderati lucri nimis onerant nauem, vnde fit, vt cum nimio pondere premunt, ſeipſos vnà cum nauibus perdant: Quando vero ſunt minus oneratæ, tunc facilè euertuntur à ventis. ἄρηαι) Ionice, pro, ἄρῃ .i. reportes, auferas, ab ἄρω .i. tollo, aufero.

πλωίζεσκε) pro, ἐνεπορεύετο, vel, ἐνεωτίλλετο .i. nauigauit, à πλωίζω vel πλέω .i. nauigo. Inde πλόος vel πλόος .i. nauigatio. νηυσὶ) pro ναυσὶν. βίῳ) .i. victu .ſ. facultatibus, opibus. Q. d. cum valde premeretur inopia, coactus eſt nauigare.

t

gare. Cum nomen βίος sex significet, ornatum vitæ, alimenta, opes, artem, & mores, nunc potius hoc nomine victum, aut facultates intelligit Poëta. ἀνύσας) .i. penetrans, .ſ. cum confeciſſet longum iter per mare. ἀνύειν apud Platonem eſt proiter facere. Significat autem Poëta hic ſe in Ionia natum. ποτε) q. d. qui pater vtriuſq; noſtrum Aſcram peruenit, ibidemq; habitauit, emenſo, peragratoq; per nauem magno mari .ſ. Aegeo, relinquens ſuam patriam, quam nunc phriconidem appellant, vnam ex ciuitatibus Aeolicis. Sunt autem Aeolicæ ciuitates circa Mitylenem ſitæ & inſulæ ſimiliter. Eſt vero etiam altera Cuma in Italia, vbi nata fuit Sibylla. Et inſulæ Aeolides in Rhegio, hoc nomen acceperunt ab Aeolo, illarum quondam domino, Mathematico, & rerum nauticarum peritiſſimo, ideoq; etiam dominum fuiſſe ventorum fabulantur. Hæc Interpres. κύμη) Cuma, vt teſtis eſt Herodotus in vita Homeri. fuit patria parentum Homeri quondam iuxta flumen Meletem, vbi dicit natum eſſe Homerum, conceptum furtiuo concubitu, Ideo vocatus eſt Meliſigenes. Critheis mater commendauit eum cuidam ludimagiſtro, qui eum educauit & erudijt. Poſtea ſucceſſit ludimagiſtro. Eſt alia quædam Cuma in Italia, quæ fuit colonia Cumæ Aeolidis. Aeolis eſt pars littoralis Aſiæ, ibi olim fuerunt Cuma, Colophon, Smyrna, quæ ciuitates omnes contenderunt de patria Homeri, quælibet voluit ſibi vendicare ortum Homeri, cum illi vruenti nemo vellet præbere victum. φεύγων) h. e. venit huc non opulentiæ gratia, videlicet,

cet, pulsus à Tyrannis per inuidiam, sicut solet fieri in mundo, sed coactus propter angustiam rei familiaris & inopiam reliquit illum locum & demigrauit aliò. οὐκ) Ironica sunt ista & εἰθικα. Vult enim dicere, Non deseruerat patriam ideo, Quia non posset ferre inuidiam propter diuicias, Sed quia necessitas illum cogebat. ἄφενος) Dicitur diues, & neutro genere diuicia, proprie tamen reditus annui, jährlich einkommen / quasi ab ἔνος. Q. d. Non fugit metu Tyrannorum diuitias, sicut solet accidere diuitibus. ὄλβον) i. beatitudinem, felicitatem. Significat etiam honores, ehre vnd pracht.

νάσατο) .i. habitauit. Alij deducunt haud dubie à ναίω vel νάω. Significat autem habitare in loco aliquo, in quem quis transtulit sedem. ἑλικῶνος) .i. Heliconem montem Bæotiæ. ὀϊζυρῇ) .i. calamitoso, misero ærumnoso, & difficili. κώμῃ) .i. vico κώμη non est ciuitas, sed maior aliqua villa, siue maximum aliquod predium. κακῇ) .i. mala & incommoda. ἀργαλέῃ) .i. grauis & difficilis. οὐδέποτε ἐσθλῇ) .i. nullo tempore bona, conuenies, opportuna. χεῖμα) Dixit ab initio Poëta Aseram esse male habitabilem tam hyeme, quam æstate. In æstate quidem propter nimios ventos, quorum causam montis magnitudo præbet. Hyberno autem tempore propter niuem, quæ Aseram descendit, radijsq; solaribus liquefacta interdum defluendo incolas obruit. Non autem incommode hic versiculus prouerbialiter potest vsurpari de ijs locis, quæ nullo tempore sunt satis opportuna, & idonea

ad habitationem. τῶν) pro σύ, Dorice νν est paragogicum vel attractum ephelcum, nihil pertinens ad substantiam dictionis. ὦ ἔρον) Apostrophe est ad fratrem Persam, in qua adhortatur eum, vt omnia opera faciat suo tempore præsertim nauigationis opera. Quia illud requirat commodum tempus. ὠραίων) .i. maxime sis memor operum nauigationum. Quia tunc est maximum periculum, si quis incommodo tempore ingrediatur mare: Tunc enim periclitantur fortunæ, opes, & corpus affligitur. ὀλίγῳ) Quia & illa habet suum commodū. δέδῃς) .i. si voles ditescere, vtare maiore naui. φορτίον) .i. onus. à φέρω. μείζων) Addit rationem sui consilij, Quia in illa re lucrum accedit ad lucrum, videlicet, si fueris vsus grandioribus nauibus. ἔωσιν) Geminatum est σ propter versum. ἀπέχωσιν) .i. cuitent, arceant, abstineant, ab ἀπέχω .i. abstineo. ἀήτας) .i. si tempestas non euertet, aut obruet nauem.

εὖτ' ἂν) .i. si voles exercere mercaturam, fieri negociator, & opulentus, tunc docebo te, quanquam ego non sim peritus, sed Musæ me docuerunt. ἐμπολίῳ) .i. negociationem, mercaturam, Inde emporia, niederlage in den grossen hendel Stedten. ἀεσίφρονα) .i. nocendi cupidum, anxium, irrequietum, dolentem, vnruhig. χρέα) pro χρέεα .i. debitum, æs alienum. τρέψας) .i. conuerso animo. ἀτερπὸν) .i. tristem, fœdam. δείξω) Est veluti occupatio, stultum est profiteri artem, quam non didicerit. μέτρα) .i. vias, mensuras, spacia, modos. πολυφλοίσβοιο)

φλοίσβοιο) .i. stridentis, sonori, tempestuosi, procellosi, seu vndosi. Ficticia vox est, qua Poëta vsus est per antonomasiam, pro stridenti mari. φλοίσβος enim nihil significat. Quando enim concutiuntur procellæ vndæ inter se, tunc ille sonus, qui redditur, vocatur φλοίσβος. σεσοφισμένῳ) Sequitur occupatio, Quando animum tuum conuerteris, nimirum, á violentia & rapinis, volueriſq; negociando & debita & famem, euitare, ostendam, præscribanq; tibi rectam rationem nauigandi in mari, etiamsi rei nauticæ non sim admodum peritus. Neq; enim vnquam nauigaui, nisi in Eubœam siue Eurypian ab Aulide. Quod autem dicit, est interuallum omnino exiguum, nimirum, duarum aut trium horarum. Neq; enim Aulis ab Eurypo multum distat. σεσοφισμένῳ) .i. non eruditus in re nautica, seu, non peritus rei nauticæ, á σοφίζομαι .i. deceo. Inde Sophista olim Doctor vocabatur, Tyrannus apud Homerum in bonam partem. Nunc vero Sophisma dicitur vafrè cogitatum, & Sophista, qui cauillatur aliquid. ἐπέπλων) á πλόω, πλῶμι. ἀορ. β. ἔπλων, per breuem digressionem describit suam nauigationem & suum factum. εὐρέα) .i. in amplo mari.

εἰς εὔβοιαν) Græci conuenerunt in Aulidem, cum essent profecturi in Phrygiam, vt inferrent bellum Troianis. Vide Iphigeniam Euripidis. Hodie Eubœa vocatur Nigripontum non multo ante á Turcis magna vi occupata, in qua dicitur suas classes instruere. Hellas primum vocata est Thessalia, deinde tota Græ-

cia. Chalcis in Eubœa, Aulis in Græcia fuit sita. Attica & Bœotia contingunt sicut Turingia & Francia. ἐξ αὐλίδος) .i. ex Aulide quæ est in Bœotia, in littore versus Eubœam. Porrigitur autem Eubœa secundum longitudinem iuxta littus Atticæ & Asiæ. ᾗ) .s. in quam vrbem .s. Aulidem. Est breuis narratio historiæ. Virg. Quò sæpe solemus. μείνοντες) .i. expectantes, sustinentes, à μείνω. χειμῶνα) .i. hyemem seu tempestatem. ἄγειραν) .i. collegerunt, ab ἀγείρω .i. colligo. λαὸν) .i. populum seu exercitum .s. ad bellum Troianum. καλλιγύναικα) .i. pulchris fœminis præditam, aut, quæ habet pulchras mulieres. Hoc epitheton etiam est apud Homerum. Virg. 4. Aen. Non ego cum Danais Troianam exscindere gentem Aulide iuraui, &c. ἔνθάδε) id est, ex Aulide. εἰσεπέρησα) id est, traieci, nauigaui, à περάω .i. traijcio. Inde Pera ciuitas trans Constantinopolim.

χαλκίδα) .i. in Eubœam. ἐς ἄεθλα) .i. ad petenda præmia certaminum, aut ad certamen. Quia ibi præmia proponebantur canentibus. Quidam disputant extitisse certamen inter Hesiodum & Homerum, & victorem euasisse Hesiodum, quod neutiquam verisimile est. Nam Hesiodus vixit, cum anni centum post Homerum exacti essent, alquanto ante tempus exilij Babylonici. ἄεθλα dicuntur certamina & præmia certaminum. δαΐφρονα) .i. bellicosi, à δαΐς .i. fax, & φρονεῖν .i. sapere. Veteres enim solebant faces præferre in bello, præsertim autem præeuntes duces,

duces, quæ erant prima irritamenta. ἀμφιδάμαντι) Iste Amphidamas, cum esset rex Euboeæ, in bello nauali aduersus Erithræos periit, in cuius obitum filij eius edixerunt, & proclamari iusserunt certamina omnis generis, & magna præmia proposuerunt, quæ hoc loco προπεφραδμένα appellat. h. e. prius promulgata, prædeliberata, præparata, prædicta, pronunciata, proclamata publicè per præcones, à φράζειν i. dicere, & consulere. παῖδες) .s. filij Amphidamantis, qui fuit princeps vrbis Chalcidensis in Euboea temporibus Hesiodi, & cum ipse esset mortuus, tunc eius filij instaurarunt magnificè ludos funebres, & proposuerunt nobilia & preciosa munera certaminum, sicut solebat fieri in ludis funebribus, vt videre licet in lib. 5. Aen. & in 23. lib. Iliad. Homeri proposuerunt certamina curulia & equestria gladiatorũ, luctæ, cursus, item, Musices, & Poëtices. Ad illos ludos dicit Hesiodus se profectum, & ibi certasse cantu vel carmine, vicisse, & tripodem accepisse cum duabus ansis, & suspendisse in honorem Musarum in monte Helicone. ἔθεσαν) Talis fuit consuetudo, qualis & nunc est. Quando enim in aliqua ciuitate certamen iaculatorum instituitur, taurus bene sagimatus aut vas aliquod argenteum tanquam ἆθλον proponitur, mittuntur literæ ad vicinas ciuitates, aut ad alias longe distantes, prout est maius precium, Tunc veniunt ex vna ciuitate præstantissimi quiq; ibi ludis sese exercent. Postea qui est primus, arripit primum præmium, secundus alterum. Apparet illos

fuisse magis deditos & delectatos spectandis ludis. μεγαλήτορες) .s. Amphidamantis principis vrbis Chalcidensis in Euboea. Apparet fuisse ludos funebres, quos fecerunt filij Amphidamantis in honorem patris, vt scribunt post mortem Pauli Aemylij exhibitam esse vel actam Hecyram Terentij. νικήσαντα) .i. victorem, vel, cum vicissem, à νικάω vel νικέω. ὕμνῳ) .i. carmine sacro. φέρειν) .i. abstulisse.

τρίποδα) .i. tripodem, poculum, vel, magnum vas, in quo coquitur. Magnus vsus fuit tripodum & illi inter res pretiosissimas habiti fuerunt, graues ollæ, quibus vtebantur in calefacienda aqua, in lauando corpore, & illa vasa conseruabant valde munda & pura. Quia ipsi sua opera curabant magna cura & diligentia: Ideo fuerunt homines salubriores vel saniores, non coxerunt cibum, nisi loto corpore, laxauerunt poros, quod est valde salutare. In Homero etiam quidam proponit tripodem æstimatum precio 30. Ducatis. Athenæus author est tripodas significare pocula, nonnunquam mensas & sellas quoq;. D. Philippus in suis Annotationibus putat Hesiodum hîc loqui de poculo, quod aures habere soleat. & tres pedes. Græcos autem ansas vocare aures Germani quoq; testantur in sua lingua. Homer. 9. Iliad. ὠτώεντα) .i. auritum. h. e. habentem ansas. ὦτα .i. auris. Inde ὠτώεις .i. auribus. Nos vocamus etiam, ein ohr. Vocamus aurem, illam ansam in olla, vel, vase. Quia nostra Germanica lingua multum cognata est cum Græca, magh, quam cum Latina.

ἑλικῶν

ἑλικωνιάδ᾽ ἐσᾷ) .i. quæ coluntur in monte Helicone, qui fuit alter apex, aut alterum cacumen montis Parnaßi, & alterum eius cacumen habuit sacellum Musarum. Fuit enim mons sacer Musis In illo sacello dicitur Hesiodus fuisse sacerdos seu parochus. Ergo in suo sacello suspendit illum tripodem seu illam ollam, vt esset sacra Musis. ἀνέθηκα) .i. dedicaui, reposui, Suspendi tanquam sacrum consecraui. Inde anathemata dicuntur munera, seu donaria consecrata Dijs, sicut nostro tempore olim in papatu fuerunt quoq; suspensa anathemata, vt cereæ imagines & alia. In sacris vero literis vocatur anathema aliquid Diabolo consecratum ab ἀνατίθημι .i. offero, & repono tanquam Deo. ἄλλως. ἀναθέματα ἢ ἀναθήματα dicuntur donaria seu dona, quæ dicata Dijs suspenduntur in parietibus & columnis templi, cuiusmodi nunc visuntur potißimum iuxta monumenta diuorum statuæ argenteæ, equi aurei, pocula gemmata. Dicuntur etiam ἀνακείμενα Herodoto. Sic dicta ab ἀναθεῖναι. h. e. á seponendo, siue, suspendendo, aut quod nefas erat ea mouere loco. Hoc vocabulo etiam statuæ significantur templa, basilicæ, porticus, & alia vrbis ornamenta. Isocrates pro templis & sacris monumentis vtitur. Anathemata item dicti sunt sacri homines, quorum capita inferis Dijs dicata & deuota sunt, quemadmodum etiam latini veteres sacrum in malam partem vsurpabant. D. Hieronymus annotat ἀνάθημα omnium maledictorum extremum & summum esse, & significare id, quod prorsus deleri, & è medio

tolli necesse est, & propter quod Deus toti rerum naturæ irascitur, terra fruges negat, sol refugiens sistit cursum, amittit splendorem, Deniq; quod contagio suo nocet toti generi humano, vt ille inquit in Tragœdia, Discedite à me, ne vmbra mea noceat bonis. Hac voce bis vtitur Paulus Galat. 1. Si quis aliud Euangelium docet, ἀνάθημα ἔστω. Et 1. Cor. 16. Si quis non amat Dominum Iheſum Chriſtum ſit anathema Maranatha, &c.

ἐπέθησαν) .i. impulerunt, aggredi fecerunt, incitauerunt ſ. Muſæ, adduxerunt. Actiuè ſæpe ponitur βάλλω pro βιβάζω apud Homerum. λιγυφώνῳ ἀοιδῇ) .i. ad ſonoram cantionem .ſ. vt certarem carmine. Per Muſas ſignificatur ille diuinus impetus doctrinæ, ſine quo nemo fiat excellens aut magnus, & finxerunt nouem Muſas pro diuerſis generibus doctrinarum. ἐπέθησαν) ab ἐπιβαίνω vel ἐπιβιβάζω .i. ſtatuo, & tanquam greſſus rego. τόσον) Concluſio huius hiſtoriolæ. πεπείραμεν) à πείρομαι. πολυγόμφων) .ſ. quæ ſunt compactæ multis clauis, vel, quæ habent multos claues. Epitheton eſt nauium. ἀλλὰ) Correctio. Etſi ipſe non ſæpius nauigaui, tamen te docebo rationem nauigandi. Quia ego didici à Muſis. νόον) .ſ. quiſit animus Iouis, non tantum de nauigatione, ſed etiam de alijs rebus. αἰγιόχοιο) .ſ. qui tenet Aegida. μέσσαι) Q. d. ego ſum edoctus à Muſis. h. e. diuinitus. Ideo ea poſſum docere, etiamſi non ſum ipſe expertus, ſicut Cicero de Arato ait, quod commodè & rectè deſcripſerit ſydera, etiamſi ipſe non

non fuerit Mathematicus. ἐδίδαξαν) .i. laureatus sum á Musis, non ab Imperatore. Sic Braßicanus est laureatus á Cæsare, Eobanus vero Hessus á Musis. Huc refer de impetu naturali, Est Deus in nobis, agitante calescimus illo, &c. Vere dicitur de omnibus excellentibus artificibus. ἀθέσφατον) .i. diuinum, sacrum, egregium hymnum, vel immensas laudes Deorum. ἐρέω) Ionice, pro ἐρῶ Quod Hesiodus gloriatur se á Musis edoctum esse, significat omnes artifices, qui volunt excellere in aliqua arte, opus habere impetu naturali, quem impetum seu furorem recte Aristoteles φυσικὰς ἀρετὰς dixit. h. e. singulares quosdam motus naturales. Horum facit etiam mentionem Cicero in Oratione pro Archia Poëta, nullum magnúm virum sine aliquo afflatu fuisse. D. Philippus recte allegat exemplum Homeri, qui elegantißimè huiusmodi iudicium in homine & hunc motum, qui existit in Heroicis animis, auream catenam cœlo dimissam esse dixit, Significans singularem quandam vim supra captum communem vulgi diuinitus dari. Physici harum inclinationum aliquam causam in temperamento constituunt, quod ex aliqua parte stellæ efficiant.

TEXTVS.

Ηματα πεντήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο,
Ες τέλος ἐλθόντος θέρεος καματώδεος
ὥρης,

Ωραῖος

Ωραῖος πέλεται θνητοῖς πλόος, ὅτε κε νῆα.
Καυάξαις, ὅτ' ἄνδρας ἀποφθίσει θάλασσα,
Εἰ μὴ δὴ πρόφρων γε ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Η ζεὺς ἀθανάτων βασιλεὺς ἐθέλησιν ὀλέσσαι.
Εν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶντε.
Τῆμος δ' εὐκρινέες τ' αὖραι, καὶ πόντος ἀπήμων,
Εὔκηλος, τότε νῆα θοὴν, ἀνέμοισι πιθήσας,
Ελκέμεν ἐς πόντον, φόρτον δ' εὖ πάντα τίθεσθαι.
Σπεύδειν δ' ὅττι τάχιστα πάλιν οἴκονδε νέεσθαι.
Μὴ δὲ μένειν οἶνον τε νέον, καὶ ὀπωρινὸν ὄμβρον.
Καὶ χειμῶν' ἐπιόντα, νότοιό τε δεινὰς ἀήτας,
Ος τ' ὤρινε θάλασσαν ὁμαρτήσας διὸς ὄμβρῳ
Πολλῷ ὀπωρινῷ, χαλεπὸν δέ τε πόντον ἔθηκεν.
Αλλος δ' εἰαρινὸς πέλεται πλόος ἀνθρώποισιν,
Ημος δὴ τὸ πρῶτον, ὅσον τ' ἐπιβᾶσα κορώνη
Ιχνος ἐποίησεν, τόσσον πέταλ' ἀνδρὶ φανείη
Εν κράδῃ ἀκροτάτῃ, τότε δ' ἄμβατος ἐστὶ θάλασσα.
Εἰαρινὸς δ' οὗτος πέλεται πλόος, ὅ μιν ἔγωγε
Αἴνημ'.

Αἴνημ᾽. ἐγὼ δ᾽ ἐμῷ θυμῷ κεχαρισμένον ἐσὶν,
Ἁρπακτὸς: χαλεπῶς κε φύγοις κακὸν. ἀλλά νυ κεἰ τὰ
Ἀνθρωποι ῥέζουσιν ἀϊδρείῃσι νόοισι.
Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.
Δεινὸν δ᾽ ἐσὶ θανεῖν μετὰ κύμασιν. ἀλλὰ σ᾽ ἄνωγα
Φράζεσθαι τάδε πάντα μετὰ φρεσὶν, ὥς σ᾽ ἀγορεύω.
Μὴ δ᾽ ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι,
Ἀλλὰ πολὺ λείπειν, τὰ δὲ μείονα φορτίζεσθαι.
Δεινὸν γὰρ πόντῳ μετὰ κύμασι πῆματι κύρσαι.
Δεινὸν δ᾽ εἴ ἐπ᾽ ἄμαξαν ἐπέρσιον ἄχθος ἀείρας,
Ἄξονα καυάξαις, τὰ δὲ φορτί᾽ ἀμαυρωθείη.
Μέτρα φυλάσσεσθαι, καιρὸς δ᾽ ἅπὶ πᾶσιν ἄριστος.

VERSIO.

Dies quinquaginta post conuersionem Solis
Ad finem veniente æstatis molestæ tempore
Tempestiua est mortalibus nauigatio, nec certe nauem
Fregerit, neq; nautas perdiderit mare,
Nisi sane promptus Neptunus quatiens terram
Aut Iuppiter Deorum rex velit perdere.

In his

In his enim euentus est bonorum & malorum.
Tunc vero serenæ auræ, & mare innocuum,
Tranquillum, tunc nauem velocem, ventis confidens,
Trahe in mare, Onus autem totum bene impone,
Propera autem quàm celerrimè iterũ domum redire,
Neq; expecta vinum bonum, & autumnalem imbrem,
Et hyemem venturam, Notiq; sæuos flatus,
Qui commouet mare, comitans Iouis imbrem
Copiosum, autumnalem, sæuum vero mare facit.
Alia autem verna est nauigatio hominibus
Quando vtiq; primum, quantum ingrediens cornix
Vestigium fecit, Tantum folia homini appareant
In ficu summa, tunc meabile est mare.
Verna autem hæc est nauigatio, non eam ego tamen
Laudo. Non enim meo animo grata est
Violenta. Difficulter quidem effugeris malum, Sed tamen & hæc
Homines faciunt stultitia mentis.
Pecunia enim est vita miseris mortalibus.
Miserum vero est mori in fluctibus. Sed te iubeo
Cogitare omnia in animo, vt tibi consulo,
Ne vero in nauibus omnes facultates concauis pone,
Sed plura relinquito, pauciora vero imponito
Periculosum est in fluctibus maris in malum incidere
Periculosum etiam est, si quis super currum grandi onus imponens
Axem fregeris, onera vero corrumpantur,
Modum serua, Occasio vero in omnibus optima.

VALLA.

Aequora tuta legant instructo remige puppes,
Quem decies quinque est series exacta dierum
Aestiuum post solstitium, & iam deficit æstas:

Nam

Nam neq; tunc classes medio nec nauita ponto
Obruitur, ni forte velit Iouis alta potestas,
Aut Deus ipsarumq; parens Neptunus aquarum,
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.
At lenes spirant Zephyri, tranquilla quiescunt
Aequora, tunc celerem ventis committe carinam.
Vadat onusta, tamen reditum properare memento,
Quàm prius ipsa nouos fundant vineta liquores,
Autumniq; imbres & hyems infausta procellis,
Aut Notus insurgat pluuia rorantibus alis,
Incumbatq; mari, totumq; euoluat ab imo.
Exercent etiam studium nauale sub ipso
Vere nouo, cum se tam latas arbor ab alto
Induit in frondes, quantum vestigia cornix
Pandit humi depressa: silet, tunc nabilis vnda.
Ast ego nauigium graue tunc, semperq; molestum
Crediderim, hoc naturæ homines leuitate nephanda
Subtraxêre, agitant diuersa pericula fluctus,
Et tamen ire placet, quanquam mors dura sub vndis
Diuitiæ fiunt hominum, atq; insanus habendi
Ardor, ad hæc animum germane intende parumper,
Concipe fraternos monitus, maria alta secando
Fac tecum ne cuncta vehas, maiora reserua,
Nec nimis est oneranda ratis, sit ponderis æqui
Quicquid in hac, durum est aduerso occurrere fato,
Fluctibus in mediis currus discinditur omnis
Si grauius super instat onus: seruare memento
Mensuram in rebus, & idonea tempora ad vsus.

FRISIVS.

Quinquaginta dies post, quàm se vertit ab vsto
Sol Cancro, æstatis iam parte cadente suprema,

Est op-

Est opportunum fluctus intrare marinos.
Non facile franges nauem, aut homines mare perdet,
Perdere si nolit princeps Neptunus aquarum,
Siue Deum simul atq; hominum rex Iuppiter altus,
Namq; per hos pariter stat cardo boniq; maliq;,
Non varij tum flant venti, iacet vnda quieta,
Tum trahe confidens ventis securus in altum
Nauem, ac sarcinulas impone suo ordine cunctas.
Ne differ reditum, citò sed properato reuerti,
Neu pluuiam autumni expectes, Bacchumq; recentem,
Insanosq; Noti flatus, hyememq; sequentem:
Namq; autumnali pluuia comitatus abundè,
Fluctibus horrisonis imum mare concutit auster.
Est iter est aliud per pontum tempore veris,
Cum primum apparent frondes in vertice fici
Tantæ, quanta pedum reddit vestigia cornix
Per terram incedens, tum fit via peruia ponti,
Atq; hic est cursus, qui fit sub tempora veris.
Sed nulla ille animo nostro ratione probatur
Maturus nimium, datur ægrè euadere cladem.
Attamen hæc homines cæci mente omnia tentant,
Nam miseris anima est dirum mortalibus aurum,
Sed durum oppetere ac submergi gurgite falso est.
Hinc præceptorum volo te memorem esse meorum,
Nunquam quicquid habes totum committe carinis,
Plura domi linquens, pauciſſima credito naui.
Nam graue damna pati medijs in fluctibus atris,
Vt graue si plaustri nimio sub pondere pressi
Axis frangatur, res dispergantur & omnes,
Hinc modum ama, bonaq; in re occasio prævalet omni.

DISPO-

DISPOSITIO.

ἥματα) Aliud præceptum de æstiua nauigatione ſpirantibus videlicet Eteſijs. Sunt autem Eteſiæ venti, qui certo anni tempore poſt ortum Caniculæ ex alia atq; alia parte ſpirant Gell. lib. 2. cap. 22. Probat autem hoc tempus nauigationis ſub finem æſtatis, circa feſtum Iacobi, ſeu circa feſtum Cathedræ Petri & Laurentij, vſq; ad feſtum Bartolomæi vel quatuordecem dies poſt Bartolomæi circa menſem Auguſtum, & ſub initium Septembris. Tunc enim eſſe commodum tempus nauigandi. Quia mare eo tempore ſit onuſtum ſuo gramine, quod innatat, vt non poſſint facile perflari aut concitari vndæ. Circa feſtum Iacobi, Sole exiſtente in Leone & Virgine, ſatis commoda eſt nauigatio, & tunc homines ſolent nauigare in mari Balthico. Duplex eſt nauigatio verna, Prima eſt minus tuta, Quia aqua tum eſt leuis. Altera eſt tuta, quæ fit poſt ſolſtitium æſtiuum. Rectè igitur Poëta iam digreditur ad promiſſam doctrinam de ratione & occaſione nauigandi, & inquit, Quando Sol declinauerit poſt ſolſtitium æſtiuum per quinquaginta dies & iam æſtatis tempus feruidum. h. e. tempus anni laborioſum & operoſum ad finem verget, tum ſcias tempus nauigationis eſſe optimum & commodiſſimum, neq; illo tempore periculum erit tuam nauim fractam iri, à fluctibus nimirum & vehementia flatuum, neq; homines naufragia facient, niſi aliquid

noui & inusitati acciderit in mari, aut Deus ventis & elementis imperans, repugnauerit tuæ fælicitati. Illud igitur tempus obserua, tuamq; nauem solue eo tempore. Quia tum flatus ventorum sunt leues & temperati, & mare tranquillum & innoxium. Sed reditum quoq; matura, nec foris emaneas, vsq; ad vindemiam & autumnum, ne obruaris pluuijs autumnalibus & Austri flatibus.

εἰ μὴ δή τι πρόφρων γε) Addit correctionem, Illo tempore nihil erit periculi, nisi peculiari aliquo consilio hoc accidat. Impossibile est enim effugere malum, si Deus nos velit punire, Wenn vns vnser HErr Gott straffen wil / so kan er vns wol finden / wenn wir vns in ein Mense loch (wie man sagt) verkrochen hetten. Quod autem hîc de periculis nauigationis dicitur, idem de morte omnium hominum est intelligendum, sicut Demosth. περὶ στεφάνου dicit, πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὑτὸν καθείρξας τυγχάνῃ, H. e. Mors enim est finis vitæ omnibus mortalibus, etsi in cauea aliquis se includens obseruet, Propert. lib. 2.

Ille licet ferro cautus se condat in ære
Mors tamen inclusum protrahet inde caput.

Item, Vnum omnibus finem natura vel ferro septis statuit.

ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν) Egregius est versiculus, qui nos de multis grauissimis rebus admonet.

Primum

Primum, quod innumerabiles homines, qui in secundis rebus aut mediocribus difficultatibus tenent hanc persuasionem, res humanas Deo curæ esse, ijdem cum incidunt in magnas ærumnas, prorsus hanc persuasionem amittunt, & cogitant casu & sine vllo Dei consilio misceri omnia, oriri & occidere alia placidius, alia durius. Deniq; his telis præcipuè Diaboli spiritus mendaces, sautiant animos in ærumnis, vt Deum contumelia afficiant, excitatis furoribus Epicuræis. Quare sciendum est, iuxta sententiam Ieremiæ in Threnis cap. 3. ex ore altissimi tam bona, quam mala egredi. Item Esa. 45. Dominum formare lucem, & creare tenebras, facere pacem, & creare malum, videlicet, pœnas, Ipsum loqui iusta & annunciare vera. Bona igitur & mala sunt à Deo. Bona eueniunt, vt ea bonitati diuinæ aſcribamus, atq; hoc nomine gratias agamus, ne ingratitudine nostra offensus imponat finem bonitati erga nos, ac postea deserat, quos prius paterno amore fuerat tutatus. Mala vero propter peccata nobis immittit, non vt perdat nos, sed vt nos retrahat ad pœnitentiam, aut exuscitet, vt crescant in nobis timor, fides, inuocatio, & cæteræ virtutes. Cum hæc bona voluntas Dei conspicitur, iam accedere animus ad Deum & se subijcere ipsi vtcunq; incipit, & tolerat pœnam, seu ærumnas placidius.

Rectè igitur, licet Ethnicus Poëta, Hesiodus sentit de prouidentia Dei, quod sit Deus causa non culpæ, sed pœnæ, Quia Deus tot ingentibus ærumnis homines subijciat propter peccatum, non vt ruant in æter-

num exitium, sed vt agnoscant iram Dei aduersus peccata, & hac admonitione retrahantur ad pœnitentiam, & redeant ad Deum opitulatorem. Quàm difficilè autem sit in summis ærumnis, Deum non deserere propter pœnas, quas nobis infligit, experientia multorum hominum testatur.

σπεύδειν δ' ὅπως τάχιστα) Præceptum est dignum memoria, quod tradit hoc loco Poëta, videlicet, quam celerrimè esse redeundum domum. Addit autem causas tres, quare melius sit illam nauigationem ante autumnum conficere. PRIMA est, quod nouum vinum remorari soleat institutam nauigationem. SECVNDA est, quod imbres autumnales, & tempestates, quotidie impendentes, & sæuissimi flatus Austri maximè tum insaniant. Itaq; non esse tutum tum se mari velle committere, & commodam nauigationem propter pocula musti negligere. TERTIA est, quod consultum videatur bono patrifamilias, vt cito redeat domum ex peregrinatione, siquidem oculus domini, vt dici solet, saginet equum, & fimus de calceis Domini cadens, optime stercoret agrum. Inde Aeschylus in Tragœdia Persa Domini præsentiam oculum domus vocat, ὄμμα γαὺρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν. Sic Cato in libro de re rustica cap. 4. *Si bene, inquit, ædificaueris, libentius & sæpius venies, fundus melior erit, minusq; peccabitur, fructi plus capies, frons occipitio prior.* Plin. lib. historiæ mundi 8. cap. 50. *Eum tamen (inquit) qui*

bene

bene habitet, sæpius ventitare in agrum, frontemq; Domini plus prodesse, quam occipitium non mentiuntur.

ἄλλος δ' εἰάρινος) Præceptum est de alia verna nauigatione, quam describit á signo. Q. d. est etiam alia nauigatio cum periculo coniuncta, mihi non grata, quæ fit verno tempore, quando videlicet in ficu tanta apparuerint fólia, quantum est vestigium cornicis super terram incedentis. Hæc quidem nauigatio est ambigua, mihiq; displicet. Addit tamen correctionem, qua deinde peruenit in locum communem, quod omnia obediunt pecuniæ. Quia tunc temporis tamen solent homines nauigare, qui sunt cupidi pecuniæ & lucri auidiores. Quidam enim hominum pecunias æquiparant vitæ suæ. Idem dicit Christus in Euangelio Luc. 21. de ficu, Quando videtis ficum protrudere gemmas, scitis instare æstatem. Quia omnium arborum prima floret ficus. Hippocrates damnat autumnum ea de causa, quod tabidis ac extrema consumptis macie pernitiosus sit, Idq; nulla alia de causa accidit, quàm quod graciles & ex quacunq; occasione extenuati, á causis exterioribus facillime ledantur, quod scilicet carnibus, omniq; pinguedine prorsus destituti, nullum omnino propugnaculum habeant, quod illos ab iniuria externarum causarum vindicet. Cum vero autumnus sit inæqualis ac varius, nihil mirum si tabidi in eo plus obesis & carne munitis offendantur. Quod magis accidere solet, vbi propter pulmonis exulcerationem tabidi sunt. Quippe autumni frigus in profundum.

funlum, subiens, pulmonem potißimum, aliasq; principes partes lædit ac infestat.

χρήματα γὰρ ψυχῇ πέλεται δ' ἀλοῖσι βροτοῖσι) Addit causam impulsiuam, cur homines in tantam stultitiam incurrant, & dicit hoc fieri tantum nimio studio pecuniæ corradendæ. Q. d. Homines adeo sunt auari, vt propter aliquam tenuem spem lucri in maxima pericula se conijciant. Epiphonema est, propter pecuniam nihil non suscipiunt homines, Imò homines perinde pecuniam amant, ac suam vitam, animam vendunt lucro, id quod cernere est in mulieribus, quæ prostituunt sua corpora lucri causa, propter pecuniam violant diuina mandata fœneratores, prædones, fures, & alij impostores, cuius generis peccata certe plurima sunt in mundo. Quid enim tam vsitatum est, quàm pecuniæ causa violare iusticiam? iuxta tritum Teutonica lingua prouerbium, pecuniarum gratia fieri homines nequam & improbos, Geldt macht Schelcke.

Viennæ ante paucos annos quidam pistor habuerat ministrum, cui nomen erat Paulus. Hic cum penitus perspectis ac exploratis ædibus cognouisset, quibus in arculis pecunia solebat asseruari, nocte quadam se in eandem domum insinuans, ex ordine cædes quinq; hominum crudelißimè commisit, ac primum quidem seruum dormientem in scamno trucidauit, exinde ancillam, postea patremfamilias & coniugem cubantes in eodem lecto, iugulauit, Quibus interfectis cum accederet ad alium lectulum, in quo erat filiola

adhuc

adhuc admodum parua, exclamauit illa eiulans, Ah Paule, obsecro parce, nec eripe mihi vitam, accipies omnes meas puppas, cum voles. Sed Diabolus impulit hunc latronem, vt pergeret, & furorem in eo confirmauit. Occidit igitur & miseram puellulam, compilataq; domo & pecunia ablata fugiens Vienna, peruenit Ratisbonam, quæ abest à Vienna ad quinquaginta milliaria Germanica. Verum Deus ipse est executor suæ regulæ, Quicunq; gladium acceperint, gladio peribunt.

Propterea latro iste, quanquam tot milliarium interuallo discesserat, diuinitus tamen ad pœnam retractus, & in iudicium capitis adductus, Viennam iniectis catenis remissus est, vbi & hasta seu veruto transfixus, innocentium sanguinem supplicio meritò luit. Suspensus autem in veruto, seu affixus præacuto palo, clamitabat miserabiliter, cæteros cruciatus corporis omnes, quos perferret, nequaquam sibi tam acerbum dolorem imurere, quàm acrem morsum, sensumq; doloris efficiat recordatio vocis puellæ, Ah Paule, sinas me viuere, dabo tibi omnes meas puppas. Ità mortuus est hic fur & latro in atrociſsimi supplitij tormentis, & horrendis conscientiæ cruciatibus. Tantis peccatis implicat, tamq; triſtes ac Tragicos exitus affert Mammona.

δεινὸν δ' ἐσὶ πανεῖν) Miserum est aliquem perire in vndis. Recte dixit Horatius lib. 1. Epist. 1. Impiger extremos currit mercator ad Indos, per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Huc per-

timent sententiæ cùm latinorum, tùm Græcorum. Ouid. Meta. 1. Effodiuntur opes, irritamenta malorum. Iuuenal. Satyr. 14. Lucri bonus est odor ex re

Qualibet, illa tuo sententia semper in ore
Versetur dijs, atq; ipso Ioue digna Poëtæ,
Vnde habeas, quærit nemo, sed oportet habere.

Propert. lib. 3.

Ergo sollicitæ tu causa pecunia vitæ es,
Per te immaturum mortis adimus iter.

Manlius lib. 4. Astro.

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis?
Torquemurq; metu, cæcaq; cupidine rerum?

Publius in Mimis, Auarus ipse miseriæ causæ est suæ, &c. Item Græcus senarius, κακὸν μέγιστον ἐν βροτοῖς ἀπληςία, H. e. maximum malum est inter mortales auaritia. D. Paulus 1. Timoth. 6. Radix omnium malorum est amor pecuniæ. Qui loci taxant illam infinitam auaritiam & rapacitatem illorum quibus nihil satis est, & docent, vt necessarijs contenti simus, & his frugaliter & parce vtamur.

Dei voluntas igitur est, vt nos homines diligenter & iusto ordine præstemus & vrgeamus labores vocationis proprios, ordinate quæramus victum, defensionem, & vitæ præsidia, Verumtamen, vt interim sciamus labores humanos nullo modo sufficere, sed oportere Dei auxilium, & efficacem benedictionem accedere. Itaq; semper fiat coniunctio inuocationis & laboris.

μηδ'

μηδ' ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα) Alud præceptum, quod tamen eodem pertinet, Non esse totam substantiam committendam fortunæ, sed aliquam partem, vt si illa pereat, non tamen ille funditus pereat. Sententia enim huius loci est, Nauigaturus non imponas omnes tuas facultates nauibus ad mercaturam exercendam, sed habita ratione inconstantiæ maris, tertiam partem tuorum bonorum impende negociationi. Alias vero duas partes domi relinquas. Est enim periculum valde graue & horrendum, se committere fluctibus cum naue onerata.

δεινὸν δ' εἰπὲ ἐφ' ἅμαξαν) Iam accommodat hunc locum ad aliud exemplum, & est argumentum ductum à minori ad maius, nempe, ab onusto plaustro. Quia si quis in contimenti plaustrum aliquo pondere supra modum oneratur & axis frangitur, tum graue importat periculum, eo quod ruina sua res omnes pessundat & ad nihilum redigit, multo magis hoc solet vsu venire in nauigatione, vt nimium multo magis hoc solet vsu venire in nauigatione, vt nimium multa vehendo periculum accersat & nihil perficiat.

μέτρα φυλάσσεσθαι) subijcit γνώμην, quia concludit totam disputationem de nauigatione, & dicit modum siue mensuram seruandam esse in omnibus negocijs, & occasionem atq; opportunitatem consentaneam. Iuxta dictum Horatij, Omnibus adde modum, modus est pulcherrima virtus. Sunt autem in omnibus rebus duo obseruanda, Primum est obseruandus modus in omnibus rebus suscipiendis & agendis. Al-

terum est opportunitas temporis, quæ etiam diligenter est seruanda, sicut extant elegantissimi versiculi apud Virgilium 4. Aen.

Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus, &c.

Phocylides, πάντων μέτρον ἄριστον, Mediocritas in omnibus optima est. Huc referatur humanissimum præceptum mulierculæ cuiusdem de ancillis non nimis indulgenter, nec nimis acerbè regendis. Scias imitanda tibi esse organa Musica, quæ nimium remissa dissonant, rumpuntur autem, si nimium intendantur, Idem de ancillis accidit, nimia remissio dissonantiam & contumaciam in parendo afferunt, nimis autem vehemens coactio naturam destruit. Sed cogitandum est mediocritatem in omnibus optimam esse, Ac maxime prodest in Imperijs hæc moderatio. Celebratum dictum Imperatoris Maximiliani I. Halt maß / Serua modum. Item apud Terent. in Andria, Nequid nimis, zu viel ist vngesund.

EXPLICATIO
TEXTVS.

ἤματα) Virg. 1. Georg. huc alludit, Et quando insidum remis impellere marmor Conueniat, &c. Eobanus hos versus sic reddidit,

Quinquaginta actis post æstiuale diebus
Solstitium, cum iam torrens desæuijt æstas
Tunc opportunum remis impellere marmor.

μετὰ

μετὰ τρόπας) .i. post conuersionis. h. e. post solstitium æstiuum. Aequinoctia autem & solstitia dicuntur τρόπαι. ἠελίοιο) pro, ἡλίου, Ionicè. καματώδεως) .i. laborioso, vel, molesto. Q. d. quando decurrit æstas ad finem, & æstus nonnihil est remissior factus. Quia tunc minimum est ventorum, & tantum spirant Etesiæ. h. e. annui venti. Spirant autem ab occasu solstitiali versus ortum brumalem, Ergo tunc est commoda & opportuna nauigatio. καυάξαις) pro, καταάξαις, σωτηρίαις .i. fregeris, à καυάζω .i. frango, Aeolicè. Mallem legere κᾆν ἄξαις, pro, ἂν ἄξαις vt sit modus potentialis ab ἄγνυμι frango, vel per ὕφεν καυάξαις. ἄνδρας) .i. viros, homines, nautas. ἀποφθίσεις) .i. perdiderit, vel extinxerit ab ἀποφθίνω. πρόφρων) .i. volens, promptus, prouidus, ἐνοσίχθων) pro, ὁ κινῶν τὴν γῆν, id est, concutiens terram. Est enim aqua causa terræ motuum, & terræ motus dicuntur fieri à Neptuno.

ᾧ τοῖς) Nam in mari & Deo situs est finis tam bonus quàm malus nauigantibus. τέλος) .i. finis, summa, exitus, euentus. τἄμος) De nauigatione ante autumnum hìc loquitur. Cohærent autem hæc cum superioribus. εὐκρινέες) .i. serenæ, benè temperatæ, placidæ, liquidæ, ἀ κρίνω .i. sereno. ἀπήμων) .i. innocuum, innoxium, sine damno & calamitate. εὐκηλος) .i. bene placatum, quietum, tranquillum, ἀ κηλέω .i. demulceo. stille. Q. d. tunc est commodissima & tutissima nauigatio. Tunc enim sunt

consumpti

consumpti illi halitus, qui scient violentiores flatus vel ventos. θοὼ) .i. velocem, celerem, rennschiff / ἀ θέω .i. curro. Onerariæ ciues (lastschiff) dicuntur, quæ sunt oneri ferendo idoneæ, φορτηγοὶ á Græcis dictæ. Appianus vocat ὁλκάδ᾽ας, Cæsar Graues. Onerariæ ad frumentum vehendum aptæ, frumentariæ dicuntur á Græcis σιτηγοὶ. Cæsar in 3. de bello ciuili. ὁπλιταγωγοὺς Thucidides 5. vocat naues paratas ad vehendos milites armatos, vel στρατιωτίδ᾽ας. πιθήσας) .i. credens, confidens, á πιθέω .i. credo, confido. ἑλκέμεν) pro ἕλκειν, Infin pro imperat. τίθεσ) .i. bene compone. Infin. pro imper. πευδ᾽εν) .i. vide, ne suscipias diuturnam & longinquam nauigationem, vt possis redire domum ante autumnum. ὀπώρη) .i. autumnus. χείμων significat tempestatem & hybernum tempus.

ἐπίοντα) .i. venturam. futuram, quotidianam, proximè accedentem, sequentem, & impendentem. Sic etiam in oratione Dominica & ἐπιοῦσα dies dicitur, dies impendens, & subsequens. Notus ventus nomen habet á νοτίς .i. humor. Quia est humidus ventus, qui ciet tempestates & pluuias. ὤρινε) id est, commouet, solet commouere vel concitare. ὁμαρτήσας) .i. comitans. Verba sequendi apud Græcos construuntur cum datiuo, sicut Germani dicunt, Ich folge dir nach. Latini vero dicunt, Sequor te. τίθημι) .i. statuo, pono, facio, reddo. πολλῷ) .i. multum, copiosum. χαλεπὸν) .i. sæuum. h. e. solet ingentes fluctus in mari concitare. Huc vsq; dixit Poëta de nauigatione

uigatione ante autumnum. εἰαρινὸς) .i. verna, propter carmen posuit, ab ἔαρ vel εἶαρ .i. ver. ὠλεσσα) .i. ingrediens, insistens, ab ἐπίφημι. ἴχνος) .i. vestigium, Inde ἰχνεύειν .i. inuestigare. φέταλα) .i. frondes vel folia .s. in arboribus. κραδίη) .i. ficu. κραδίη pro συκῆ .i. ficulnea arbor apud Atticos sumitur. Q. d. Cum videris ficum protrudentem folia tempore veris tantæ magnitudinis, quanta sunt vestigia cornicis, tunc est commoda nauigatio. τόσον) .i. tantæ magnitudinis. ἔσον) .i. quantum. Græci sæpe vtuntur pro aduerbijs. ὅσον, τόσον respondent inter se. Q. d. Quando cornix ingreditur per pulueres, tunc imprimit vestigium. Quando frondes se iam explicant, extrudunt teneras gemmas, sed non se planè explicuerunt, tunc est accessum, & meabile mare. ἄμβατος) pro ἀνάβατος, aut ἐνεπίβατος .i. peruium, ascendibile, aptum ad nauigandum, nauigabile. ἄνημι) pro αἰνῶ, & per paragogen Atticam αἴνημι .i. laudo. κεχαρισμένος) ἁ χαρίζομαι .i. gratificor. Q. d. non est gratificata meo animo, vel, mihi non placet.

ἐστὶν) Quia non est apta nauigatio propter inconstantiam, Multum est crudorum vaporum, qui quando resoluuntur, facile cient ventos grandes & sæuos. ἁρπακτὸς) .i. raptrix vel violenta. Quia oportet aliquem ponere vitam & fortunas in periculo. Si quis euadit, quasi pro lucro debet hoc existimare, quod euasit, vel, dicitur violenta, quia fit alieno tempore per occasionem, vel propter necessitatem. Hinc dicitur

ἁρπα-

ἅρπακτὸς homo proiectæ audaciæ, temerarius, qui nulla ratione ad res dubias & incertas rapitur. χαλεπῶς) .i. vix, difficulter. κεφύγοις) .i. queas effugere, ἀ φεύγω .i. fugio. ἀλλά νυ) Redit ad locum communem, Difficulter effugerit quis malum. h. e. vix euaserit illo tempore naufragium. Quia mare turbatur tunc varijs tempestatibus. Sed tamen hæc homines faciunt insciti a, stulticia, imperitia mentis, temeritate quadam animi, exponunt vitam, & capita sua manifesto & euidenti periculo. Q. d. tanta est temeritas hominum, qui etiam ipsum petunt cœlum, neq; quicquam inacceſſum relinquunt. Est ille locus Horatij, Audax omnia perpeti, Gens humana ruit per vetitum nefas, lib. 1. Carm. 1. Ode. ξείσσιν) ἀ ξέζω .i. facio, designo. καὶ τὰ) pro, καὶ ταῦτα .i. etiam ista, vernam nimirum nauigationem. δεινὸν) .i. miserum, grande, δεινὸς dicitur potens. Deinde dicitur de homine acri & vehementi. Postea dicitur etiam excellens, vt Demostheni tribuitur δεινότης dicendi. Deinde in malam partem significat interdum malum, interdum miserum. θανεῖν) .i. submergi, ἀ θνήσκω .i. morior. ἀγορεύω) .i. dico, præcipio, concionor. βίον) .i. victum, substantiam, facultates, patrimonium. κοίλῃσι) .i. concauis, Inde κοῖλον .i. cœlum, à concauitate nomen habens. ϖλέω) pro, ϖλείωνα. λείπειν) .i. domi relinquas vel retineas. μείονα) .i. pauciora, minora. φορτίζεσθαι) .i. imponas pro onere, ἀ φορτίζω, Inde φόρτος & φορτία. Q. d. minore parte opum tuarum oneres naues. κῦρσαι) .i.

casu

casu incidere, Sicut Germani dicunt, Es ist jhm begegnet/ ἀ κύρω .i. incido. Debet habere, ἔκυρα. σ acceßit per sinæresin. Hic est ἀορ. β. Doricum paß. voc. infin. mod. Inde κύρμα apud Homerum aliquoties dicitur aliquid, in quod quis incidit. πήματι) .i. in cladem, periculum. ἀείρας) ab αἴρω vel ἀείρω .i. tolle. ἄξονα) .i. axem, qui sustinet rotas, est fulcrum, aut basis ipsius currus. καυάξαις) ἀ καυάγω vel καυάζω .i. frango. ἀμαυρωθείη) .i. onera imposita currui fient deteriora, vel, minora. Quando enim aliquis frangit currum, tunc facilè aliquid damni accipit. ἀμαυράω .i. obscuro, attenuo. ἀμαυράομαι .i. .i. attenuor. ἀορ. α. vocis paßiuæ hoc loco. καιρὸς) .i. opportunitas, occasio, tempus.

TEXTVS.

Ὡραῖος δ' γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι,
Μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων,
Μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλὰ: γάμος δ' τοι ὥριος οὗτος.
Ἡ δ' γυνὴ τέτορ' ἡβώῃ, πέμπτῳ δ' γαμοῖτο.
Παρθενικὴν δ' γαμεῖν, ὥσκ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς.
Τὴν δ' μάλιστα γαμεῖν, ἥ τις σέθεν ἐγγύθι ναίει,

Πάντα

Πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδὼν, μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς.
Οὐ μὲν γὰρ τοι γυναικὸς ἀνὴρ λήϊζετ' ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς ὀϊ ῥίγιον ἄλλο,
Δειπνολόχης, ἥτ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα
Εὖεν ἄτερ δαλοῦ, καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν.
Εὖδ' ὄπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶναι,
Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον.
Εἰ δέ κε ποιήσῃς μή μιν πρότερος κακὸν ἔρξῃς.
Μὴ δὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν. εἰ δέ κεν ἄρχῃ
Η τι ἔπος εἰπὼν ἀποθύμιον, ἠὲ καὶ ἔρξας,
Δὶς τόσα τίννυσθαι μεμνημένος. εἰ δέ κεν αὖθις
Ηγῆτ' ἐς φιλότητα, δίκην δ' ἐθέλησι παρασχεῖν,
Δέξασθαι (δειλός τοι ἀνὴρ φίλον ἄλλοτε ἄλλον
Ποιεῖται) σὲ δὲ μήτι νόον κατελεγχέτω εἶδος.
Μὴ δὲ πολύξεινον, μὴ δ' ἄξεινον καλέεσθαι,
Μὴ δὲ κακῶν ἑτάρον, μηδ' ἐσθλῶν νεικεστῆρα.
Μηδέποτ' ὀϊλομένην πενίην θυμοφθόρον, ἀνδρὶ
Τέτλαθ' ὀνειδίζειν μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.
Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.

Εἰ δὲ

Εἰ ἢ κακὸν εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκέσαις.
Μὴ ἢ πολυξείνε δαιτὸς δυσεμφελὲς εἶναι.
Ἐκ κοινῆς πλείσης ἢ χάρις, δαπάνη τ' ὀλιγίστη,
Μηδὲ ποτ' ἐξ ἠῶς δὶς λείβειν ἄϊθοπα οἶνον,
Χερσὶν ἀνίπποισιν, μὴ δ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν.
Οὐ γὰρ τοί γε κλύουσιν, ἀποπαύουσι δέ τ' ἀρᾶς.
Μὴ δ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὁμιχεῖν,
Αὐτὰρ ἐπεὶ κε δύῃ μεμνημένος ἐς' αὐόντα,
Μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδὸς προβάδην ἐρήσῃς,
Μήδ' ἀπογυμνωθεὶς, μακάρων τοι νύκτες ἔασιν.
Ἑζόμενος δ' ὅγε θεῖος ἀνὴρ, πεπνυμένα εἰδὼς,
Ἢ ὅγε πρὸς τοῖχον πελάσας εὐερκέος αὐλῆς.
Μὴ δ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου
Ἐστίῃ ἐμπελάδην παραφαινέμεν, ἀλλ' ἀλέασθαι.
Μὴ δ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοσήσαντα
Σπερμαίνῃ γενεὴν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτὸς.

VERSIO.

Tempestiue autem ducito vxorem ad tuam domum,
Neq; a triginta annis valde multum deficiens,
Neq; addens valde multum. Istæ nuptiæ sunt tempestiuæ
Mulier decimo quarto pubescat, Quinto ſ. supra XIIII. H. e. XIX. nubat,
Virginem autem ducito, vt mores honestos doceas,
Hanc maxime ducito, quæ habitat prope te.
Omnia circumspiciens ne ducas vicinis derisionem.
Nihil enim melius assequitur vir muliere
Bona, Mala autem coniuge non molestius aliud
Conuiuatrice, quæ virum quamuis robustum existentem
Torrefacit sine torre & veloci senectæ dat.
Vere autem curam Deorum immortalium obserues
Ne facias socium æqualem fratri.
Si autem fecerit, ne prius facias ei malum
Neq; mentiaris linguæ gratia. Si autem incæperis
Aut aliquod verbum dicere molestum, aut fecerit
Bis tantum soluere meminerit. Si autem rursus
Præit ad amicitiam, & tibi vult præbere pœnam
Recipito (Miser homo aliàs alium amicum
Facit) Te autem non animum redarguat species,
Ne voceris habens nimis multos hospites, vel nimis paucos,
Neq; sis socius malorum, neq; conuiciator bonorum
Nunquam exitiosam paupertatem, quæ absumit animum viro
Ausis exprobrare, deorum donum semper existentis.
Linguæ thesaurus inter homines optimus
Parcæ. Plurima autem gratia est moderatæ.

Si dixeris

Si dixerīs malum, ſtatim etiam ipſe maius audies,
Neq; ad publicum conuiuium inuitus collator ſis
Ex communi, Maxima vero gratia eſt, ſumptuſq; minimus
Nunquam ſub auroram Ioui liba nigrum vinum
Manibus illotīs, neq; alijs Dijs.
Non enim te audiunt, reſpuunt autem preces,
Neq; aduerſus ſolem verſus erectus mingito
Sed poſtquam occiderit Sol, memor ſis, vſq; ad orientem,
Neq; in via, neq; extra viam progreſſus mingas,
Neq; vndatus, Deorum quippe noctes ſunt.
Sedens autem diuinus vir, & ſapiens
Aut hic ad parietem accedens bene munitæ aulæ.
Neq; pudenda ſemine polluens intra domum
Prope Veſtam apparens, ſed vitato.
Neq; ab ominoſa ſepultura reuerſus
Semines ſobolem, ſed à conuiuio Deorum.

VALLA.

Quum prope ter decies tibi vita elabitur annos
Connubium maturum aderit, decimumq; puella
Exigat & quartum, ſed quinto nubat: & illa
Virgo ſit, atq; habitet prope te, cui ſedulus aſtes,
Sedulus inſpicias artemq; vſumq; puellæ.
Hæc age, ludibrio ne te vicinia cantet
Coniuge nil melius caſta, nil turpius illa
Quæ Venerem prurit ſine fine, & proſtat ad omnes
Semper, & exitio ſuper imminet illa virorum.
Nemo etiam fratris in amore æquetur amicus:
At par ſi quis erit, ſit amandus tempore in omni.
Nulla ex te incæptum fœdus diſcordia ſoluat.
Mentiri ſcelus eſt, præſtat compeſcere linguam

Infandam. Si vim tibi quisquam inferret amicus
Aut ore aut manibus, surge & te vlciscere, redde
Redde vicem duplicem, quod si illum pœnitet acti,
Ac pœnam implorans iterum te exoptat amicum
Suscipe: vile quidem est homines noua quærere semper
Fœdera amicitiæ, multos si frater amabis
Non laudo, nullos etiam, medium sit in isto.
Si tibi corda tument, vultus non indicet iram,
Turpe sequi sceleratum hominem, maledicere cuidam
Infandum est, qui iam vita laudatur honesta.
Nunquam à te nunquam misera obiurgetur egestas,
Diuinum donum est, diuûmq; æterna voluntas,
Illa quidem quæ sæpe viri sublime molesta
Impedit ingeniumq; vetat super alta leuari.
Qui loquitur parce, linguam nec in omnia soluit,
Thesaurum præ se gerit ille: ea gratia magna est
Vt linguam moderes, pensataq; verba loquaris.
Si quenquam verbo lædes, lædere & ipse,
Grata in amicorum venias conuiuia sumptu
Communi, dato particulam, gratissima sunt hæc,
Aere Ioui vinum seu Dijs de mane cauendum est
Illauta libare manu, tum vota precando
Incassum fundes nulli exaudita Deorum,
Solis ad aspectum nec quenquam mingere fas est,
Nocte sub obscura recto neq; corpore nudo,
Nox quia sacra deûm media: nec credimus illud
Posse licere via: si declinetur ab illa,
Esse etiam vetitum: diuus vir & omnia noscens,
Hærens parietibus sedet atq; exponit vrinam
Intus, vbi orbatæ tenuis latet angulus aulæ.
Non coitu polluta sacros, genitalia pandas
Ante ignes, neq; cum dulci tibi coniuge præstet
Concubium vt generes, dum mœsto à funere tristi
Mente redis, superûm sacra sed lætus ab ara.

FRISI-

FRISIVS.

Iunge tibi vxorem dum firmus adhuc vigor adsit,
Annos cum numeras ter denos, plusue, minusue,
Aptum est coniugium, decimo sed fœmina quarto
Anno pubescit, nubat mox deinde sequenti.
Virginem, vt institutas laudatis moribus, opta,
Vicinamq; tibi præ cunctis delige sponsam.
Sis tamen hic cautus, ne te vicinia ludat,
Nil vxore viro melius contingit honesta,
Nilq; mala peius, tali quæ viuere laute
Clam solet: hæc quamuis validum sine torre maritum
Vrit & exiccat. citiusq; senescere cogit.
Sedulus obserua curam, cultumq; Deorum.
Dilige post fratrem socium: quod si parem amorem
Esse velis, socius ne lædatur prior abs te,
Neue illi fictum tua lingua ostendat amorem.
Si dicto incipiat prior ille aut lœdere facto,
Tunc memor esto, eademq; illi cum fœnore redde.
Rursus amicitiam veterem obseruare volentem,
Atq; pati pœnas violati fœderis à se,
Suscipe (nam miser est crebro qui mutat amicos)
Nec tua post vnquam facies præ se ferat iram.
Ne multos, neu rursum habeas nullos tibi amicos.
Prauos cuitato, bonis noli esse molestus.
Paupertatis inops nunquam grauis audiat ex te
Opprobrium, Nam dos est numinis illa potentis.
Lingua bonum eximium est homini, si pauca loquatur,
Siq; modum conseruet, inest tum magna venustas.
Si probris laceres, laceraberis illico peius.
Publica quum celebrat populus conuiuia, confer,
Accedens aliquid tecum, nec sordidus esto,

Pro sumptu exiguo redit ad te magna voluptas.
Mane Ioui ac reliquis superis libare caueto
Illotis manibus, Dijs sordida sacra recusant.
Ad faciem solis conuersus meiere noli,
Sed quando occubuit, donec fuerit nouus ortus,
Atq; quibus sis cunq; loci, facere inter eundum
Detectus ve caue, Nam Dijs sacræ quoq; noctes,
Vir pius ac dextro donatus pectore, meiet
Siue sedens, siue admoto stans corpore sepi,
Res fuit in thalamo chara cum coniuge, Vestæ
Tum tibi polluto caue ne peragantur honores,
Nec Veneri cœna funebri incumbe reuersus,
Verum epulis surgens lætis, lautisq; Deorum.

DISPOSITIO.

ὡραῖος δὲ γυναῖκα) Hic locus profecto est sanctis illustris continens egregia præcepta de tempestiue contrahendo matrimonio. Tempus autem conueniens nuptiarum dicit esse, in viris quidem, quando neq; multum triginta ætatis annos excesserint, neq; illis multum minores fuerint. In fœmellis autem, vt sint annos natæ quindecim, quod tempus Poëta non adeo perspicue protulit. Porrò Aristoteles lib. Polit. 7. Puellas octodecim annos nuptui tradendas esse docet, Masculos autem circiter ætatem annorum sex & triginta ducere vxores præcipit, & cauſſam addit, quod hoc tempore, & corpora vigeant, ac temporis progressu finium opportune procreare possint desinere. Plato lib. 6. de legibus in fine, Nuptiarum (inquit) tempus puellæ sit à 16. in 20. idq; sit longissimum tempus

ad hoc

ad hoc institutum, Masculo à 30. ad 5. & 30. Idem Plato in lib. 4. de legibus, Vxorem (inquit) ducere quisq; debet ab anno 30. ad 35. cogitans quod natura quandam humanum genus immortalitatem consequitur, cuius rei quisq; natura summopere est cupidus. Nemo enim est, qui non cupiat perpetuum apud posteros nomen habere. Genus autem hominum immortale hoc modo in sempiternum perdurat, &c. Ex quibus verbis, vt obiter hoc moneam, iuuenis intelligit superiorem sententiam Aristotelis, quod natura hominem ex homine, vel simile ex simili procreando efficiat, vt semper sit, ex hoc loco Platonis sumptum esse.

Cæterum Hesiodus censet virum haud ita multo ætate minorem 30. annorum, aut maiorem ducere vxorem debere. Atq; ita quidem docuit Poëta, quando possint viri res suas administrare laudabiliter, tanquam in statu perfecto, & quomodo non debeant procurationi liberorum ante tempus dare operam, ne destituti facultate rerum acquirendarum, tristem, molestamq; ætatem degant. Præcipit autem, vt qui velit matrimonium contrahere, is ducat virginem, & suam sententiam demonstrat de ea ætate, quæ virginis esse debere videatur maturæ nuptijs. Virginem enim duci ille iubet, & definit ætatem nubilem annis XIX. Addit autem egregiam rationem, cur iuuenis debeat sibi adolescentulam iungere matrimonio, scilicet, vt eam castos mores docere, & ad suos mores assuefacere possit, quod frustra quis expectet ab alia, quæ iam ha-

buit maritum, & peregrinis moribus est informata. Nam hic nulla morum similitudo est. Ergo neq; (vt inquit Aristoteles in œconomicis) amicitia, & tamen necesse est, vt sit similitudo quædam vitæ in coniugio. Quia matrimonium est viri & mulieris coniunctio individuam vitæ continens consuetudinem, teste Iurisconsulto. §. Nuptiæ, In Institutionibus de patria potestate.

Hoc loco amœna historia est commemoranda de Rege Salomone, qui puer & in arundine equitans à quodam iuuene consulebatur, quam nam personam in vxorem ducere deberet. Parentes enim ex tribus vnam eligendam esse censuerant. Interrogans autem Salomon iuuenem, quænam esset prima, & ille respondet esse virginem, subridens dixit (wie du wilt/ sicuti tu vis) innuens virginem posse assuefieri ad mores mariti & fore morigeram. Quærenti postea, quæ sit altera, respondet esse viduam, cachinnum edens Rex dixit (wie sie wil/ sicuti ipsa vult) Significans viduam obtinere suos mores, & non facile, nisi verberibus multis, in aliam sententiam posse flecti. Deniq; cum iuuenis diceret tertiam esse, quæ duos maritos habuerit, ibi tum cum quadam veluti commina-tione dicere visus est vertens suam arundinem seu equum, cui insidebat, Hüte dich/ mein Pferd schlegt dich.

Diogenes Laërtius in vitis Philosophorum eiusmodi quiddam etiam commemorat de adolescente quodam Atarneto, qui Pittacon consuluit, vtra sibi è duabus duæ

bus ducenda esset vxor. Nam duæ offerebantur, altera par opibus ac genere, altera vtroq; superior. At ille sublato scipione, quo nitebatur, admonuit, vt pergeret ad triuia ciuitatis, quo pueri lusus causa conueniunt, eos consuleret, & quod dedissent illi consilij, id sequeretur. Pueri ex prouerbiali sermone responderunt, Aequalem ducendam esse vxorem. Itaq; adolescens altera præterita, duxit æqualem. Quæ omnia non in contumeliam fœminei sexus dicuntur, sed tantum fidelis admonitionis causa. vt quisq; ducturus vxorem, DEVM, qui instituit, regit & conseruat coniugium, imprimis adhibeat in consilium, certissima spe fretus, quod DEVS pro sua diuina voluntate donaturus sit ei coniugem, qua delectetur, cuius amore sit contentus, & in illa sola expleat animum suum, Iuxta illa dicta Prouerb. 19. Domus & diuitiæ hæreditate obueniunt à parentibus, A Domino autem prudens vxor.

τὴν δὲ μάλιστα γαμῆν) Aliud consilium præscribit Poëta, quod sequatur iuuenis. s. vt ducat virginem aliquam habitantem in vicinia, cuius paternum & maternum genus non tantum illi sit notum, sed etiam, cuius mores pudicos & castæ vitæ institutionem penitus cognitam & perspectam habeat, Iuxta vulgare dictum, Freye vber den mist / so weist du wer sie ist. h. e. ducito, quæ sit tibi nota. Sequuntur graues rationes sui consilij, cur non debeat ignotam ducere. Prima est, ne si forte ignotam ducat, cuius familiam non accurate nouit, eum pœnitere.

Quo facto, risum excitet suis vicinis, qui conspecto tam aduerso euentu coniugij gaudere solent. Quanquam autem hoc ipsum est plenum humanitatis, contrahere noticiam, & arctam coniunctionem cum vicinis, tamen omnibus modis prospiciendum esse iuueni, consideratis omnibus circumstantijs loci, temporis, & personæ, ne ducat vicinis χάσματα. h. e. delicias seu derisionem. Q. d. Videat, ne adducat in suas ædes vel adulteram vel rixatricem, propter quam rideatur, & fiat inuisus vicinis, qui postea illi tale infortunium coniugij exprobrantes dicent, Es ist jhm eben recht geschehen/quare contempsit meam sororem, meam filiam, iam habet suam partem, Ab bene illi fit. Recte igitur dixit Pindarus, ciues esse maleloquos. Ex illa sententia Hesiodi procul dubio dimanauit vulgare dictum, Frue auffstehen / vnd zeitlich freyen / sol niemand gereuwen / quod si dextre intelligatur plurimum tam voluptatis, quam vtilitatis penitus considerati afferet. Primum enim, si (mane surgere) volumus intelligere de nostris studijs & conatibus, quos præstamus, & speramus eos propter opus operatum tantum, sine benedictione diuina fæliciter casuros esse, facile nostra spe frustramur. Quando autem ex propria fiducia nihil de nostris laboribus præsumamus, sed Deo commendamus ardentibus precibus successum omnium nostrarum actionum, non erit nobis detrimento, etiamsi summo mane nos ad nostræ vocationis labores obeundos surgamus, præsertim cum Poeta supra dixerit, Auroram esse amicam Musis. Deinde

inde altera pars dicti, tempestiue esse contrahendum matrimonium, non propteres approbant illicitos adolescentum ardores, quibus accensi ducant vxores, antequam iustam ætatem, quæ idonea est ad coniugium, sint assecuti, sed potius requirit, vt prius adhibitis in consilium parentibus aut tutoribus animum adiungant ad vxores ducendas & tempestiue, h. e. iusto tempore ætatis id faciant, ne ipsos facti postea pœniteat, quando citius, aut serius matrimonium inierunt. Recte igitur Germanicum dictum cum Poëtæ Hesiodi sententia consentit.

οὐ μοὶ γὰρ τοῦ.) Secunda ratio continet commendationem honestæ matrisfamilias, Non potest viro (inquit) aliquid contingere melius, gratius, & exoptatius, quam si nanciscatur probam vxorem. Poëta quidem hoc loco vsus est verbo Græco λαχεῖν, quod significat aliquid in præda sortiri vel acquirere, kriegen / oder vberkommen / quo firmiter non potest statuere, alicui viro probam vxorem diuinitus contingere, sed casu & fortuito, vt qui ignarus verbi diuini fuerit. Nos vero intueamur sententiam Salomonis prouerb. 18. Inueniens vxorem, inuenit bonum, & hauriet voluptatem à Domino. Quæ significat singulare Dei donum esse, fælix, placidum, & pium coniugium, in quo mutuus est amor, & coniuges concordes sunt Ecclesia simul inuocans Deum, iuxta versum, Inq; Deo sit mens vna sit vnus amor. Ideo in cap. 19. dicitur, A Domino est prudens vxor. Nota autem hic sit tota doctrina de castitate & de coniugio. Condidit

didit Deus marem & fœminam, Quia genus humanum vult esse Ecclesiam, Et certa lege coniunxit marem & fœminam, & metas circumdedit, ac prohibuit vagas libidines, vt sit in genere humano intellectus castitatis.

Quod autem Salomon dicit maritum haurire voluptatem à Domino, est consolatio in coniugio piorum opponenda magnitudini & varietati periculorum publicorum, & priuatorum, quæ nec prospici omnia, nec vitari humana diligentia possunt. Quia verum est, quod Menander dixit, Ducens vxorem in medium pelagus sæuissimis tempestatibus nauigat. Priuata pericula sunt, vt, morbi, inopiæ, infælices partus, contumacia natorum. Publica, vt cum bella dissipant ac delent familias, aut cogunt miseros parentes exulare cum paruis natis. His tantis periculis monet opponendam esse præsentiam Dei, qui adest & tuæ Ecclesiæ & publicæ Ecclesiæ. Tales fuerunt coniuges Zacharias & Elizabeth, & alij pij, quos Deus mirabiliter tunc protexit, cum assidue pessimarum gentium exercitus passim in Iudæa vagarentur. Huc referendæ sunt aliæ sententiæ, quæ commendant suauitatem coniugij, Prouerb. 6. Delecteris vxore adolescentiæ tuæ ceu iucunda cerua & venustus hinnulus. Illius amore perpetuo contentus esto, & amore eius semper fruere. Prouerb. 31. Probam mulierem quis inueniet, ea præstat gemmis, Confidit ea cor mariti, & res familiaris non deficiet, Wenn ein Weib wol gereth/ habet ingentem thesaurum.

τῆς δ'

τῆς δ' αὖτε κακῆς) Tertia ratio continet per antitheſin vituperationem malæ mulieris, E diuerſo, (inquiens) poteſt viro nihil accidere deterius, moleſtius, & acerbius vxore improba, quæ luxui & delicijs ſit dedita, & virum adurat, quamlibet cordatum & robuſtum, igni non accenſo lignis, eumq; præter ætatem faciat ſenem & decrepitum, deſtitutum, exhauſtumq; viribus. Sophocles recte dixit eſſe triſtem & frigidum admodum amplexum mulieris malæ in domo, & hoc loco ſingulari nota deſcribit malam mulierem, cum appellet eam δ' ἀπνολόχλω eine bancketierern. h. e. quæ clam marito commeſſatur, & occulte addit conuiuia, ijſdem indulget, & hoc vocabulum deriuatur à δ' ἔπνον .i. cœna & λέχομαι .i. cubo, accumbo, clam ligurio. Illud autem eſt odioſiſſimum in matreſamilias, quando eſt guloſa & heluatrix, quæ habet ollam ſub ſcamnis plenam vino, & ſibi clam marito lautum cibum præparat, & rariſſime accedit menſam. Homerus delineat muliebria officia, nimirum, domi hærere, telam, columque trahere.

Hoc officium eſſe probæ matris familias, vt non paſſim adeat conuiuia, liege nicht in allen gelacken / ſed contineat ſe domi, non ocioſa circumeat domos (ſeye nicht eine gaſſentretterin) & interea rem domeſticam negligat, ſed ſit domeſtica, etiam ſacra ſcriptura teſtatur. Nam D. Paulus Tit. 2. vult mulieres adoleſcentulas eſſe οἰκουρούς .i. domus cuſtodes, vel vt apertius dicam, vt rerum domus habeant

beant curam, vt quæ parta sunt à viro, recte disponant, vt familiam in officio contineant, id quod olim apud gentiles bello figmento docebatur. Nam, autore Plutarcho in præceptis coniugalibus PHIDIAS statuarius Helicensibus fingebat Venerem pedibus premere testudinem. Quo figmento nihil aliud volebat adumbrare, quàm quod veluti testudo domum suam nunquam deserit, ita etiam honesta matersamilias nunquam non domus suæ curam gerere debeat, Vnde & Salomon in Gnomis cap. 14. inquit, Mulier sapiens ædificat domum suam. h. e. curat domum suam, à viro parta in domo conseruat, & sequitur in Salo: Stulta vero mulier euertit domum. h. e. rem familiarem dissipat, res partas à viro dilabi, patitur. Huc refer illud Plutarchi in præceptis connubialibus, Lunam, cum abest à Sole, lucidam, claramq; videmus, admota Soli obscuratur & occultatur. At contra modestam vxorem oportet cum viro existentem sese maxime videndam exhibere, Cum vero abest vir, ædes custodire & latere.

εὖδ' ὅπιν ἀθανάτων) Ab hoc loco vsq; ad finem sequitur veluti κατάλογος multorum breuium præceptorum. Primum est de religione. Vult enim, vt colamus Deos, siquidem contemptus religionis nunquam fuerit etiam apud Gentes impunitus, propterea quod DEVS vult externam disciplinam conseruari.

μηδὲ κασιγνήτῳ) Hoc præceptum plenum est humanitatis, & significat, quod maior est necessitudo inter

inter fratrem, quàm inter socium, Vide igitur ne extraneum præferas fratri, sed vt illa naturæ vincula sanguinis plus valeant, quàm externa vincula & sodalitia. Et sunt iura naturæ, quæ vocantur σόϛγαι φυσικαὶ, sit quidem interdum, vt inter amicos & sodales, & inter eos, qui coniuncti sunt studijs, intercedat arctior coniunctio, quàm inter fratres, præsertim inter fratres dissimillimorum ingeniorum. Debet tamen esse maior respectus sanguinis coniunctionis, Sic ait Cicero lib. 1. ad Atticum, postquam à fratre discessi, nemimem pluris, quàm te, facio. h. e. post meum fratrem, liberos, coniugem, nemo mihi te charior est.

Inter P. Scipionem Aphricanum & Lelium haud dubie intercessit maior coniunctio, & maior vsus officiorum, quam inter P. Scipionem maiorem & L. Scipionem, fratres, tamen cum ageretur de Consularibus prouincijs, & orta esset contentio, vtri esset Græcia decernenda, Lelio, an L. Scipioni (ambo enim Græciam expetebant) P. Scipio non intercessit pro amico, sed pro fratre. Vide historiam apud Liuium lib. 37. & lib. 7. Decad. 4. Statim in principio, Erant eodem tempore Consules L. Scipio, & senatus decreuerat prouinciam Græciam Lælio tanquam sapientiori & præstantiori, Ibi P. Scipio surrexit in senatu, & petiuit, vt fratri decerneretur prouincia Græcia, se velle illi esse legatum. Ita obtinuit, vt fratri decerneretur prouincia. Quæritur nunc, an sit recte factum, quod Scipio impediuit honorem amici. Respondetur,

spondetur, quod recte fecerit, Quia debuit honorem fratris anteferre. Quamuis igitur amici sunt chari, præsertim quod eos coniungunt honestæ causæ, vt similitudo ingeniorum, item virtus ipsa maxime coniungit firmas amicitias, tamen est ille gradus sanguinis obseruandus, & illi est habendus suus honos. Germani dicunt, Interiola mihi propior est tunica, das hembd ist mir neher/ denn der rock / Significans coniunctiones sanguinis esse præferendas cæteris gradibus amicitiarum. Hæc ergo est sententia huius loci, Accurate considera, animoq; perpende, quod sit tuum officium, nec habeas in tanto precio & honore, sicut fratrem. h. e. ne naturalibus præferas externa, nec patriæ anteponas peregrinam terram, propter donorum acceptionem, aut alterius rei causa, & sic in similibus similia facias. Quod si feceris, vide, ne postea te pœniteat, fiasq; mutabilis & degener, maliq; author primus.

μηδὲ ψεύδεσθαι) *Egregium est præceptum de vitanda aulica amicitia. In aulis enim magnorum regum & principum coluntur amicitiæ fucato modo. Ibi enim tantum est salutationum & magnificarum promissionum, & mellitissimorum verborum, vt nihil supra. In animis autem est summa acerbitas, æstuant acerbissima odia, inuidentia, simultates, viel hende vnd wenig hertzen ist gemeiner brauch zu Hoff. Admonet igitur hoc loco Poëta, ne simus in amicitijs alendis & conseruandis hypocritæ, ne simus falsi aut fucati amici, qualis Cupido fingitur apud*

Theocri-

Theocritum. Mala mens, dulcißima verba, Honig auff der zungen / vnd bittere galle im hertzen / quando quis non idem sentit, quod loquitur & sonat. Hinc Achilles apud Homerum lib 9. Iliad. recte odit illum, tanquam infernum, qui aliud ore loquitur, aliud corde sentit,

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.

Hoc est:

Odi etenim, ceu claustra Erebi, quicunq; loquuntur
Ore aliud, tacitoq; aliud sub pectore claudunt.

Ideo dicit Poëta, Non finges gratiam linguæ. h. e. non ſis fucatus amicus, Wenn ſich einer was guts zu dir verſiehet / ſo laß es auch freundſchafft vnd ernſt ſein. Illa est vetus querela de inconstantia amicorum. Ideo Philosophi fecerunt ex amicitia virtutem, & significare voluerunt amicitias virtutis & humanitatis, non tantum vtilitatis causa colendas esse. Interpres non incommode interpretatur hunc locum. Si (inquiens) veritatem cognoueris, non peruertas illam, & mentiaris lingua Rhetoricæ præceptis imbuta & vehementi, forte in gratiam alterius, & sub fuco & prætextu amicitiæ simulatæ. Nam qui scit veritatem & tamen mentitur, is est adulter veritatis, & infert vim intellectui. Est enim illud opus versutiæ, & non rationis. Nam vere sapiens non dixerit mendacium. Pœna puniti mendacij apparet in

exemplis Doech, Senatorum falso accusantium Susannam, Ananiæ, hostium Danielis, &c.

εἰδ' ἐπὶ ἔργῳ ἄρχῃ) Aliud præceptum de offensis, quæ accidunt in amicitia. Sunt autem duplices, Quædam oriuntur à nobis, Quædam vero ab amicis. Si est offensio à te orta, tunc vide, vt places eum tibi, atq; multipliciter rependas, si quando eum offendisti vel verbo vel facto. Si vero ab eo est orta, & eum facti pœnitet, & cupit tecum redire in gratiam, veniamq; deprecatur: tunc ignoscas ei, ipsumq; recipias. Si redijsti cum eo in gratiam, vide, ne appareant signa aut vestigia simultatum. Hoc enim est meminisse offensarum. Hinc recte dicitur, Amicitiæ debent esse immortales, inimicitiæ mortales.

θελός τὶ ἀνὴρ φίλον ἄλλοτε ἄλλον) Egregia est sententia de homine leui & nullius pretij, qui ab vno ad alium deficit, frequenter mutans amicos. Apud Persas enim tam probrosum & infame fuit, subinde adiungere nouos amicos, quàm si mulier admittat multos concubitores. Huc pertinent sententiæ, Nota mala, optima mala, Item, Amici mores noueris, non oderis. Es gibt offt einer ein Gurren vmb einen Gaul. Quia nos viuimus inter homines, non inter angelos, & nihil est facilius homini, quam labi & errare. Nos etiam non suauem odorem spiramus, Es reuchet auch nicht wol aus vnserm bosem. Quare videndum est, ne subinde aut quotidie nouos amicos nobis adiungamus. Cicero ait, Quemadmodum nobilia vina probantur vetustate, Ita

amicitiæ

amicitiæ probari solent vetustate. Hoc præceptum non tantum pertinet ad maiores natu, sed etiam ad illam primam ætatem.

σὲ δὲ μή τι νόον κατελεγχέτω εἰς ὅ) Sequitur occupatio, si amicus te offenderit, & is postea abs te veniam petierit, & tu eum recepisti iterum in gratiam, tunc vide, ne recrudescat illa offensa. Esset enim turpe, infame, aut probrosum. Si redierint ambo in gratiam, inter quos aliquando intercessit simultas, & alter memor vellet esse offensæ seu iræ.

μηδὲ πολύξεινον) Hactenus dixit de offensis, quæ sunt petentibus veniam condonandæ. Nunc vero tradit etiam præceptum, vtrag; extrema liberalitatis esse fugienda, nempe, sordes & profusionem. Quod enim admonet, ne quis sit hospes multorum, perstringit, ne quis sit perfusor suarum facultatum, id quod potest fieri, quando facultates suas in res non necessarias per luxum, aut per vanum studium ostentandi opes profudit, exutus patrimonio tandem conuertitur ad furta & rapinas, aut ignauam mendicitatem, quæ & ipsa quædam furti species est. Hinc Rythmi Germanici dicuntur,

Wer mehr wil verzehren/
Denn sein Pflug kan ernähren/
Der wird zuletzt verderben/
Vnd vielleicht am Galgen sterben.

Recte igitur Poëta admonet Persen, ne se oneret nimis multis hospitibus, & dicit hoc, non tantum propter

sumptus, sed puto eum respicere alia incommoda. Quia illa polyphilia est valde periculosa, & sicut in alijs rebus, ita maxime hic modus est seruandus. Plutarchus citat hunc versiculum in libello de polyphilia, & dicit prohiberi in hoc polyphiliam. Homerus Odyss. θ.

ἔπει οὐ μὲν τοι κασιγνήτοιο χερείων γίνεται
ὅσκεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ.

Hoc est:

Nam non tibi fratre deterior est
Qui socius existens scit sapientia .i. sapit.

Apud veteres non erant publica hospitia, sed quando peregre proficiscebantur, tunc solebant diuertere ad homines sui ordinis, principes ad principes & ibi faciebant inter se quoddam fœdus, quod vocabatur fœdus hospitalitatis, Tunc non concedebatur alteri alterum offendere. Iam dicit Poëta, ne sit nimium prodigus, Nam ad eam rem requiruntur magni reditus, nec sit etiam nimium sordidus, inhospitalis, illiberalis, sed seruanda sit mediocritas. Polypragmonicum est, multos amicos sibi adiungere. Deinde est Timonicum & prorsus inhumanum, nemini præstare ius hospitalitatis. Hæc virtus, scilicet, liberalitas sæpe laudatur in sacris literis & inprimis est necessaria Christianis, propter eos, qui exulant propter Euangelium, ac docet nos affici exulum ærumnis, tanquam nostris. Quia vniuersa Ecclesia in mundo exulat. Nota sunt dicta, quibus hospitalitas nobis commendatur. 1. Pet. 4. Hospitales estote erga vos inuicem. Hebr. 13. Hospitalitatis

tatis ne sitis immemores. Per hanc enim quidam inscientes exceperunt angelos hospitio.

μηδὲ κακῶν ἑτάρου) Hoc est necessarium præceptum, Malorum consuetudinem esse fugiendam. Tales enim plærunq; iudicamur esse, quorum consuetudine vtimur, facile quis contrahit aliquam notam infamiæ à prauis sodalibus. Quare admonet Poëta, ne vocemur socij illorum animalium, quorum est nigra lana. Huc referendæ sunt multæ sententiæ Poëtarum.

μηδ' ἔτοτ' οὐλομένῳ πενίῃ) Egregia est sententia, quæ docet, non esse cuiquam exprobrandam paupertatem, sicut Electra in Oreste Euripidis dicit, ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας. h. e. Nam ille beatus, non exprobro ei fortunam, Ich günne jhm der ehren wol. Rationem addit Poëta, Quia sit donum Dei, diuitem vel pauperem esse, iuxta Salomonis dictum cap. 22. Diues & pauper simul sunt, & Deus facit vtrunq;. Res autem secundæ iniustorum, & calamitates iustorum turbant assensionem de prouidentia DEI, & alij alias causas euentuum quærunt, & multi ad physicas causas & fata decurrunt. Sciendum autem est ex verbo Dei, non casu res secundas & aduersas accidere, sed regi hæc quoq; consilio Dei. Hæc fides luceat in cordibus & petat & expectet bonos euentus à DEO. Sic Ieremias inquit in Threnis. Quis est iste, qui dicit, Ex ore Domini non egredientur bona & mala.

Deinde hoc loco est etiam notandum, crudele & magnum peccatum esse subsannare pauperem, cuius

habemus testimonia & exempla tam in sacris, quam prophanis literis. Prouerb. 14. Qui pauperem calumniatur, conuicium facit eius factori, Et honorat Deum, quisquis miseretur pauperi. Item, Beati pauperes spiritu, Quia talium est regnum cœlorum. Item Prouerb. 17. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius, Et cui calamitas alterius voluptati, non feret ipsum. Prouerb. 10 Benedictione Domini diuites fiunt. Hæc dicta & plæraq; alia testantur non casu spargi facultates, nec tantum humana diligentia parari, sed incrementa vere iuuari à Deo, qui suo quodam consilio omnium mediorum donorum vult esse dissimilitudinem, vt vita sit consotiata multis vinculis, & alij aliorum ope indigeant, & firmiora membra opem ferant infirmioribus. Ideo meminerimus hic vtrumq; dici, Deum esse authorem dissimilitudinis illius, vt alij sint diuites, alij pauperes, & mandatum Dei esse, vt parcatur imbecillioribus, & pauperibus & in gubernatione, & in priuata consuetudine. Huc & illa pertinent, parcere subiectis, & debellare superbos. Item, μήδε ἱκέτας ἀδικεῖν, &c. Huc & Psalmi dicta pertinent, Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem.

Antithesis hic etiam consideranda est de ὠὴ χαιρεκακῷ, qui lætatur calamitate bonorũ, qualis maxime est Diabolus, qui calamitate Ecclesiæ gaudet, & quidẽ sine aliqua sua vtilitate, sed tantum hoc ipsum delectat, odio Dei & mediatoris destruere opera Dei. Sed est comminatio, ὠὴ χαιρεκακὸς non erit impunitus.

Demosth.

Demosth. in oratione περὶ στεφάνου dicit ad Aeschinem. Miserum esse illum, qui alteri suam fortunam obijciat. Est ea de re apud Sophoclem in Aiace elegantissimus locus, vbi Vlysses videt Aiacem furentem, & inhonestissime pro insanorum hominum more se dantem. Interrogatus à Minerua, Ecquid voluptatis ea ex re percipiat, cum videat suum inimicum in tantis aduersitatibus & malis inuolutum. Respondit, nullam sibi eam rem voluptatem adferre, quanquam suo hosti contingant. Imò potius se terreri, vt cogitet breui futurum, vt sibi idem periculum impendeat, vbi respondet Pallas, Hoc semper cogita, & iam beatus es. Viderunt prudentissimi homines inconstantiam fortunæ, quæ tantum constans in leuitate sua est, vt ille dixit.

Boni enim viri sæpe viuunt in summis miserijs. Deus autem nouit, quare euehat alium ad potentiam & opulentiam, alium relinquat miserum. Crudele igitur est exprobrare calamitatem. quæ quidda est, quod nobis sine culpa nostra potest accidere. Sed hoc nostro ferreo seculo solet accidere, das wer den schaden hat / bedarff für das gespötte nicht sorgen. Exemplum habemus apud Homerum in Hectore prostrato, cuius cadauer proponitur vulgo & singuli petunt cadauer iaculis. Quia autem adhuc in mundo illa crudelitas est vsitata, Ideo præcipit Poëta, vt potius gaudeamus cum gaudentibus, & lachrymemur cum lachrymantibus. h. e. afficiamur aliorum rebus secundis & aduersis. Hoc est mandatum diuinum, & in-

primis notandum, quod dicit Poëta, donum Dei esse paupertatem. Quia multi sunt satis seduli in sua vocatione, & tamen non locupletantur. Diuitiæ enim sunt dona Dei, & profecto expedit Rebuspub. vt sint, qui abundent diuitijs, & debemus hoc beneficium gratulari Rebuspub. & interim cogitare, vt nostra fortuna simus contenti. nec contra Deum fremamus, quod nos non sinat affluere diuitijs, sicut alios.

γλώσσης τοι θησαυρὸς) Egregium sane præceptum est, in quo non immerito Hesiodus monet fratrem, ne sit garrulus, suaq; lingua abutatur ad calumniandam alijs. Neq; enim rem aliquam vel melioram, vel pernitiosiorem esse, quàm linguam. De Tantalo dicitur in Oreste Euripidis, Tantulus det pœnas, quia ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστων νόσον. h. e. habuit effrenem indomitam & petulantem linguam, turpissimum morbum. Est elegantissimus versus, ad quem alluxit quoq; Theophrastus Eresius, qui dicebat potius esse fidendum effreni equo, quam verbo incomposito. Nemo non metuit insidere equo infreni. At plus est periculi à lingua effreni. Gellius. Optimus est hominis linguæ thesaurus, & ingens Gratia, quæ paucis mentitur singula verbis. Fors male dicenti, dicentur plura vicissim. Si mihi pergis, quæ vis dicere, ea, quæ non vis audies. Germani solent dicere. Ne dicas mihi, qui sim, & ego non dicam, qui tu sis. Id quod etiam Pittacus Lesbius innuebat, qui Amasidi Aegyptio misit linguam sumptam ex victima, tanquam rem & optimam

optimam & pessimam. Item vero etiam fecit Aesopus ille Phrygius.

Huc referenda est etiam sententia Euripidis, ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμου τε ἀφροσύνης τὸ τέλος δυσυχία. H. e. Infrenis oris & iniquae vecordiae finis calamitas. Salomon Prouerb. 10. Os stulti confusioni appropinquat. Cum autem in omni vita prodest linguam habere continentem, nec aut futilem, aut praecipitem, aut petulantem, tum maxime in docenda religione praestandum est, ne quid imprudenter spargatur in populum, quod officere cuiusquam fidei possit, quod & in Ecclesiaste praecipit Salomon, Ne sis praeceps ad loquendum coram Deo. Sciendum igitur est, non solum in priuatis moribus vicia lingua pernitiosa esse, vt sunt, Mendacium, garrulitas, praecipitantia, curiositas, maledicentia, conuiciatio, petulantia linguae, calumniae, vanitas, seu iactantia, θρασωνίσμος, ironia, δυσωπία, ἄκκισμος, impudentia, φιλονεικία, scurrilitas, obscaenitas, scepticum esse, futilitas, Assentatio, sed multo plus publice nocere in Ecclesia, ibi lingua effrenis, garrula, armata impudentia & sophistica, horribiles tumultus, ciet, & vere κυκᾷ πᾶσαν ἐκκλησίαν. Sicut autem effrenis lingua causa est ingentium malorum. Ita e contra beneficia sunt ingentia linguae veracis & modestae. Quia non solum haec vita mortalis magna ex parte regitur sermone, doctrina, & consilijs, sed etiam agnitio Dei, & vita aeterna inchoantur voce, quae sonat in ministerio Euangelij. Non alia re cer-

nimus vel apprehendimus Deum, nisi cognita voce, qua se patefecit.

εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις) Lex naturæ & ordinatio diuina est, Qua mensura mensi fueritis, eadem reddetur & vobis. εἴκε πάθοι, τὰ ἔρεξαι, δίκη ἠθεία γένοιτο. Aristoteles dicit hanc sententiam esse sumptam ex legibus Rhadamantis. Nam veteres redegerunt leges in carmina, vt extarent in vulgo, & rectißime dici solet, Es ist nie keiner so böse gewesen / es ist noch ein böser vber jhn kommen. Item, wie wir es treiben / so gehet es. Si quis enim est verbero, aut contumeliosus, tamen ad extremum incidit in aliquem, qui mirabili casu de ipso sumat pœnam. Inde apparet Deum in mundo iusticiam ciuilem conseruare, & ipso non custodiente facile eam interire. Quod aũt Poëta hoc loco ad fratrem dicat, eum plura et deteriora auditurum, si garriendo contumelijs aliquem affecerit, requirit, vt frenemus linguam, non delectemur obtrectationibus aut maledicentia, non quæramus voluptatem, aut relaxationem animorum, vel serendis contumeliosis fabellis aut criminationibus, vel libenter & auide audiendis sermonibus, quibus aliorum fama leditur & extenuatur. Nam D. Paulus expreßis verbis inquit 1. Cor. 6. Neq; adulteri, neq; homicidæ, neq; conuitiatores regnum Dei poßidebunt. Et Eccles. 21. dicitur, obtrectator polluet animam suam, & vicißim afficietur ignominia.

Et hoc ipso loco Dominus addit comminationem, loquens

loquens de pœnis præsentibus & futuris, fore, vt cumulate reddatur, vt vicissim venenati calumniatores iudicentur & puniantur, cui quidem euidenter exempla quotidianæ vitæ & historiarum consentiunt, atq; respondent, vt exemplum maledici Semei testatur 2. Reg. 16. quando mota seditione per Absalonem Rex Dauid iam senex in fuga trepidabat, occurrebat fugienti quidam ex proceribus, qui antea floruerat in aula Regis Saulis, his clamoribus debacchabatur in exulem Dauid, & lætabatur miseria seu exilio Regis, insultans ei hoc venenato Sarcasmo, Egredere vir sanguinum, reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuasisti Regnum ipso excusso, &c. Iam singuli existiment & perpendant, quantopere illi sarcasmi & venenatæ ironiæ auxerint Dauidis ingentem dolorem, quem in fuga propter Absolonis filij scelus animo circumtulit. Idcirco viri fortes, qui antea duxerant exercitus apud Dauidem, & tunc fugæ comites atq; socij periculorum Regis erant, adeo incandescebant, vt confodere maledicum subsannatorem cuperent & conarentur, sed prohibebantur à Dauide, qui noluit hoc suo tempore exercere vindictam seu iniurias suas vlciscì. Imò nequidem postea restitutus in regnum, voluit hunc conuiciatorem maledicum interfici. Sed post mortem Dauidis Rex Salomon mandauit huic Semei, vt contineret se domi, nec quoquam pedem extra portas vrbis efferret. Quod cum is facere neglexisset, curauit eum Salomon vltimo

supplicio

supplicio affici, Ita ne quidem pœnas politicas in hac corporali vita Semei maledicus effugit.

Aliud exemplum ex historia Esther, in qua scriptum est de Haman hoste Iudæorum, qui propterea quod Mardocheus non flexis genibus adoraret ipsum Ethnico more, per calumniam impetrauerat edictum de vniuersa Iudaica gente delenda, falso crimmatus, eam mandata Regis Assueri contumaciter violasse. Postquam vero Regem Darium Assuerum flexit coniunx Esther, patefactis calumnijs & sceleribus Haman Iudaici cruoris sitientem strangulari suspensum de eodem patibulo, quod ille Mardocheo parauerat, ac emissis contrarijs edictis per prouinciam, domum & possessionem Haman attribuit Mardocheo.

Aliud exemplum de ingrato milite. Rex Macedoniæ Philippus pater Alexandri Magni, iusserat militē quendam nauigare ad certa loca, speculandi seu explorandi causa. Interim coörta tempestate, nauis victa procellis & fluctuum impetu, frangitur. Sed Deo naufragum respiciente, accurrit agricola, cuius prædium seu villa non procul aberat á mari. Is audito clamore militis, periclitanti opitulatur, & receptum ex aquis in suam cymbam defatigatum labore natandi, confectum fame, insomnia, & animi sollicito mœrore, rigentem frigore, & penè exanimem, ducit in villam, recreat ad focum, lectulo impositum, ac cibo, potuq; refectum fouet omnibus officijs, donec animum, viresq; recipiat, post triduum cupientem abire, etiam viatico instruit.

Miles

Miles discedens recta pergit ad Regem Philippum, narrat naufragium, iactat suos labores, exaggerat pericula, petit premium aliquod, sed hospitis beneficium tacet, cui prolixe pollicitus erat, se relaturum esse gratiam. Philippus iubet militem & propter fortitudinem, & quia bene meritus esse videbatur, ac inprimis ei carus erat, nominatim petere domum ac possessionem seu villam aliquam, quæ tunc vacaret, & à Rege pro arbitrio conferri posset.

Vide, quid acciderit, Nebulo iste nominatim petit domum & prædium rustici seruatoris sui, eò quod naufragus ad hanc villam ægre enatasset, & locum insignitum memoria calamitatis suæ, ceu testem periculi, singulari affectu prosequeretur. Interim nulla fit mentio beneficij seu officiorum Rustici, sed dissimulat se à quoquam accolarum in tantis vitæ periculis adiutum aut recreatum esse.

Facile impetrat à Rege liberali & cum reliqua erant ignota de agricolæ fidelibus officijs, quibus naufragum seruauerat & recreauerat. Itaq; curat Philippus Diploma confici, quo dominium, seu proprietas eius prædij confirmabatur militi, isq; in bona, quæ petiuerat, induci iubebatur. Hæc cum fierent, occupante prædium milite, Rusticus expulsus bonis non tulit iniuriam, sed accessit ad Regem commemorans sua beneficia, narrat se fuisse seruatorem, & ex aquis receptum naufragum, toto triduo pauisse, texisse, ac quibus potuerit officijs fouisse ac recreasse,

quæritur

quæritur iniustum esse ab ingrato alumno se pro hospitalibus beneficijs excuti ex paterna possessione.

Philippus cognita huius nebulonis perfidia & ingratitudine, adeo exarsit ira, vt militem iusserit in vincula conijci, & postea cum ignominia exautorato stigmata inuri, ac fronti inscribi hæc verba: HOSPES INGRATVS. *Prædium vero priori Domino restituit, milite exilij causa solum vertente. Ita perfidia ingrati militis recidit in ipsius caput, & malum consilium fuit authori pernicioſum. Deus enim est iustissimus iudex, puniens pœnis præsentibus & æternis, omnis generis peccata, in omnibus non agentibus pœnitentiam. Recte igitur scriptum est in libro Sapientiæ cap.* II. *Per quæ quis peccat, per eadem & punitur. Item ab alio expectes, alteri quod feceris.*

μηδὲ πολυξείνῳ) *Aliud præceptum tradit, quod torqueri potest tam ad magistratum, quam ad publica conuiuia. Si ad magistratum refertur, æquum est, vt subditi aliquid conferant in publicum, siquidem ipsi vicißim multa bona à magistratibus politicis accipiunt. Hunc sensum Poëta transtulit ad conuiuium, ibi vt paruo sumptu multi aluntur, Ita etiam in Reſpub. paruo tributo nobis comparamus pacem, latrocinia prohibentur in vijs. Reſpub. enim sine tributis necessarios sumptus sustinere non potest. Si vero ad publica conuiuia refertur, videtur Poëta adhortari fratrem, vt sit cultor societatis, & non solutus, aut solitarius. Ne sis (inquit) morosus propter publicum*

& com-

& commune conuiuium. h. e. propter collationem publicam & symbolas, quas etiam καταβόλια appellamus, quando communia conuiuia instituuntur, & pro sua parte quilibet confert aliquid. Ergo docet nos conseruare commune vinculum societatis, & vult, si quando amici & cognati conueniunt, & instituunt conuiuium, ne simus sordidi, sed vt prompto & læto animo nostram symbolam ad publicum conuiuium conferamus. Postea Poëta attexit laudes publici conuiuij, & inquit, Ex tali societate non tantum concipitur plurimum voluptatis & delectationis sed etiam exigui sumptus fiunt & facilius feruntur, Iuxta tritum prouerbium, Multæ manus alleuant onus, Viel hende machen leichte arbeit. Item, Aus vielen Beuteln ist gut zehren. Quando ex multorum marsupijs confertur ad publicum conuiuium, tunc facile feruntur sumptus.

μηδέποτ' ἐξ ἠοῦς) Hactenus Poëta tradidit præcepta, quæ ad mores externos pertinent, Iam vero, vt fungatur officio veri sacerdotis, tradet quædam præcepta ceremonialia, Non esse litandum superis illotis manibus, & quamuis videntur nata esse ex quadam superstitione, tamen sunt imagines seu symbola quædam, quæ significant res sacras esse reuerenter tractandas, & non solum foris corpus, verum etiam animum à contagione vitiorum abluendum esse. Alludit & Virgilius ad hanc consuetudinem, quod antiquitus non illotis manibus sacra tractauerint, cum ait, Donec me flumine viuo abluero. Et potest illud dictum

Hesiodi

Hesiodi accommodari ad multa negocia in communi vita, nempè, non esse irrumpendum ad grauiora negocia, nisi animo bene antea præparato. Ex doctrina autem Euangelij discendum est, quod vera mundicies cordis nostri consistat in timore, fide, dilectione, & obedientia nostræ vocationis. Ceremonialis mundicies alia est, & tamen extincta illa reuerentia extinguitur etiam in animis hominum timor Dei, & vera fiducia in Deum,

μηδ' ἀντ' ἠελίοιο) Sequitur præceptum, Aduersus solem ne meieto, de quo vide Plin. lib. 28. ca. 6. & Eras. in chil. Commendat autem nobis verecundiam & modestiam hæc sententia. Primum discamus honestos & magnos viros reuerenter tractare. Deinde sub isto symbolo aliquid arcani significatum est, res sacras & honestas non esse aliqua contumelia afficiendas, non esse contra apertam veritatem aliquid tentandum, aut disputandum. Qui enim impudenter contradicunt veritati, videntur mingere contra solem. Præterea dehortatur ab impudenti immodestia. Turci secedunt, quando minguni, sicut & Maximilianus I. relicto exercitu sæpe in syluam solus secessit ad mingendum. Hoc nominatim audiui ex D. Philippo, piæ memoriæ, de Maximiliano. Tanta fuit in tali Heroë verecundia & modestia.

μακάρων τοι νύκτες ἔασιν) Ista præcepta olim in aulis diligenter obseruabantur, quale hoc est, Ne quidem de nocte esse opperiendum, vel nudandum corpus. Quia noctes sunt consecratæ Deo, aut noctes

sunt

sunt angelorum, qui sunt omnium nostrorum actionum inspectores. Istæ honestissimæ opiniones procul dubio sunt sumptæ à patribus. Etsi homines non vident, tamen Deus videt. Qui autem est homo prudens & sapiens, ille abdit se in angulum, & occultat, si quando est est ex onerandus venter, verecunde loquitur, Ich wil mich vmbsehen.

μηδ' οὐδοῖα γονῇ) Aliud præceptum verecundiæ, A congressu vxoris non accedas sacra. Tibull. Discedat ab aris Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.

μηδ' ἀπὸ δυσφήμοιο) Aliud præceptum de procreandis liberis, in quo monet, quando & sub quali affectu sit vxorum consuetudine vtendum. Q. d. Non oportet liberis generandis operam dare tum temporis, quando à funere, sed quando ab hilariore conuiuio aut festo reuerteris. Plærunq; enim liberi sunt tales, quales parentes ipsorum fuerunt in congressu vxorum. Nam si ebrij fuerint, ebriosos generabunt. Si sobrij & sicci, sobrios & siccos. Si hilares & læti, lætos & amabiles: Si mœrore deiecti, torpidos & luctui deditos.

EXPLICATIO TEXTVS.

ὥρῃσιν) Præceptum est de coniugio. h. e. de temporibus idoneis ducendi vxorem & nubendi marito. ὥρῃσις autem est nominatiuus gestus ex aduerbio tem-

bio temporis factus, Maturus, pro, mature. h. e. tempestiue. Q. d. cum sis matura ætate, ducas virginem tali ætate præditam, qua possis eam in tuos mores fingere. Vetuli enim canes, vt dici solet, non facile possunt loris assuefieri. γυναῖκα) .i. vxorem. mulierem. ποτὶ) pro, πρὸς. μήγε) ponit iam numerum annorum. ἀπολείπων) .i. relinquens, deficiens. τριακόντων ἐτέων) .i. ab annis triginta. q. d. vir non debet esse multo minor natu, quàm trigmta annos. Illa est ætas opportuna ducendæ vxori, cæteris paribus, prout est valetudo viri & constituta est res familiaris & opportunitas temporis. h. e. circa annum trigesimum ætatis. Interpres Græcus censet pro τριακόντων scribendum esse τριάκοντα. Declinauit enim Poëtice, non grammatice, & omne nomen, quod tria genera complectitur sub vna terminatione est indeclinabile. πολλὰ) .s. multos annos. Qui enim potuerunt celibem vitam agere continenter vsq; ad 30. aut 40. annum, illis deinde non est consultum cæteris paribus. vt implicent se coniugio. Quidam impediuntur victus inopia, alij valetudine. Quare monet Poëta, vt vir non expectet diu supra annum 30. γάμοιο) .i. matrimonium, nuptiæ. ὥρι᾽) i. tempestiuæ. Q. d. Illud est opportunum tempus coniugij.

γυνὴ) Mulieri non multum tribuit. τέτορι) Interpres exponit pro τεσσαρες καὶ δεκάτῳ χρόνῳ. h. e. decimo quarto anno. τέτως τέτορ᾽ τέτορι Hesiodo dicitur pro τετάρτῳ, & annumerandum est decimo. q. d. mulier decimo quarto anno pubescat,

beſcat, quintodecimo nubat. Vide Iulium Pollucem lib. 1. cap. 7. qui hunc locum ita expoſuit. ἡβῶσα) .i. pubeſcat ab ἥβάω .i. pubeſco. τέτορτι) .ſ. anno quarto .ſ. ſupra decem. πέμπτῳ) .ſ. quinto .ſ. ſupra decimum quartum. Q. d. Decimo octauo aut nono anno circiter nubet. Quia ante annum 18. non ſunt aptæ ad pariendum, nondum poſſunt concipere. Quanquam quædam citius gignunt, & tamen hoc ipſum fit non ſine magna iniuria naturæ. Obſeruandum eſt autem, quod Poëta numerat tantum minorem annum. Quia pueri non pubeſcant anno quarto. Ideo debet ſubintelligi maior numerus. Sic nos dicimus, Comitia Auguſtana, in quibus Confeſſio principum eſt exhibita, fuerunt celebrata Anno 30. & tamen maior numerus ſubintelligitur, nempe 1530. γαμέτο) .i. nubat, ἀ γαμέω vel γαμῶ. κεδνὰ) i. caſtos. Oportet enim in coniugio maximam eſſe morum ſimilitudinem. παρθενικλὼ) .i. virginem ſeu adoleſcentulam, non vetulam, quæ non poteſt ad mores mariti aſſuefieri, Einen alten ketten Hund kan man ſchwerlich bendig machen. ὧς γὰρ ἤθεα) Ratio additur ſupra inſtitutæ admonitionis, vt ſcilicet poſſis eam docere honeſtos mores, vt poſſis ad tuam vitam accommodare, non ducas aliquam, quæ ſit tibi imperatrix, & ante ſit male aſſuefacta. διδάξῃς) ἀ διδάσκω .i. doceo. γείτοσι) .i. vicinis, inimicis tuis. χάρματα) .i. gaudia & ludibria, ſpott vnd hohn.

ἔργιον) .i. durius, moleſtius. ἴφθιμόν) .i. robuſtum, præſtantem, valentem, fortem. εὖθε) ab εὔω .i.

torreo, asso, exicco. δαλοῦ) .i. torre, face. Sie kan einen Mann braten / bedarff keines fewers darzu. h. e. redigit eum ad maciem sine torre, absq; ligno, absq; titione (brand) ὠμῷ γήραϊ) .i. crudæ, præcipiti, veloci, tempestiuæ senectæ, für der zeit. .s. facit, vt ante senescat, Es macht / das er balde alt wird. Galenus in libro de conseruanda valetudine facit triplicem senectutem. Primam vocat crudam, & qui in ea sunt ὠμογέροντας dici, feine gerüehliche alte leute. Virgilius 6. Aen. vocat etiam crudam senectam, quæ tempestiua est, cum ait, Iam senior, sed cruda Deo, viridisq; senectus. h. e. qui non fuerit decrepitus, sed firmo robore, quales dicuntur, qui coniecti sunt in cruditatem. Secunda est circiter annum sexagesimum, & qui in ea sunt, γέροντας (die rechten alten) vocamus. Tertia est decrepita, & qui eam attigerit, πέμπελον vocamus, quæ habet alternm pedem in cymba Charontis, de cuius vita est actum, aut qui est deploratus, der auff der gruben gehet. εἶναι) Infini. pro imper. pro ἔσο καὶ ὕπαρχε. πεφυλαγμένος) pro φυλάσσων .i. obseruans, custodiens, seruans. Q. d. bene & decenter obserues & consideres inspectionem, animaduersionem, & gubernationem Deorum. ποιήσῃς) .s. æqualem. Hic dicit, quomodo sint colendæ amicitiæ. Q. d. Si quem adiunxisti tibi amicum, & eum, vt fratrem, colis, caue, ne temere illud offendas. Quia non conducit nouos habere amicos. Sunt de eadem re præcepta apud

Ciceronem

Ciceronen in lib. Offi. & in lib. de Amicitia. ἔρξῃς) .i. ne prior eum damno afficias.

χάριν) .i. ne præ te feras simulatam gratiam & beneuolentiam. ἄρχῃ) Alij legunt ἄρχει, vt sit sententia, si ipse primus te cœperit iniurijs lacessere, tum dupliciter ipsius offensam punies, memor aut mei præcepti, aut quod primus violauerit amicitiam. Alij vero legunt ἄρχῃς, vt sit sententia, si incœperis aut dixeris aliquod verbum molestum. h. e. si incœperis eum offendere vel verbo vel facto molesto, Quid est faciendum? Vide, vt dupliciter ei satisfacias, ne quæ macula, aut cicatrix aliqua hæreat in animo ipsius. ἀποθύμιον) .i. quod abest ab animo, vel, quod offendit animum, das einen zu wieder ist. εἰσ ἐκεν ἄρχῃ) Q. d. si ipse te offenderit & redit & cupit te placare & tibi satisfacere, tunc concede ei veniam, sed post concessam veniam vide, ne quæ vestigia aut signa, aut notæ simultatis, aut iræ appareant, vt se auertat, & grauius exulceretur & offendat, quàm antea. αὖθις) .i. si ille .s. post offensam rursus adiungat se tibi, velit tibi iterum reconciliari, cupiat te placare, volet vero tibi præbere satisfactionem vel pœnam. δέξαῖτο) .i. recipito vel, non repelle, non sis implacabilis, sed debes cum illo in gratiam redire, & illi ignoscere, si qua in re te læsit. Quo quis est melior, eò minus est tenax offensionum & iræ. Christus iubet nos ita esse placabiles, ne Sol occidat supra iram nostram.

εἶδος) .i. species, forma, habitus oris. κατελεγχέτω) .i. redarguat tuum animum, reliquam

esse aliquam acerbitatem mentis adhuc. Q. d. vide, vt cum bona fide in gratiam redeas, ne aliquid animaduertatur in vultu irati animi. Quia vultus est tacitus index animi. κατελέγχος *dicitur argumentum, quod concludit, quod vincit, quod aliquem redarguit. Inde* κατελέγχειν *.i. redarguere,* vberweisen. νόον) *.i. vide, ne vultus arguat animum, sed ex animo ames, ac redeas bona fide in gratiam, q. d. nulla sit significatio offensi animi, Sed bona fide iterum reconcilieris ipsi, vel, ne quod vestigium in ore, vel, vultu vel oculis, vel habitu oris appareat veteris offensæ.* σὲ) *Accusatiuus pro datiuo, Attice. Interpres sic exponit, Tuam mentem nulla species indecoræ amicitiæ coarguat. hoc est, ne redarguaris, aut* ἄφιλος, *quasi sis omnium expers amicorum, aut* πολύφιλος, *multos habens amicos, aut* ὑβριστὴς τῶν ἀγαθῶν φίλων, *iniurijs lacessens bonos amicos. Hæ sunt species amicitiæ & aliæ sexcentæ.* πολύξεινος) *.i. prodigus.* ἄξεινος) *.i. sordidus.* καλέεσθαι) *Infin. pro imper.* κακῶν) *.i. vide, vt serues te integrum, ne immisceas te ijs hominibus, quibus non oportet te mala facere.* ἐσθλῶν) *Q. d. ne voceris reprehensor, obtrectator, conuitiator, suggillator bonorum. h. e. ne sis in ea parte, vbi requiratur hoc á te etiam contra conscientiam, vt criminibus falsis deformes bonos. Sunt bona præcepta, licet breuia. Qui adiungunt se malis, plærunq; solent obtrectare bonis.* νεικεστῆρα) *.i. conuitiator. Talis fuit Thersites apud Homerum lib. 2. Iliad. Impossibile est in beneficijs effugere inuidiam.*

Regium

Regium est (inquit Alexander) bene facere & male audire. τέτλαθι) .i. ne fustineas, aut ausis, ἀτλάω & τλήμι .i. fustineo τλάθι. Poëta addidit τε. ὀνειδίζειν) .i. exprobrare. οὐλομένῳ) .i. malam, noxiam, exitiosam, miseram, grauem, perditam, pernitiosam, ab ὄλλω .i. perdo. θυμοφθόρον) .i. corrumpentem, affligentem, quæ absumit animum, Gut macht nut / Armut wehe thut / à φθείρω .i. corrumpo, & θυμὸς .i. animus. Q. d. non insultes miseris, pauperibus, afflictis, calamitosis, vel, non exprobres alicui paupertatem á Deo attributam hominibus. Paupertas vero altera, quæ accidit ex nostra malitia & prodigalitate, reprehendi debet.

γλώσσης) Præceptum est de moderanda lingua necessarium non tam ijs, qui in Ecclesia Christi docendi munere funguntur, quam ijs, qui præsunt Rebuspub. & œconomijs. Videmus enim, quos errores spargant multis quæstionibus periculosis, quas ex quadam petulantia ingenij mouent, Quos tumultus excitant in Rebuspub. qui abutuntur lingua in aulis principum. Quare compescenda est lingua. θρασυτὸς) Laudat moderationem linguæ, nihil est peius lingua obtrectatrice, Econtrà nihil est melius, quam moderata lingua. φειδωλῆς) id est, parcæ, frugalis, moderatæ, sparbafftig. Q. d. ille est optimus iudicandus, qui moderatur linguam. h. e. dicit pro tempore id, quod conuenit, nec temere aliquid effutit. ἰούσης) .i. moderatæ, vel, quæ accedit iuxta mensuram, vel, quæ non temere dicit, quicquid in buccam venit. μέτρον) .i.

modum, mensuram, quæ scit in tempore loqui, wenn es die not erfordert/vnd die zeit leiden wil.

μηδὲ πολυξείνῳ) Ad publica munera debemus liberaliter conferre, nec offendi, etiamsi Domini seu potestates non necessarijs sumptibus, apparatibus, & pompis impendunt ordinaria tributa, legitimasq; pensiones. δυσπέμφελος) der nicht gerne gibt/ difficilis & morosus collator, ægre mittens symbolam suam, inuitus largitor, pœnitens accensor, ἀ δύς, quod in compositione difficultatem vel malignitatem connotat, & πέμπω. h. e. mitto, h. d. qui difficulter communicat, facile sibi odium vicinorum conciliat. Quare hortatur fratrem, ne grauetur aliquid in commune conferre, vel, ne præbeat se difficilem aut malignum collatorem, Er sol sich zu den Nachtbarn halten. πολυξείνῳ δ' αὐτὸς) .i. ad publicum conuuium, vbi multi hospites conueniunt. Olim ἀγάπλω vocarunt Missam .i. collationem eleemosynarum, Hinc venerunt oblationes. In studijs nostris etiam sic debemus esse affecti, vt etiam ad Rempub. ornandam aliquid pro nostra vocatione conferamus. Iuxta Platonis dictum, patriam partem nostri ortus sibi vendicare. Cic. 1. Offic. ἐκ κοινοῦ) .i. ex communi. h. e. quando singuli conferimus, est maior gratia. Quia ipsum officium deuincit mutuas voluntates hominum. Est autem valde odiosum frui tantum alienis laboribus, & nihil velle conferre in medium. Est autem exemplum apud Aristotelem in 2. lib. Polit. de Argonautis, vbi Hercules nolebat fubire vnà cum alijs onera nauigandi.

gandi. Eius rei autem talis est mythologia, quod Heroici viri semper ad se trahant multas prærogatiuas, sed præstant alijs maioribus commodis. χάριϛ) id est, est minimus sumptus, & maxima gratia, Es macht einen guten willen/ vnd ein gut hertz.

μηδὲ ποτ') De religione præcepta sunt ceremonialia. Natura enim docet oportere esse inter homines ceremonias, Supra dixit, ἢ μὴν ὅτ' εὐνάζῃ ἠοὶ ὅταν φάῳ ἱέρον ἔλθῃ. h. e. debet sacrificare mane & vespere. Nunc vero dixit, Non esse accedendum ad sacra illotis manibus. ἠοῖ ἠῶϊ) .i. ex aurora, sub auroram, mane. λίβειν) .i. libes, lites, sacrifices. Libare est leuiter degustare. ἀΐθοπα οἶνον) Quia aduerit faciem. Fuit mos, vt veteri more non libarent precaturi illotis manibus. χέρσιν) Significat rem egregiam non esse confidenter, atq; imperite aggrediendam, tanquam profane & irreuerenter. Translatum est á sacrorum ceremonijs, in quibus omnia pura, totaq; iubebantur exhiberi. οὐ κλύουσιν) .i. non audiunt .s. irreuerenter inuocati, á κλύω .i. audio. Illa vox adhuc hæret in Vandalica lingua, Klisch .i. audi. ἀποπτύουσι) .i. aspernantur, respuunt. ἄρᾳ dicuntur precationes. Est commune præceptum, quod ad res sacras pertinet. ὀμιχθῆν) .i. mingas, aut vrinam facias. Infin. pro imper. ὀμιχέω vel οὐρέω .i. reddo vrinam. Prouerbium denotat, mingendum esse in matulam. τετραμμένῳ) .i. stans, á τρέπω .i. verto. Q. d. res magnæ, præclaræ, & sacræ non sunt aliqua contumelia afficiendæ. δύῃ) .i. occiderit. q. d. post

occasum. μεμνημένος) .s. memineris .s. mingere, aut tum licet tibi mingere, vel, ne mingas contra Solem orientem, pertinet ad negatiuam particulam. ἐς ἀνιόντα) .i. versus orientem Solem, vel, vsq; ad ortum, vel, donec Sol oriatur, aut illucescat. Sententia requirit hoc, Aduersus Solem orientem .s. ne mingas. προβάδην) .i. progrediendo, seu progressus. ἐκτὸς ὁδοῦ) .i. paululum extra viam mingas. q. d. non mingas in platea, aut in publico, qualis mos est Hispanorum & Italorum & Vandalorum nostrorum, quorum est magna barbaries. ἀπογυμνωθεὶς) .i. neq; nudatus sis etiam de nocte. q. d. non tantum debes interdiu, sed etiam nocte præstare quandam verecundiam, & in omnibus vitæ actionibus. Turcæ solent procumbere, ne nudent se, cum mingunt, sicut mulieres. Quia debetur reuerentia corpori & illis partibus, quas natura vult occultari. Est profecto magna turpitudo scißis & ruptis vestibus aperire illas partes, quas nemo potest siue vir siue mulier honestæ intueri, sine quadam verecundia, & mentis abominatione. ἑζόμενος) .s. mingit, vel se exonerat. Quamuis exigua res est, tamen multum facit ad humanitatem. εἰδὼς) .i. sciens sapientia, hoc est, sapiens. Poëticum est.

πελάσας) .i. admouens seu appropinquans. αὐλῆς) .i. aulæ, stabuli, atrij. εὐερκέος) .i. benemuniti .s. ibi acclinat se & exonerat, ne à quoquam videatur. Illa est plus quam canina impudentia vrinam proijcere, vel aliud deformius agere inspectantibus

tibus hominibus. ἐέργω .i. arceo, Inde ἕρκος locus munitus, à quo quis arcetur. αἰδοῖα) .i. virilia, vel, pudenda. πεπαλαγμένος) .i. pollutus, contaminatus, à παλάσσω inquino, subigo. Fut. παλάξω Præter. πεπαλάχα, Paß. πεπάλαγμαι. ἐστίῃ) .i. prope aram Vestæ. Fuit mos apud Græcos & Romanos, quod aræ fuerint in vestibulo singularum ædium. Cupiditates hominum auxerunt cultus sanctorum. Istæ ceremoniæ manarunt à patribus. ἐστία) .i. focus. Inde vocabulum Romanum Vesta, quam coluerunt Romani sub specie ignis, & coluerunt eam Deam, quasi præesset rei priuatæ. Focus est ille Deus, qui dictus est gubernare res priuatas & publicas. παραφαινέμεν) pro, παραφαίνειν .i. accedas, appareas. δυσφήμοιο) .i. ominoso, infausto, funesto, tristi, malis ominis. Q. d. quando quis redit à tristi sacro, non est congrediendum cum vxoribus. δαιτός) .s. quando eris hilarior, vel, quando corpora erunt bene affecta. ἀπονοστήσαντα) .i. reuertentem, redeuntem.

TEXTVS.

Μηδέποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίῤῥοον ὕδωρ
Ποσσὶ περᾶν, πρὶν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
Χεῖρας νιψάμενος πολυκράτῳ ὕδατι λευκῷ.
Ος ποταμὸν διαβῇ, κακότητι δὲ χεῖρας ἄνιπτος.

Τῷ δὲ

Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἄλγεα δῶκαν ὀ-
πίσσω.
Μὴ δ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ
Αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωπι σιδήρῳ
Μηδέποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν
Πινόντων. ὀλοὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ μοῖρα τέτυκται.
Μὴ δὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεστον καταλείπειν,
Μή τι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη.
Μὴ δ' ἀπὸ χυτροπόδων αἰεπιῤῥέκτων ἀνελόντα
Εσθεν, μὴ δὲ λόεσθαι, ἐπεὶ καὶ τοῖς ἔνι ποινή.
Μήδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν, οὐ γὰρ ἄμεινον,
Παῖδα δυωδεκαταῖον, ὅτ' ἀνέρ' ἀνήνορα ποιεῖ.
Μηδὲ δυωδεκάμηνον, ἴσον καὶ τοῦτο τέτυκται.
Μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι
Ανέρα. λευγαλέη γὰρ ἐπὶ χρόνον ἐστ' ἐπὶ καὶ τῷ
Ποινή, μηδ' ἱεροῖσιν ἐπ' αἰθομένοισι κυρήσας
Μωμεύειν ἀΐδηλα, θεός τοι καὶ τὰ νεμεσσᾷ.
Μηδέποτ' ἐν προχοῇ ποταμῶν ἅλαδε προρε-
όντων,
Μήδ' ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν, μάλα δ' ἐξαλέασθαι,
Μήδ' ἐναποψύχειν. τὸ γὰρ οὔτοι λώϊον ἐστὶν.
Ωδ' ἔρδειν. δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην.
Φήμη γὰρ τε κακὴ πέλεται, κούφη μὲν ἀεῖραι
Ρεῖα μάλ', ἀργαλέη δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀ-
ποθέσθαι,

Φήμη

φήμη δ' ἔτις πάμπαν ἀπόλυται, ἣν τινα πολλοὶ
λαοὶ φημίζωσι, θεὸς νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

VERSIO.

Neq; vnquam perpetuo fluentium fluuiorum pulchram
aquam
Pedibus transeas, priusquam precatus fuerit intuens
pulchra flumina,
Manus lauans amabili aqua pura
Quis flumen transit, per malitiam manus non lotus
Huic Dij irascuntur, & dant dolores postea
Neq; à manu Deorum in celebri conuiuio
Siccum à viridi secato fusco ferro
Neq; vnquam lagenam ponito supra craterem
Bibentium. Malum enim in ipso omen est situm,
Neq; domum faciens non ornatam relinquito.
Ne forte insidens crocitet garrula cornix
Neq; etiam ex olla non sacrificata auferens
Commedas, neq; laues, quoniam & his pœna est.
Neq; supra aras locato (non enim melius est)
Puerum duodennem, quia virum debilitatum facit,
Neq; duodecim mensium, æquale & illud est,
Neq; in muliebri balneo mundes
Vir. Mala enim ad tempus est & in hoc
Pœna, neq; hostijs accensis interueniens
Reprehendas mysteria, Deus & hæc ægre fert
Neq; vnquam in ostio fluminum ad mare fluentium,
Neq; in fontes mingas. Valde enim vitato,
Neq; incacato. Id enim nihilo est melius.
Sic fac. Grauem vero mortalium famam euitato
Fama enim mala est, leuis quidem ad tollendum

Facillime

Facillime, Molesta ad ferendum, difficilia ad deponendum
Fama vero nulla prorsus perit, quam multi
Populi diuulgant, quippe Dea certe est & ipsa.

VALLA.

Credimus inuisum superis, semperq; molestum,
Qui natat assiduo labentia flumina cursu,
Quin sit lota manus prius, & pia votas precesq;
Fuderit. ante ipsas supplexq; orauerit vndas.
Infandum ante aras vngues incidere, cum Diis
Sancta facis: scelus est cyathos imponere vasi,
In quo vina latent, sacros operare lebetas.
Nil tibi cum in sacris etiam hinc lauisse nefandum est,
Perfice tecta prius, quàm cornix garrula ab alto
Nunciet atram hyemem, ruit hæc inimica procellis.
Fac sedeat bis sex quibus ætas exigit annos,
Aut totidem menses natorum chara propago,
Sede sub instabili, iuuat hoc omnemq; repellit
Segnitiem, facit esse agiles, & ad omnia promptos.
Fœdum ac turpe virum est thermis muliebribus vti,
Hoc prorsus fugiendum etiam, stat talibus atrum
Supplicium, ante oras superum obiurgare nefandum est
Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus.
Nec licet in fluuio, neq; fontis mingere in vndas.
Est quoq; turpe aliud vetitum; fuge pessima famæ
Nomina, fama malum facile in sublime leuatur,
Est graue sufferri nimium nimiumq; molestum.
Difficile vt taceat, nunquam delabitur illa
Sedula quæ varias populi penetrauit ad aures,
Est Dea fama quidem, sunt ipsi numina famæ.

FRISI-

FRISIVS.

Ne fluuios pedibus calcaueris vsq; fluentes,
Ni prius aspiciens exores pulchra fluenta,
At manuum sordes in aqua purgaueris ante,
Qui fluuium impurus nullum calcare veretur,
Hunc superi oderunt, ac post mala plurima sentit
Sympotio in celebri, præsentes sunt vbi diui,
Ne reseces vngues cultello à sorde repurgans,
Nec cratera super potantum pone lagenam,
Qui facit, eueniet mors illi cruda repente.
Ædificansq; domum ne linquito semiparatam,
Ne sedeat clamosa super cornicula cantans.
Neu comede ex illa, quæ non benedicta patella est,
Neue laues, quoniam factis quoq; pœna stat illis,
Ne puerum, seu sit natus ter quatuor annos,
Seu totidem menses, educas molliter inq;
Delicijs, siquidem nil viribus officit æque.
Neue ad balneum, vbi muliebris turba lauatur
Vir lotum venias, Nam pœna grauis quoq; tali,
Euenit: aut veniens superis vbi Dijs sacra fiunt,
Ne culpes ea, quippe Dei hinc accenditur ira,
Præcipue hoc caueas, vel fluminum in ostia, cursu,
In mare quæ properant, vel in ipsos mingere fontes,
Neue aluum exoneres, Nam non est vtile factu,
Sedulus ac hominum famam vitato molestam,
Ingens fama malum, facilisq; illius origo est,
Perfertur graue, & orta semel deponitur ægre:
Illa etenim prorsus nequit euanescere fama
Vndiq; quam vulgus spargit, quoniam quoq; diua est.

DISPO-

DISPOSITIO.

μηδὲ ποτ' ἀενάων) Est pulcherrimum præceptum, in quo monet, vt si videamus perennem scaturiginem, quæ nunquam deficit, & exhauritur ex tam angusto meatu, agnoscamus magnum esse miraculum Dei. Hoc viderunt Gentes, & adorauerunt, & crediderunt, quod peculiare numen ineſſet fluminibus & fontibus. Deerrantes vero ab opifice creaturis adhæserunt. Propterea Hesiodus præcipit, ne quis transeat flumen, quin prius numen ipsius fluminis adoret, & egregium est præceptum haud dubie à sanctis patribus propagatum. Certe omnia sunt condita, vt nobis seruiant, Ideo Deo sunt gratiæ agendæ pro tantis beneficijs, & æquum est, vt istis rebus vtamur cum reuerentia. Est igitur sententia huius loci, Agnoscas hæc esse dona Dei, & illis vtaris reuerenter. Et certe flumina & fontes sunt ingens miraculum Dei, qui tot flumina effundit per tot millia annorum. Iste riuulus, quem vocant Vitebergæ frischbach sæpius in maximo æstu Solis certauit in siccitate, & tamen exundauit.

μηδὲ ποτ' οἰνοχόῳ) Etsi D. Philippus in suis Annotationibus existimet non satis constare, quid Poëta sibi voluerit hoc symbolo, Nunquam pone lagenam supra poculum, tamen videtur innuere ordinem & rerum & personarum in communi vita, præsertim in publicis & honestis conuiuijs esse seruandum, ne scilicet aliquis indoctus propter opulentiam præferatur

docto,

docto, qui est pauper, sicut vulgo dici solet, Man sol nicht die stüle auff die bencke setzen / Non est ponenda lagena supra cratera, Man sol nicht einen gelährten ehrlichen Mann vnten an den Tisch setzen / ob er gleich arm ist / vnd einen vngelährten Filtz vmb seines geldes willen oben an setzen / Sicut in conuiuijs locupletum plærunq; solet accidere, Darumb sol man im sitzen der Geste die rechte weise vnnd ordnung halten.

μηδὲ δόμον ποιῶν) Est vtile præceptum, cuius vsus late patet in vniuersa vita, & in omnibus actionibus. Hic autem locus trifariam potest accipi. Primum enim quibusdam videtur monere Poëta, vt quisq; domicilium ante hyemem absoluendum curet, ne tum non habeat, quo depellat frigoris molestiam. Hyemem enim cornicis indicatam symbolo, videlicet, auis hybernæ. Porrò cum semper aliâs, tum maxime mensibus hybernis οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. h. e. est grata domus, domus optima, quemadmodum in prouerbio est. Deinde putant alij hoc symbolo significari ædificium semel institutum non oportere semiperfectum relinquere, ne vulgo risui sis, & qui præterierint, obloquantur, carpantq; leuitatem tuam, qui, quod cœperis, non absoluas, Das man nicht sage/ Siehe/ wie ein heßlich hauß ist das / Siehe/ wie hat es einen giebel / Siehe / wie hanget es. Quandoquidem hic obloquendi mos vulgo peculiaris est. Eam autem obtrectantium petulantiam per

Cornicem voluit indicare Poëta, nempe, auem garrulam & obstreperam, vt hinc etiam verbum prouerbiale dictum sit, κρώζειν. Præterea potest accommodari ad omnia negocia honesta, quæ suscipimus, vt non tantum simus illis ornamento, iuxta dictum, Spartam, quam nactus es, orna, Sed etiam vt idoneum finem imponamus, vt, si quis suscipit aliquod genus studiorum, siue Theologiæ, siue Iuris prudentiæ, siue Medicinæ, videat omnibus modis, vt, pertexat & absoluat, ne quis Pyrrhum imitetur, qui multa suscipiebat bella & nullum feliciter ad finem perducebat. Eò respicit Homerus, cum ait 2. Iliad.

Verum turpe, domum post tot durata reuerti
Tempora, & exhaustos diuturna per arma labores,
Haudquaquam rebus sperato fine peractis.

μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων) Elegans cum primis & pium hoc præceptum est de religione seruanda in mensa, ne scilicet sumamus cibum, nisi prius dixerimus precationem. Ego noui quendam virum insigni nobilitate præditum, qui hunc morem seruabat. Vna pars cibi proponebatur quibusdam certis personis, quas quotidie inuitabat. Altera vero pars suæ soboli ex mensa de singulis ferculis dabatur. Tertiam sibi seruabat. Quarta pars, quæ reliqua erat, concedebatur in vsum pauperum. Fuit sanctum, ac pium institutum, & natum haud dubie ex maiorum institutione. Apud Homerum nunquam sumpserunt pocula, nisi prius libauerint. Eandem consuetudinem & Dido apud Virgilium

gilium seruat. Erasmus sic reddidit hos versus,

Neue à chytropede sublatam protinus escam
Ante sacrum, neq; lotus edas. Docet, ne ritu pecudum, ad cibum capiendum irruamus, sed ita demum edamus, si prius inde primitias Dijs immolauerimus. Antiquitus enim (vt autor est in symposiacis Plutarchus) inter res sacras habebatur & mensa quotidiana. Proinde cibum sumpturi, Dijs consecrabant τὰς ἀπάρχας. h. e. primitias, ac deinde non indecore, neq; tumultuanter, sed religione quadam ad conuiuium accedebant lotis manibus, non aliter, quàm ad sacrum epulum. Qui mos & hodie durat apud benemoratos Christianos. In genere poterit accommodari ad quemuis, qui negocium irreuerenter & illotis (vt aiunt) pedibus aggreditur. Vide Eras. Ne à Chytropode cibũ nondum sacrificatũ rapias. h. e. non sumas cibum ex patina, vnde non aliqua pars Deo sit consecrata. h. e. non commedas, priusquam dixeris precationem. Ex omnibus facultatibus vide, vt permanet & destillet aliquid ad honorem Dei, iuxta dictum Salomonis Prouerb. 5. Deriuentur fontes tui foras. Item Prou. 3. Honorem habe Deo de substantia tua, & de primitijs omnium prouentuum tuorum, ita fiet vt horrea tua impleantur ad satietatem vsq;, & torcularia musto exundent.

μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι) Sequitur aliud præceptum de sacris locis. Interpres existimat, Neq; super sepulchra collocandum esse puerum duodecim annorum. Est enim irreligiosum, Sunt autem mortui ἀκίνητοι,

qui non mouentur. Deinde aliam sententiam addit, quæ magis huic loco conuenit, Ne sinas puerum 12. annorum ἀκινητεῖν ὁδῇ νωτρεύεσθαι. *h. e. ociari, & quiescere, sed move & impelle ipsum ad labores ordinatos, siquidem ociosi & immobiles vsq; ad hanc ætatem, fiunt inutiles & inualidi, delitijsq; & mollicie tam diuturna diffluunt.*

μηδ' γυναικείῳ) *Præceptum est disciplinæ vel verecundiæ, nempe, virilia corpora non esse adsuefaciendа ad mollem & muliebrem cultum. Deinde prohibet non debere promiscue lauari viros & fœminas, quod in plurimis locis vsitatum est. Verum quia limites verecundiæ sæpius violantur, pœna tristis solet sequi. Interpres vult præcipi à Poëta, ne vir sibi ipsi muliebrem pulchritudinem conciliet, fucando & detergendo, aliisq; pigmentis vtendo, quibus mulieres vtuntur. Quem quidem fucum, etiam* λάτρον *appellat. Habet enim etiam hoc factum suam pœnam & reprehensionem quam nullum tempus extinguet.*

μηδ' ἱεροῖσι ἐῶ) *Egregium præceptum, in quo admonet, religiones non esse probro incessendas. Huc pertinet Pindari sententia, odiosam esse sapientiam conuiciari Deo.*

μηδὲ ποτ' ἐν προχοῇ) *Aliud præceptum est, Dona Dei non esse afficienda aliqua ignominia, præsertim flumina & fontes.*

ὧδ' ἔρδειν) *Concludit omnia hæc præcepta quadam generali sententia, In summa (inquit) da operam, vt habeas honestam famã, & proponit Aenigma,*

famam

famam bonam integram & saluam conserues. Nam mala fama facile & leui de causa proclamatur & diuulgatur. Molestia cum summa tolleratur & difficulter potest supprimi, ne dilatetur, nec in vulgus sparsa vnquam omnino deleri. Fama enim, quam multi prædicauerint, non perit, sed discurrit, & constans durat. Proinde des operam, ne aliquid turpe committas, ne malam famam consequaris. Recte ille dixit, calumniare audacter, semper aliquid hæret, Man heist keine Kuch bund / sie hat gemeiniglich ein schwartz fleckle in. Sic facile de aliquo fama spargitur, quæ non est planè de nihilo. Vetus dictum est, Qui famam negligit, crudelis est. Quia bona conscientia mihi opus est, bona fama proximo. Est autem bona fama appetenda & tuenda. Primum, vt conspiciatur discrimen virtutum & vitiorum. Deinde vt nostrum exemplum alijs prosit, cum in vtramq; partem magna sit vis exemplorum, & vita hominum præcipue regatur exemplis. Vide locum Virg. in 4. Aen. Fama malum, quo non aliud velocius vllum, &c. Et lib. 2. Iliad. apud Homerum, vbi fama fingitur Dea esse, & nuncia Iouis. Salomon Prouerb. 22. dicit, Famam præferendam esse magnis opibus. Est autem bona fama testimonium diuinitus ordinatum, multorum recte iudicantium, approbantium recta, & recte facientium, quo testimonio muniti sint recte facientes, vt eis honestus locus in communi societate tribuatur, & alij homines doceantur & inuitentur ad recta. Cum igitur bona fama sit approbatio diuinitus ordi-

nata, & multipliciter sit vtilis vitæ, manifestum est. eam rem bonam & appetendam esse, Ideo & Siracides cap. 42. inquit, Cura sit tibi de bono nomine, Durabilius est enim quàm magni thesauri. Erasmus sic reddidit hos versus,

Rumores hominum curas vitare molestos,
Fama malum est, oritur, surgitq; facillima, verum
Difficile hanc perferre, graue est sedare coörtam,
Nam non vlla quidem prorsus perit irrita fama
Per populos quæcunq; volat, quia numẽ & ipsa est.

Potest bifariam accipi sententia. 1. Aut non planè falsum videri, quod plurimis est in ore, quodq; populi consensus approbat. 2. Aut non prorsus aboleri posse rumorem etiam falsum, qui iam in vulgus dimanarit. Proinde admonet, vt sollicite caueamus, ne vel falso per temeritatem in fabulam vulgi venire contingat.

EXPLICATIO TEXTVS.

ἀενάων) .i. perennium, vel, semper fluentium. Deus est causa efficiens, qui mandauit, vt hoc flumen perpetuo flueret. περᾶν) à περάω .i. transitio. καλίῤῥοον) .i. limpidam, vel, pulchre fluentem. εὔξῃ) .i. oraueris, ab εὔχομαι .i. precor, supplico. εὔχαι .i. preces. ἰδὼν) Quia ipsi senserunt inesse numen istis rebus. Sathan ita eos excæcauit, ipsi debuerunt aspicere

aspicere cœlum. νιψάμενος) .i. lauans, lotus, abluens. πολύνηράτῳ) .i. amabili, iucundißima, ab ἔρομαι .i. amo, & πολὺς .i. multus. λευκῷ) .i. pura, candida, limpida. διαβῇ) .i. transit, à διαβαίνω vel διάβημι. ἄνιπτος χεῖρας) .i. non lotus manus. Græcismus est, albus dentes, pro, illotis manibus. κακότητι) .s. propter improbitatem, per contemptum, temeritate quadam seu malitia. Q. d. qui vtitur creaturis istis tantum per contemptum. νεμεσῶσι) .i. irascuntur, succensent, à νεμεσάω .i succenseo, indignor. ὀπίσσω) id est, retro, in posterum, posteris. ἄλγεα) q. d. ille punitur diuinitus. De contemptu ceremoniarum est hic versus, Non attingas sacra pollutus à coitu.

μηδ' ἀπὸ) Est etiam præceptum verecundiæ, In sacris conuiuijs, & in serijs congreßibus non esse præcidendos vngues. Hoc enim debet fieri per ocium & clam. τάμνειν) .i. secato. Infin. pro imper. αἴθωνι) .i. lucenti, vel nigro. σιδήρῳ) .i. cultello. θαλείῃ) .i. in sacrificio copioso, florido, lauto, largo. Quia epulas lautius apparabant, quam reliqua conuiuia. αὖον) .i. siccum, vel, aridum, seu, emortuum. h. e. siccos vngues, collatione carnis. χλωρῷ) .i. à viridi, seu viuo h. e. ab vnguibus virentibus, seu stantibus adhuc. h. e. illud, quod prominet in vngue. Vngues sunt quasi radices neruorum, coëunt nerui. Ideo vnguis facile frigore leditur, seu affligitur. Cælius lib. 3. cap. 12. πεντόζοιο) .i. ab habente quinq; ramos. Membra sunt quinq; ramorum, manus & pedes.

θεῶν) .i. neq; id facies in conuiuio celebri Deorum. Debet enim in publico esse quædam honestas. Magnum esset dedecus, si quis puer inter orandum, aut alloquendum præcideret sibi vngues. οἰνοχόω) Vocat patinam libatoriam, cantharum, lagenam. Græci statuebant in honorem Deorum in conuiuijs tres crateras, ex quibus non bibebant, nisi libantes. Hesiodus inuitat hic homines sine dubio ad societatem. q. d. est moderate bibendum. οἰνοχόη dicitur vas, vnde funditur vinum. Lagena aliâs dicitur vas vinarium, quam Martialis Oenophorum appellat. οἰνοχόη .i. cyathus. οἰνοχόος .i. pocillator, pincerna, vel, qui est à cyathis, ab οἶνος .i. vinum, & χέω .i. fundo. κρᾶτηρ fuit maius poculum, sicut nos vtimur cantharis. Eum vsum prebuerunt Crateres. Quando positæ sunt in mensa lagena vini & lagena aquæ, tunc consueuerunt diluere vinum in Cratere, & in Cratere totum fuit mixtum vinum. Ex cratere effuderunt vinum in cyathos, ex cyathis postea biberunt. τιθέμεν) .i. ponas. πινόντων) .i quando bibitur.

ὅλοη μοῖρα) Inter bibendum enim malum omnem comparatum est in ipso. Ego puto etiam esse superstitiosas opiniones. Ita quidam existimant esse ominosum si culter iaceat supinus, vertat sursum aciem. Certe est quiddam deforme, Tale apparet & hoc fuisse. Interpres putat hanc esse sententiam, Ne deteriora anteponat melioribus. Sunt enim deteriora, faciliora, & expeditiora, ἢ οἰνοχόη, τοῦ κρατῆρος, lagena præ cratere. Est enim οἰνοχόη, ὁ λίκνος, lagena,

gena, fidelia, aut τὸ ποτήριον, poculum. Sed κρᾶτὴρ, ὡς λέβης ἐστὶ, est tanquam lebes, & ponebatur olim in publicis conuiuijs & festis, quemadmodum in priuatis epulis, ὁ βίκος καὶ ἀρυτὴρ, Lagena, ein lagel/ oder flasche. Crater, ein grosser becher/ oder trinckgeschirr. Cyathus, ein klein trinckgeschirr. τέτυκται) .i. est, contigit, partum est, ἀ τύχω vel ἀ τεύχω τέτυκται τέτυκται, sicut φεύκτα φύκτα & quædam alia ob leniorem prolationem.

μηδὲ δόμον) Vtilis est regula, Spartam, quam nactus es, non relinquas impolitam. Item, si geris publicum munus, vide, vt illi sis ornamento. Item, Quicquid incœpisti, hoc debes in tempore absoluere, Item, Nullum opus, quod cœpisti, imperfectum & incultum relinque. ἀνεπίξεσον) .i. non ornatam, non detersam, impolitam, imperfectam, incontabulatam, ab α priuatiuo, ἐπὶ & ξέω .i. polio, rado. Inde palinxestus dicitur tabula, quæ rursum raditur, ein Esels haut. ἐφεζομένη) .i. insidens culmis vel tecto. λακέρυσα) pro κελάρυσα .i. stridula, garrula, obstrepera, arguta. Proprium est epitheton cornicis ἀ κελαρύζω, quod significat sono. κρώζῃ) .i. crocitet, clamet, das sie kackse. h. e. ne veniant aues & afferant aliquod malum omen. Summa sententiæ est, Es sol einer nicht viel ansahen / vnd keines zum ende bringen. χυτροπόδων) .i. ex ollis cum pedibus, quæ & à latinis chytropodes dicuntur ἀ χύτρον .i. olla & πόδες .i. pes. ἀνεπιξέστων)

.i. in quibus prius Dijs non fuerit libatum. ἀνελλύν-τα) .i. auferens. q. d. ne comedas de ollis illibatis, nec laues de aqua in ollis ad ignem positis, nondum libatis. h. e. nisi prius libaueris, ne tangas edulia in ollis contenta, neq; laues teipsum, nisi libaueris similiter. λόεσθαι) ἀ λύω vel λοέω .i. lauo, Inde λυτρὸν .i. lauacrum nominatur. τοῖσι) .s. his, qui comedunt non sacrificata. Summa huius præcepti est, non debes res sacras temere rapere. Res enim sacræ sunt religiose tractandæ. θαλίαν plærunq; vocant sacras epulas.

ἀκίνητα) .i. loca immobilia. ἀκινήτοισι) .i. in aris, vel locis sanctis, quæ non licet mouere. ἀνήνορα) i. mollem, debilitatum, imbellem, ab α & ἀνὴρ, Es nimpt jhm seine mannliche krafft. Ad honestatem pertinent hæc præcepta. ἶσον) .i. par est delictum. Puerum quidem duodecim annos natum præcepit, non esse relinquendum immobilem ad labores, Natum vero XII. menses, non laboribus (fieret enim stulte) sed gestationibus, inceßibus, cumis, curribus, & id genus alijs lusibus monet agitandum esse, ne homo ignauus & segnis atq; immobilis efficiatur. φαυδρωνέσθαι) .i. mundes, purges. ἐπὶ χρόνον) i. certo tempore, vel, ad tempus. τῷ) .i. huic, vel, in hoc. μωμεύειν) .i. increpes, vituperes, reprehendas, dicas conuicia. μωμεύειν est aliquid reprehendum dicere. Inde μῶμος .i. macula, vel nota. ἄμωμος .i. sine macula. Q. d. etiamsi tu non intelligas, tamen non debes contemnere. ἀίδηλα) id est, arcana, mysteria, ignota. ἱεροῖσι) .i. sacris victimis. κυρήσας) i. occurrens,

rens, ἀ κύρω & κυρέω .i. occurro, interuenio. πῦρ ἀΐδηλον .i. ignis perdens aut consumens. νεμεσάω .i. irascor, indignor, Inde νέμεσις .i. iusta ira. s. quando aliquis obstrepit sacrificantibus.

προχοῇ) .i. ostio, ἀ προχέω .i. infundo, Inde προχοὴ .i. vas concauum, seu, ora fluminis in mari, & eorum aluei ac fluxus omnis aquæ. προχοὴ dicitur τὸ τῶν ποταμῶν στόμιον, ostium & exitus fluuiorum, vbi in mare illabuntur. οὐρεῖν) .i. mingere, Inde Orion, qui dicitur factus esse ex vrina Deorum. κρηνάων) Aeolicus genitiuus pro κρηνῶν ἀ κρήνη .i. fons. ἐξαλέασθαι) Quoniam fontibus, ex quibus bibimus, debetur suis honor, merito & mos debemus sacram doctrinam reuereri, nec falsis erroribus veluti immundo lotio commaculare. ἐναποψύχειν) .i. neq; ventrem exoneres. Q. d. pure conseruanda sunt, quæ ad religiosos vsus pertinent. λώϊον) .i. non bonum, seu tantundem est. ὧδε ἔρδειν) .i. οὕτω ἔρδε .i. ita agas, & ita te geras, aut οὕτω ἔρδειν ἐντέλλομαι .i. ita iubeo te agere. Inprimis autem vites & fugias malam famam. ὑπαλεύεο) ab ὑπαλέομαι vel ὑπαλεύομαι. φήμη) Wenn einem das gemeine Gebet abfellet/ so stehet es nicht wol. Wenn aber einer hat das gemeine Gebet / so ist es nicht ein geringe gut/ sondern Gottes gabe. ἀεῖραι) .i. tolli vel ad suscipiendum. Q. d. Deus spargit famam, vt aliquis puniatur, vel, rumor facile excitatur. φέρειν) .i. molesta tolleratu. ἀποθέσθαι) .i. deponi.

deponi. Fama publica est semiprobatio. φημίζουσι) *.i. diuulgant, celebrant, spargunt, dicunt, à* φημίζω *.i. rumores spargo.* θεός) *.s. Dea. Homerus vocat Ossam.*

FINIS IMPOSITVS EST SECVNDO libro Hesiodi de agricultura, Anno Domini 1575. Die 21. Ianuarij, quo ante 1265. annos AGNE nobilis ciuis Romani filia, egregia forma & iuuencula, cum post agnitionem Christi nullis rationibus flecti posset, vt ad gentilium Idolatricos cultus rediret, ad ignem condemnata, hilari vultu ad rogum accessit, & admirabili constantia horrendum supplicium pertulit, sub Diocletiano Imperatore.

IN HE

IN HESIODI LIBRVM TERTIVM DE DISCRIMINE DIERVM QVAEdam prolegomena incæpta Anno 1575. 1. Februarij.

PRÆFATIO PHIL. MEL. IN librum Hesiodi de discrimine dierum 1535.

SVperstitiosa obseruatio est, quæ nec mandatum DEI habet, nec causam in natura physicam, nec politicam in ciuili consuetudine, vt obseruatio tripudij auium. Nulla enim est physica aut politica causa quæ significet cladem exercitui, propterea quod non saltent aues. Sed obseruationes, quæ habent aut mandata DEI, aut causas naturales seu politicas, non sunt superstitiosæ, sed opus Dei in natura ordinatum, sicut diuinitus in natura aliud tempus est constitutum sationi, aliud meßi, Item, non possunt eodem tempore exerceri iudicia, disci religiones, arari rus, exerceri negociationes, Ita Critici dies non sunt superstitiosi, sed habent in natura causam, Quia videlicet luna septimo die peruenit ad signum, quod habet contrariam naturam et signo, in quo fuerat primo die. Ita plærægq; obseruationes Medicorum habent causas physicas, vt in incisione venæ, in dandis pharmacis, in conceptu aut partu. Ita & in secandis lignis experimur ligna putrescere,

putrescere, si secentur crescente Luna. Quia humor tunc augetur. Ita hoc loco obseruatio dierum tradita ab Hesiodo non per omnia superstitiosa est, sed in aliquibus monstrari possunt causæ vel politicæ vel naturales. Nam primus dies est sacer, Quia initia sunt Deo dicata. & oportet esse certos dies festos, in quibus conueniant homines vel religionis vel iudiciorum causa. Præterea hic dicit de cedenda materia decrescente Luna, Id certe habet physicam causam. Sed obseruationes istæ, vt in alijs rebus, ita etiam in temporibus superstitione augeri solent. Ideo non potest reddi omnium obseruationum causa.

ALIA PRÆFATIO IN EVNdem librum M. Francisci Burgagrati 1532.

Postremus hic locus Hesiodi de diebus haud dubie aliqua ex parte superstitiosus est. Sed quædam præcepta causas naturales habent, quæ cum sint necessariæ, non est superstitio causas illas sequi, sicut & rustici nostri cedunt materiam decrescente Luna, & medici Criticos dies obseruant, Item, vetant ferro attingere venam, quando Luna est in signo illius venæ. Hæc quia certas causas habent in natura, non est superstitio obseruare, sicut non est superstitio sitientem bibere. Sed ita accidit vitio hominum, vt postea multas obseruationes sine ratione certa alias alijs occasionibus commoti addant.

Porrò

Porrò hoc obseruandum est in his Hesiodi præceptis, quod plærunq; præcipit crescente Luna ea fieri, quæ humore largo & copioso opus habent. Decrescente Luna vel postrema quarta ea, quæ siccitatem & ventos requirunt, Quia crescente Luna crescunt humores in corporibus, decrescente Luna humores minuuntur. Luna enim maximas varietates in humoribus efficit. Itaq; & Plinius præcipit stercorandum esse Luna decrescente & sicca, ne immodico humore stranguletur naturalis succus terræ, Et addit, mirum in modum augetur vbertas effectusq; eius obseruatione tali. Quædam præcepta Hesiodi etiam ad aspectus syderum referri possunt. Sunt autem (vt Mathematici aiunt) Hexagonus & Trigonus aspectus benefici. Hexagonus est, cum duobus signis distant Planetæ. Trigonus, cum quatuor signis distant, Oppositiones, Coniunctiones. Quartæ vituperantur, Et medici ideo septimum diem in morbis Criticum faciunt, Quia Luna in tertio quoque signo contrarios effectus efficit, & septimo die Luna tertium signum peruagatur. Hinc iudicari vtrumq; potest, quædam præcepta Hesiodi causas naturales habere, Quædam autem hominum mores addidisse sine causa. Ideo & Poëta ait, Alijs alios dies nonnunquam probari. Causæ autem naturales iuxta apud omnes valere debent.

ALIA

ALIA PRÆFATIO DE OBseruatione dierum Ioannis Stigelij in locum Virgilij Georg. 1. Ipsa dies alios, &c.

Diligenter notandus est locus Poëtæ de obseruatione dierum, qui respectu Lunæ ad Solem, vel auspicati, vel inauspicati operibus & actionibus humanis censeri solent. Certum est Lunam mirifice dominari humoribus, in omnibus rebus naturalibus, quod cumulate & prolixe experientia testatur. Cum autem è Sole lumen concipiat, accidit, vt illud ipsum eò debilius affundat terris, quo ipsa propius ad solem accedit: Plenius vero & luculentius, quo est à Sole remotior. Causa est ex eo, quod corpus eius densum atq; opacum, qua parte nobis aduersa est, transire radij Solis non possunt, vnde tantum luminis apparet, quantum conspici potest à radio visuo, contemplantium in partem Lunæ illuminatam coniecto radio.

Ex applicatione igitur Lunæ ad Solem phases eius. h. e. apparitiones & illuminationes differunt, ex qua differentia obseruata sunt discrimina dierum, vel auspicatorum, ob lunæ vigorem, vel inauspicatorum, ob debilitatem eiusdem in ciendis rebus naturalibus. Exempli gratia, In coniunctione prorsus nihil luminis ostendit Luna, quoniam latus eius inferius, quod ex terris conspici potest, non transmittit radios Solis. Quare tunc minus est efficax in rebus terrenis,

Idco

Ideo & veteres eam in nouilunio latere & laborare, & silere dixerunt, vnde apud Plinium sæpe est Luna silens, pro, noua & coniuncta cum Sole. Digressa à Sole, tertio die modice conspicitur incuruata in cornua, ratione vicinitatis cum Sole, & aspectus contemplantium, ex superficie terræ rotundæ & obliquæ: Quare tunc corniculans Græcis μηνοειδὴς dicitur. Spargit itaq; radios debiliores vsq; ad octauum diem, quo incipit esse δίχότομος. h.e. dimidiata. Corniculantis itaq; dies inauspicatiores sunt, quàm mediæ ob inopiam luminis, quod vigorem rebus affundit. Reliqui dies, quibus crescit, donec fiat πανσελήνη, sunt auspicatiores propter copiam luminis. Ab incremento itaq; & defectu luminis lunaris, dum à Sole discedit, rursumq; ad eundem reuertitur, sumptum est discrimen dierum felicium & infelicium, præsertim in rusticis actionibus, vt sunt satio, plantatio, admissura pecudum, putatio vitium, ratio cedendæ materiæ in syluis, quæ omnia, nisi fiant respectu lunæ, testante experientia, plærunq; infeliciter cedunt.

Alia ratio est dierum Criticorum apud Medicos. Quia Luna aliter agit in res crescentes, aliter in humores corporis humani, illic adiumento est eius fœcunditas, hìc detrimento est. Colligunt autem medici dies, quibus iudicant de commotionibus morborum, ab aspectibus Lunæ ad Solem, quod Lunæ mira vis est, tum ex ipso lumine Solis, quod haurit, dum ex δυνάμις

νάμεα *signorum in zodiaco. Obseruant enim Lunæ positum ad Solem respectu eius gradus, in quo erat Luna principio morbi, Ideo & medici ex aspectu Lunæ obseruant indicatiuos quosdam, quos vocant dies Criticos, quibus plærunq; fit, vel vehemens commotio, vel commutatio etiam morborum. Ac obseruatum est quoq; longo vsu, Galeno obseruante, Lunam in locis oppositis Soli, & quadrangulis, cum est vel δυχότομ & vel πανσελήνῳ, miras motiones morborum excitare, Ideo septimum & decimum quartum diem Criticos habent Medici, propter quadratum aspectum, & oppositionem Lunæ ad Solem, qui positus plærunq; solent ciere pugnam naturæ cum morbo.*

Etsi autem causa harum commotionum obscurior est cognitione hominum, tamen apparet inde esse, quod septima die incipit Luna lucere media parte sui orbis, Qua de causa vim accipit maiorem ciendi humores, sicut tunc efficacissima est, cum in oppositione est, circa diem decimum quartum, pleno orbe lumen humifico spiritu, vt Plinius inquit, terris refundens. Hæ causæ differentiæ dierum partim physicæ sunt, partim Astronomicæ, Ideo reijci omnino non possunt. Alligare autem ad certos dies numero distinctos, necessitatem actionum humanarum, tetra & impia est superstitio, qualis est hæc Ethnica, qua Virgilius imitatus Hesiodum, obseruationem dierum præscribit. Prorsus enim nulla causa assignari potest talium obseruationum, & videtur Virgilius hunc locum sub-

legisse

legisse ex Hesiodo, non quod sentiret quicquam his nugis tribuendum esse, sed quod cuperet decorum seruare disciplinæ rusticæ, ad consuetudinem agricolarum sese accommodans, qui ex superstitione certos dies operibus rusticis assignant, quorum causam reddere non possunt. Hinc Plinius scribit lib. 18. cap. 32. Virgilius (inquit) etiam in numeros Lunæ quædam dirigenda putauit. Democriti secutus ostentationem, Omnia, quæ cæduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decrescente Luna, quàm crescente fiunt.

DISTRIBVTIO ET NVMERATIO Dierum mensis Attici ex Calendario D. Pauli Eberi sumpta.

Mensem Athenienſem diuidebant in tres δεκάδας, Primam vocabant ἱσαμένου μηνὸς .i. mensis inchoati. Alteram μεσοῦντος μηνὸς vel ἐπὶ δέκα .i. medij mensis, vel supra decem. Tertiam δεκάδα vocabant φθίνοντος μηνὸς .i. deficientis mensis. Numerabantq; duas priores Decades recto numerorum ordine, postremam vero præpostero, hoc modo:

APRILIS Θαργηλιέων.

Calendæ	1	πρώτη ἢ νέη νουμηνία	
IIII.	2	δευτέρα	
III.	3	τρίτη	
Pridiæ.	4	τετάρτη	
Nonæ.	5	πέμπτη	
VIII.	6	ἕκτη	ἰσαμῶς.
VII.	7	ἑβδόμη	
VI.	8	ὀγδόη	
V.	9	ἐννάτη	
IIII.	10	δεκάς	
III.	11	πρώτη	
Pri. Id.	12	δευτέρα	
Idus.	13	τρίτη	
18. Cal.	14	τετάρτη	
XVII.	15	πέμπτη	ἐπὶ δέκα.
XVI.	16	ἕκτη	
XV.	17	ἑβδόμη	
XIIII.	18	ὀγδόη	
XIII.	19	ἐννάτη	
XII.	20	εἰκάς.	

XI.	21	δεκάτη vel ἑνάτη φθίνοντος,	si mensis erat cauus, hoc est, continens dies 29.
X.	22	ἑνάτη	
IX.	23	ὀγδόη	
VIII.	24	ἑβδόμη	
VII.	25	ἕκτη	
VI.	26	πέμπτη	φθίνοντος.
V.	27	τετάρτη	
IIII.	28	τρίτη	
III.	29	δευτέρα	
Pri.Cal.	30	τριάκας	

Quæ dicebatur etiam ἕνη καὶ νέα. In hac Decade tamen aliquando recte numerorum ordine vtentes dicebant πρώτη ἐπὶ εἰκάδι, δευτέρα ἐπὶ εἰκάδι, &c.

DISTRIBVTIO MENSIS Attici sumpta ex Ceporino.

Athenienses mensem tantum triginta dies præter Romanorum consuetudinem iuxta Lunæ augmentum, decrementumq; complectentem, in tres decadas secernendo, Primam nominabant ἱσαμένου μηνός. Secundam μεσοῦντος. Tertiam φθίνοντος. Deinde primæ decadis diem primam νουμηνίαν, secundam, δευτέραν, tertiam, τρίτην ἱσαμένου & sequenter vsq; ad δεκάτην ἱσαμένου. Secundæ decadis primam

Primam diem, πρώτλω ἐπὶ δ᾽ ἕκα, Secundam, δ᾽ ὑστέραν ἐπὶ δ᾽ ἕκα, vsq; ad εἰκοστὴν seu εἰκάδ᾽α, Tertiæ primam πρώτλω ἐπὶ εἰκάδ᾽α, vel Solonis inuentu numeros dierum ad Lunæ decrementum minuendo, ἑνοάτλω φθίνοντ᾽, secundam ὀγδόλω φθίνοντ᾽, tertiam ἐβδόμλω φθίνοντ᾽, vsq; ad τριακάδ᾽α, quam etiam ἕνλω seu νέαν, id est, veterem & nouam vocabant. Eo die exactiones debitorum & vsurarum, vt patet ex Aristophane, similiter forensia iudicia Athenis fieri solebant, quod & hic ostenditur, εὖτ᾽ ἂν ἀλήθειαν λαοὶ κρίνοντες ἄγωσιν, vbi Vallæ translatio non bene cohæret.

Item Hesiodus ἕκτλω ἐπὶ δ᾽ ἕκα, id est, sextam mediæ decadis, seu decimam sextam, præter vulgatum morem, ἕκτλω μέσλω vocat, decimam quartam, τετράδ᾽α μέσλω, decimam nonam, εἰκάδ᾽α μέσλω, vicesimam nonam, τρισσάδ᾽α & πέμπτας intelligit quintam, quintam decimam, ac vicesimam quintam, τετράδ᾽α ἰσαμενότε & φθίνοντος, quartam & vicessimam quartam. τρὶς ηχὴ δ᾽ ἑκάτλω μλῶ᾽ ἴσας μλῶ, decimam tertiam. Insuper duodecimam, ἦμας ἔπλειον, hoc est, diē cumulatam & adauctam appellat & vicesimam. μεγάλλω ἠμέραν, siue, πλεῖον ἦμας, quod summa dies sit μλῶ᾽ μεσοῦντ᾽, diebus τὸ φθίνοντ᾽ continuo insequentibus. Præterea nec singulatim omnes dies, neq; ex ordine commemorat, sed repetit quosdam bis vel ter, nonnullis interim velut μεταδ᾽όπων ηχὴ ἀκηρίων prætermissis.

Denique

Deniq; scitu dignum, quod ἕνη καὶ νέα dici possit simul tricesima dies mensis decedentis & instantis prima. Item prima dies Lunæ iam apparentis & tertia á coitu. s. Solis digressæ, vnde illud Hesiodi, μήδ' ἀναθέσθαι ἔς τ' αὖριον ἐσθ' ἕννηφι, vertere licet, Neq; differ, inq; crastinum, inq; perendinum, tertiam Lunæ, nouilunium, vel sequentem mensem, quandoquidem Lunam 27. diebus & tertia ferè diei parte ad sui ambitus principia regredi & veterum probat & recentiorum consensus, Inde biduo in coitu latentem .s. lunam, ad tricesimam diem, cum tardissime, reaccensam conspici. Vide Plin. lib. 2. cap. 9. Cæterum de Planetarum, deq; vniuersa cœli, maxime inter se vel contraria vel diuersa, perpetuo tamen canonica reuolutione, nonnihil commentarij vice ad Arati Astronomicum, quod iam inde premendum in nauibus est, adornabimus. Item de mensibus Athenienſium consule quoq;, si libet, Iulium Pollucem lib. 1. cap. 7. Suidam, in ἕνη καὶ νέα, & Theodorum Gazam περὶ μηνῶν, inter quos disconuenit, quod Suida in tertia decade retrogradatim, numeranda, de nonario tantum ad binarium, qui diem signat vicesimam octauam, descendit, continuoq; subiungit ἕνδεκα καὶ νέων, quam idem, astipulante quoq; Proclo, νουμηνίαν appellat, quæ vicesima nona esset, tricesima desiderata, quodq; primæ decadis primam vocat πρώτην ἱσταμένου, Polluce & Gaza appellantibus νουμηνίαν. Sed & Gaza, vbi Solonis meminit, apertè ostendit non eandem diem esse ἕνδεκα καὶ νέων & νουμηνίαν. Eius verba hæc sunt:

σόλωνα γὰρ πρῶτον ἀθήνησι τὴν περὶ τοὺς μῆνας ἀνωμαλίαν σινιδεῖν φᾶσι. καὶ τὴν μὲν ἡμέραν, καθ' ἣν ἡ σελήνη καταλαμβάνει τε καὶ παρέρχεται τὸν ἥλιον, τάξαι ἕνην καλεῖσθαι, τὴν δ' ἐφεξῆς νουμηνίαν προσαγορεῦσαι. ἄχρι τε τριακάδος τὸν μῆνα ἠριθμηκέναι. Ex quibus apparet primores Athenienses tantum vicenum nouenum dierum menses computasse, dein tricesimum Solonem, νεομηνία, quæ prima esset Lunæ recentis, post ἕνην καὶ νέαν diem coitus adiecta. Vnde & diuersam illam de mensium diebus traditionem authorum conijcio irrepsisse. Præterea constat Græcis ob succrescentes in Lunæ motu minucias, suas etiam fuisse ἐμβολίμους καὶ ἐπακτὰς, sicut Romanis intercalares.

TEXTVS.

ἩΜΈΡΑΙ.

Ηματα δ' ἐκ διόθεν πεφυλαγμένος εὖ κατὰ μοῖραν
Πεφραδέμεν δμῶεσσι, τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην
Εργα τ' ἐποπτεύειν, ἠδ' ἁρμαλιὴν δοτέασθαι,
Εὖτ' ἂν ἀληθείην λαοὶ κρίνοντες ἄγωσιν.
Αἱ δὲ γὰρ ἡμέραι εἰσὶ διὸς παρὰ μητιόεντος:

Πρῶτον

Πρῶτον ἔνη, τετράς τε, καὶ ἑβδότη ἱερὸν ἦμαρ,
Τῇ γὰρ ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.
Ογδοάτη τ' ἐνάτητε, δύω γε μὲν ἤματα μηνὸς
Εξοχ' ἀεζομένοιο, βροτήσια ἔργα πένεσθαι.
Ενδελάτη δὲ, δυωδεκάτη τ', ἄμφω γε μὲν ἐσθλαὶ,
Η μὲν ὄϊς πείκειν, ἡ δ' εὔφρονα καρπὸν ἀμᾶσθαι.
Η δὲ δυωδεκάτη τῆς ἑνδεκάτης μέγ' ἀμείνων.
Τῇ γὰρ τοι νεῖ νήματ' ἀερσιπότητος ἀράχνης,
Ηματος ἐκ πλείου, ὅτε τ' ἴδρις σωρὸν ἀμᾶται.
Τῇ δ' ἱστὸν στήσαιτο γυνὴ, προβάλοι τότε ἔργον.
Μηνὸς δ' ἱσταμένου τρισκαιδεκάτην ἀλέασθαι
Σπέρματος ἄρξασθαι, φυτὰ δ' ἐνθρέψασθαι ἀρίστη.
Εκτη δ' ἡμέσση μάλ' ἀσόμφορός ἐστι φυτοῖσι,
Ανδρογόνος τ' ἀγαθὴ, κούρῃ δ' οὐ συμφορός ἐστὶν,
Οὔτε γενέσθαι πρῶτ' οὔτ' ἂρ γάμου ἀντιβολῆσαι.
Οὐδὲ μὲν ἡ πρώτη ἕκτη, κούρη τε γενέσθαι
Αρμενος, ἀλλ' ἐρίφους τάμνειν, καὶ πώεα μήλων.
Σηκόν τ' ἀμφιβαλεῖν ποιμνίον ἤπιον ἦμαρ.
Εσθλὴ δ' ἀνδρογόνος, φέει δέτε κέρτομα βάζειν,

Ψεύδεα θ' αἱμυλίους τε λόγους, κρυφίους τ' ὀαρισμοὺς.
Μηνὸς δ' ὀγδοάτῃ κάτρον καὶ βοῦν ἐρίμυκον
Ταμνέμεν, οὐρῆας δὲ δυωδεκάτῃ ταλαεργούς.
Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ πλέῳ ἤματι ἵστορα φῶτα.
Γείνασθαι, μάλα γὰρ τε νόον πεπυκαμένος ἐστὶν.
Εσθλὴ δ' ἀνδρογόνος δεκάτη, κούρῃ δέ τε τετρὰς
Μέσση. τῇ δέ τε μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς,
Καὶ κύνα καρχαρόδοντα, καὶ οὐρῆας ταλαεργοὺς,
Πρηΰνειν ἐπὶ χεῖρα τιθείς. πεφύλαξο δὲ θυμῷ
Τετράδ' ἀλεύασθαι φθίνοντος θ' ἱσταμένου τε.
Αλγεα θυμοβορεῖν μάλα τοι τητελεσμένον ἦμαρ.

VERSIO.

Dies vero ex Ioue obseruans bene, secundum ordinem
Præcipe famulis, tricesimum diem mensis optimum
Ad inspiciendum opera atq; ad distribuendum pabulum,
Quando populi diju dictes veritatem agunt,
Dies vero sunt à Ioue consulto.
Primum vicesima & quarta & septima sacra dies,

Tunc

Tunc autem Apollinem aureum ensem habentem genuit Latona.
Octaua & nona, duo quidem dies mensis
Egregie crescentis, ad facienda opera humana.
Vndecima autem & duodecima, ambæ quidem bonæ
Altera ad tondendum oues, Altera autem ad metendas lætas segetes
Duodecima tamen vndecima multo melior
Illo enim die nec stamen araneus volitans in aëre
Maiori parte diei, quando formica cumulum colligit
Hac autem telam constituat mulier, & proponat opus,
Mensis autem inchoati decima tertia caueto
Sationem incipere, Ad innutriendum vero plantas optima est,
Sexta vero media valde: inutilis est plantis.
Ad generandos viros bona .s. illa dies, puellæ vero non est idonea.
Neq; nasci primum, neq; occurrere ad nuptias.
Neq; prima sexta puellæ gignendæ
Apta est, sed hædos castrare, & greges ouium.
Et stabulum ouile circundare bonus dies est.
Est bona ad gignendos mares, Amat vero dicere mordacia dicta
Mendaciaq; & blandas fabulas, & occulta colloquia.
Mensis vero octauo die caprum, & bouem mugientem
Castrato, Mulos autem laborioſos duodecimo die.
Vicesima autem in magna, toto die, peritum hominem
Generato. Valde enim est mente valens.
Decima dies autem bona est generando viro, puellæ vero & quarta
Media. Hac vero & oues & curuipedes nigros pedes
Et Canem asperis dentibus, & mulos laborioſos

Cicurato,

Cicurato, ponens ad manum. Obserues autem in animo
Quartam vt vites desinentis & inchoati mensis
Doloribus conficiendo animo valde aptus est dies.

VALLA.

Sit tibi præterea series seruanda dierum,
A Ioue natæ omnes, sunt a Ioue tempora nata.
Vltima mensis erit nullo exercenda labore,
At genio vtendum est, illa omnes festa per vrbes
Ducitur, illa forum claudit, neq; iura resoluet.
Prima dies sacra est, & quarta & septima: prima
Natus Apollo die radiantia lumina fudit.
Luce dein quanta felix ducenda sit vxor,
Omine captato sunt omnia prospera rebus,
Et licet incuruam trahibus componere nauim.
At quintas fuge, nanq; illarum pallidus Orcus,
Tum diræ Eumenidum facies toto orbe vagantur,
Castigant si qua in terris periuria falsum
Affirmant, quæ lis alterue agitata creauit.
Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum,
Lœta viris: multiq; etiam nascuntur in illa
Quis mala mens, fallax animus, fallacia verba,
Et qui concubia exercent arcana per artem.
Hac ouium fœtus licitum castrare vel hœdos,
Et licet infixa pecudes circundare mandra.
Scindimus octaua fœto genitalia tauro,
Castramusq; sues, felix est ponere plantas.
Noua viros gigni vel amica sorte puellas.
Luce viris decima fastos quoq; credimus ortus,
Vnaq; post decimam felix incidere vites,
Et tempestiuam segeti supponere falcem.
Hoc curat bis sexta etiam felicior illa,

Stamina

Stamina & ex alto tenuissima torquet arachne,
Ingentem accumulant formicæ farris aceruum.
Et iuuat arguto percurrere pectine telas.
Tunc quoq; syluestres licitum castrare iuuencos.
Tertia post decimam plantaribus optima surgit,
Spargere semen humi, pallet contraria semper.

FRISIVS.

Rite dies seruans, quæ sunt Ioue patre creatæ,
Optima dic serui quod sit tricesima mensis,
Ac opera inspicere, ac dimensum diuidere illis,
Qua solet & populus tractare forensia iura
A magno Ioue principium est & origo diebus.
Prima dies sacra est, tum quarta & septima sacræ,
Namq; hac Latona genitus perhibetur Apollo.
Octaua & Lunæ crescentis nona putantur
Esse bonæ, quæuis opera atq; negocia obire.
Laudantur quoq; post decimam prima atq; secunda,
Scito tamen quod sit longe hæc præstantior illa.
Hac tonde pecudes, lætam illa demete frugem.
Pendula & hac tenues connectit aranea telas,
Quod sit plena dies, formicaq; rodit aceruum,
Illa exordiri telam mihi fœmina curet.
Tertia post decimam infelix conspergere cultum
Semine agrum, præstat tamen optima robora plantis.
Sexta super decimam teneris asperrima plantis,
Apta mari gignendo, sed non apta puellæ
Gignendæ primum, nec eam tum nubere præstat.
Sextaq; præcedens gignendæ inimica puellæ est,
Apta hœdis ouiumq; viris excindere testes,
Et pecudum stabulum communire vndiq; septo,
Dandis apta viris, & amat conuicia, falsa
Verba loqui, clàm sermones serere inter amantes.

Mensis

Mensis at octaua castres caprumq; bouemq;.
Luce duodecima mulis castratio fiat.
Sed quum vicenus lunæ iam voluitur orbis,
Vir tibi nascetur prudens & ad omnia dexter,
Dandis apta viris decima est: hinc quarta puellæ
Blanda fauet, pecora hac curuoq; boues pede euntes
Et celeres catulos, mulosq; operum patientes
Imposita cicurato manu: vitare memento
Quartam iam medij, tum quartam deficientis
Mensis, nanq; animum tum curæ mille remordent.

DISPOSITIO BREVIS.

Post doctrinam de operibus & alia præcepta de moribus informandis, nunc in tertio libro aggreditur Poëta separatim docere sumpta à Lunæ motu dierum discrimina & dicit, quæ opera expediat singulis diebus facere, & qui dies sint fausti, vel inauspicati, quamuis admodum confuse & κακοζήλως. Est igitur hic locus appendix Poëmatis Homeri de obseruationibus dierum. Triplices autem sunt obseruationes dierum vel politicæ, vel physicæ vel superstitiosæ. Quædam autem sunt in hac extrema parte libri, quæ ad politiam pertinent. Quædam sunt physica, vt dies septimus, decimus quartus, & vigesimus primus, propterea, quod illis diebus fit motus signorum contrarius à primo mobili, & vocantur dies Critici. Hi non sunt illiciti, sed necessarij. Tertium genus obseruationum est prohibitum à S. Paulo, cum inquit, Coloss. 2. Ne tetigeris, ne gustaueris,

gustaueris, neq; contrectaueris, quæ omnia ipso pereunt vsu. Item, Obseruantes dies & menses.

EXPLICATIO TEXTVS.

ἤματα) *Generalis propositio est, Debes certum discrimen dierum in rebus administrandis obseruare.* ἐκ διόθεν) *.i. ex Ioue. h. e. quorum discrimina sic ordinauit Deus.* πεφυλαγμένος) *pro,* φυσάσσων καὶ ὑπτηρῶν *.i. obseruans. Enallage casus, passiuum pro actiuo, ἀ* φυλάττω. κατὰ μοῖραν) *.i.* κακῶς καὶ κατὰ τὸ πρέπου. *h. e. Secundum sortem, ordinem, aut decorum siue conuenientiam, vel, secundum id, quod conuenit,* **wie ein jegliches sich gebürt/** *accurate, & sicut decet, vel rite, ordine, bene.* πεφραδέμεν) *pro* πεφραδέμειν, *Estq; infin. Ionicus præter. medij, ἀ* φράζω. δμώεσσι) *.i. præcipe, doce. dic, h. e.* πέφραδε καὶ λέγε τοῖς δμῶσι *.i. indices & demonstres seruis, seu famulis.* τρϊκκάδα μηνὸς ἀρίστην) *.i. trigesimum diem mensis lunaris esse optimum & perquam faustum ad obseruandos labores & distribuenda alimenta, quemadmodum populi veritatem iudicantes ad hoc vsq; tempus opinati sunt, nec male, & sine iudicio.* ἀρίστην) *q̃ d. tricesimus dies mensis est boni ominis, in quo paterfamilias debet inspicere rem familiarem, & distribuere pabulum. Oculus Domini pascit equum. Quia illud maxime opus est, ne, si quid confectum velimus, ipsi simus*

negligen=

negligentes. Sic etiam fieri debet in nostris studijs, vt subinde à nobismetipsis ratio de studijs exigatur, ne tempus sine fructu traducatur. Oportet enim esse ordinem. μηνός) .i. primum & vltimum, ἕνην καὶ νέαν .i. finem superioris & principium sequentis mensis. Q. d. Dicitur esse ordinatio Solonis, vt est in vita Solonis apud Plutarchum, sed mihi non videtur. Quia fuit ante Solonem Hesiodus. τρικκάδα) Intelligit mensem Lunarem, propterea etiam illum vnum & solum vocat, eumq; dierum facit triginta. Tot enim diebus ferè constat mensis Lunaris. Nam alioquin præcisius loquendo luna diebus propè viginti nouem & dodrante totum zodiacum conficit. Et trigesimum quidem diem noster tanquam faustum commendat, quam Orpheus tamen inauspicatum vocat ad omnes labores, faustum autem solis donis accipiendis. Græci mensem distribuerunt in tres decadas dierum, primam, mediam, & postremam. Primam Decada vocarunt ἱσταμένου μηνὸς .i. instantis mensis. Secundam, μεσοῦντος μηνὸς. Postremam φθίνοντος μηνὸς .i. occidentis, seu labentis, seu declinantis ad finem. Quia autem in mense numerarunt 29 dies integros & horas 6. Sic semper accidit illis, vt dies vltima præcedentis & initium mensis sequentis concurrerent in vnum diem, & eum vocarunt ἕνην καὶ νέαν .i. veterem vel finem præcedentis mensis, & nouam. h. e. initium sequentis mensis.

ἔργα) Fuit antiqua consuetudo, quod in festis diebus paßim ex suggestu pronunciatæ fuerint futuræ.

Quia

Quia oportet nos scire discrimina temporum. ἐποπτεύειν) i. inspicere. Regitur à voce ἀφίσλω) Q. d. Dies festus debet conferri ad hoc, vt inspiciantur opera, Das ein Haußvater allenthalben besiehet / was er hat außgerichtet / vnd lohne den Knechten abe/ det seruis, qui per integram septimanam laborauerunt, suum demensum. δατέασθ) Ionicum est hic .i. distribuere, vel, ad distribuendum pabulum. Hæc solebant fieri in die festo, Græcis enim νουμηνία erat sacra. Græci autem habuerunt menses ciuiles, & sumebant eos à puncto coniunctionis cum sole, vsq; ad proximè sequentem coniunctionem. εὖτ' ἄγωσιν) ὅταν & εὖτ' ἂν construuntur cum coniunctiuo & resoluuntur apud nos per indicatiuum. Q. d. Quando populi conueniunt & cœtus celebrant. More veterum Iudæorum & Græcorum Calendæ fuerunt sacræ. Quia Calendæ dictæ sunt, Quia eo tempore calatus est populus .i. conuocatus. ἀλιθείλω) id est, quando exercent iudicia, vel commendantur, de religione, vel docentur, vel dirimuntur disceptiones. αἰ δὲ γὰρ) Ratio primæ propositionis, Quia Iuppiter omnino voluit esse quoddam certum discrimen dierum, & est author. δ' ἰὸς) Optimus versiculus est, obseruatio dierum non est temeraria, scilicet, vel propter causas physicas, vel propter politicas. πρᾶτ') .s. boni.

πρῶτον) Græci singulos mensis dies secundum cursum Lunæ computabant alio quodam modo, quàm Romani, qui non obseruabant cursum Lunæ in com-

putatione dierum mensis. ἕνη) .i. nouilunium, vel vicesima, alij trigesima. ἕνη pro ἕνη καὶ νέα cogente lege Hexametri, vel, primus dies mensis vel vltimus. Veteres vocabant νουμηνίαν ἕνη καὶ νέαν .i. veterem & nouam, quod finis esset superioris mensis & initium sequentis. τετρὰς) pro, τετάρτη .s. quartus dies. Quia Luna tunc primum conspicitur, Quia quarto die prodit à coitu. h. e. coniunctione .s. videri potest, & Virgilius hunc diem in Georg. magnificat. Quando enim Luna à coitu lucet cornibus micantibus & claris, tunc significat serenitatem totius istius mensis, & ille dies est certus index tempestatum futurarum in sequenti mense. Inde consecrauit hunc mensem. Luna præest humoribus. Quando autem ingreditur in aliud signum, quod contrariam vim habet ab hoc tunc mouet, & ciet humores contrarios eis, quos mouit in præcedenti signo. Ingreditur autem semper quarto die in contrarium signum. ἑβδόμη) Septimus dies sacer est, Quia septem est vna quarta mensis, finis primæ quartæ & initium secundæ quartæ. Et quando septimo die in alio signo est, quàm fuit primo die, necesse est contrarios effectus effici. Quia illud est signum prorsus contrariæ naturæ sicut Taurus est calidus & humidus. Leo autem calidus & siccus. Et in Leone est immoderatus excessus omnium istarum qualitatum. τῇ) .s. illo die .s. septimo. Hoc est superstitiosum, quod de sua religione tam addit. χρυσάορα) .i. habentem aureum ensem, vel aureos radios. Q. d. formosum. An hoc sit ad aliquam causam physicam re-

feren-

ferendum, nescio. ἄορ id est, ensis. γείνατο) ἀορ. α. ἀ γίγνυμι.

ὀγδοάτη) Q. d. octauus & nonus crescentis Lunæ sunt eximij dies ad peragendos labores. Superiores rationes potuerunt habere politicas quasdam causas. Prima dies sacra est propter discendas religiones. Quæ sequuntur, videntur mihi admodum, neq; politicas, neq; physicas causas habere. ἀεξομένοιο) i. crescentis, augescentis, q. d. in prima Decada sunt præcipui dies. βροτήσια) i. mortalia, vel humana. Videtur mihi, q; septimo die cientur alterationes, & quando post crisin videtur se erexisse natura in melius, incrementa sunt etiam meliora. πέλεσθαι) .i. cum aliqua cura distribuere. ἐσθλαὶ) quare est trigonus aspectus. μηνὸς) Octauum & nonum diem intelligit crescrentis Lunæ. h. e. primum octauum, & primum nonum. Non autem secundum, qui esset decimus octauus, aut decimus nonus, Nec tertium, qui esset vigesimus octauus, aut vigesimus nonus. Nam quatuor posteriores numeri de deficiente Luna, & non crescente possunt intelligi. ἡ μὲν) Aspirata, est q; partitiua particula ἢ est copulatiua. ἐνδεκάτη) i. vndecimus & duodecimus ad tondendas oues. πείκειν proprie est κτενίζειν ἢ πλέκειν, pectere aut texere. Nunc autem πείρειν τῶν προβάτων τὰ ἔρια, id est, tondere lanas ouium, die Schaff bescheren/oder/ den Schaffen die Wolle abnemen / oder / Schaff schiere halten. ὄϊς pro ὄϊας, ια contractis in α, hanc sinæresin neglectam ascribe. Illa, quæ hu-

more augescente opus habent, satius est facere crescente Luna. Illa regula est, vbi nimius humor est, illud faciendum est potius decrescente Luna. Satio, quæ fit crescente Luna, est incommoda, quia terra non potest concipere semen propter redundationem. Sed plantæ sunt serendæ terris crescente Luna, Quia illis opus est aliquanto magis redundante humore. πείκειν) Hoc est, faciendum Luna crescente, Quia tum simul augentur humores. εὔφρονα) .i. lætas segetes. Quia sementis non est facienda, cum Luna est plena, ne sata strangulentur propter nimium humorem, sed plantis magis opus est, Quia maiore humore opus habent. ἀμᾶσθαι) .ſ. ad faciendum messem. Est autem duodecimus longe melior vndecimo. Nam die duodecimo araneus texit suam telam, pendens in aëre, maxime diebus æstiuis, quando etiam formica ex spicis decerpit grana, eaq; in terram reponit.

τῇ γὰρ) .i. Illo die .ſ. XI. vel XII. Hæc est auspicata ad res muliebres, id inde colligi potest, quod illo die soleat nere aranea. ἀεσιπότητος) pro, ὃ ἐν τῷ ἀέρι πετόμενον. h. e. in aëre pendens, vel pedem in aërem eleuans. Proprium epitheton est araneæ. formatur autem hic rectus à genitiuo, ἀεσσιπότης. Namq; flectitur non tantum ἀεσσιπότου, sed etiam τὸ ἀεσσιπότητος. Ab hoc igitur genitiuo ἀεσσιπότητος, autor nominatiuum illum finxit. ἀράχνης vocatur ipsum insectum, τὸ ὕφαντεργὸν, contexens telam. ἀράχνιον autem, id quod contexit, das spinngewebe. ἀεσσιπότητος .i. in alto pendula,

dula, ab ὁ ἀνὴρ, τῷ ἀερι, τοῖς ἀέρσι ἀποτέμνει. Similе est ἀερσίπους ἀερσίποδες .i. aëripedes, pedibus sublati in altum. ἐκ πλείω) .i. maiori parte dici. (Aenigmaticum hoc est) vel, die plurima, vel, ex pleno die. q. d. à mane vsq; ad vesperum. Luna crescente crescunt humores, Crescentibus autem humoribus, crescunt & densius refruticant pili. ἴδῃς) .i. sciens, prudens. Intelligit autem formicam. Quia illa in tempore sibi consulit. Epitheton positum est pro substantiuo. ἀμᾶται) .i. colligit, coaceruat, metit, conuehit sua frumenta ex alio cumulo. σωρόν) id est, aceruum. h. e. colligit grana ex manipulis. ἴδῃς) pro ἐμπειρὸς .i. gnarus vel peritus. Intelligit autem formicam, quæ est insectum peritum & cognoscens ventos & dies inauspicatos. In sabbato enim & trigesimo die mensis lunaris non laborat, & impendente hyberno tempore præcludit suas cauernas: Aestate vero immimente reserat eadem & egreditur: Prætrea singula grana tritici in duo diuidens recondit, ne rursus in fruges exeant in terra, & post pluuiam profert madefacta semina, atq; siccat calore Solis, ne putrefiant propter nimiam humanitatem, & alia eiusmodi infinita. Aut ἴδῃν vocat ipsam, ὡς πολύμοχθον καὶ καπήϊον, ἐκ τοῦ ἱδρίω, quod sit operosa & multi laboris, à sudando. Plinius, formicæ operantur & noctu plena Luna, eædem interlunio cessant. Hæc Interpres. τῇ) .s. pro ταύτῃ .i. illo die .s. XII. στήσατο) .i. constituat mulier telam, & proponat suæ familiæ opus. h. e. præparet se ad texendum

exemplo aranei. ἔργον) Sententia totius huius loci est, Bonus est dies duodecimus ad peragendos labores. Nam illo die, quando Luna pleno orbe lucet, aranea pendens in aëre solet ὑφαίνειν .i. telam texere, quando formica similiter die duodecimo æstiuo laborat in granis colligendis: tum quoq; mulier ad texendum telam se parans, prosperum successum sentiet in laboribus. προβάλοι) à προβάλλω.

μηνὸς δ' ἰσαμοίρης) Phil. Mel. Aegyptij menses ciuiles habuerunt, non tantum Lunares, sicut & nos hodie imitamur Aegyptiacam anni & mensium descriptionem. Sed Græci tantum menses iuxta Lunæ cursum numerabant, videlicet, à coniunctione Solis & Lunæ ad coniunctionem. Porrò id spacium est dierum nouem & vigmti & sex horarum. Quanquam igitur non habet totos triginta dies, tamen finis superioris mensis & initium sequentis semper incurrit in diem tricesimum. Ideo dies tricesimus dictus est ἕνη καὶ νέα .i. vetus & noua, & quia tricesimus dies superioris mensis idem erat initium secuturi, accidit, vt mensis tantum haberet 29. dies. Vt autem certa spacia menesium essent, Solon addidit vnum diem statim post coniunctionem, quem vocauit νεομηνίαν, & diuisit mensem in tres decadas. Primam vocant ἰσαμοίρην .i. inchoati mensis. Secundam μεσοῦντος .i. medij. Tertiam φθίνοντος seu λήγοντος. Quod autem hic dicat tertiam decimam non esse aptam sationi, sed plantis, habet physicam rationem. Nam & in præceptis

agricultu-

agriculturæ apud Plinium est, vt plantæ serantur plena Luna. Quia his opus est copiosiore humore. Satio autem rectius fit decrescente Luna. Quia immodicus humor officit seminibus.

ἰσαμένῳ) .i. inchoati, constituti, crescentis. Decimum tertium diem ait esse incommodam sationi propter immodicum humorem, quo suffocatur semen. Esse verò aptam plantationi. Illa enim habet opus largo humore, & est physica obseruatio. ἀλέᾳ δῆ) h.e. Luna plena non facias sationem. τρίσκαι δεκάτῳ) .i. ante plenilunium, ab initio mensis. ἄρξαδῆ) .i. ad incipiendum semen. h.e. in incipienda sementa. ἐντρέφαδῆ) .i. ad innutriendum plantas. Junge Beumlein zu setzen. Interpres commode hunc locum exponit, cum ait, Luna pleniore facta, caue, ne decimo tertio die sementem facias. id quod recte docet, & suam habet rationem. Neq; enim idem est sementem facere, & plantas inserere. Nam sementis proiecta in terram, indiget primum irrigatione, postea succatione, quam χύλωσιν vocant, & ablactatione & radice, & postremo germinatione: planta vero, cum sit quiddam perfectum, indiget tantum radicatione. Et hæc quidem hic noster præscribit. Orpheus autem ille Thracius in suo poemate de agricultura non simpliciter hanc vel illam diem docet esse faustam, aut etiam inauspicatam, sed iubet obseruari etiam alias configurationes Lunæ cum signis cœlestibus, & reliquis stellis, quod admodum scite & consentaneè Astronomicis legibus ille præscripsit.

ἕκτη δ' ἡ μέσση) .i. Dies sextus secundus. h. e. XVI. est valde incommodus ad plantationem. ἀσύμφορος) .i. inutilis, à συμφέρειν .i. conducere, σύμφερος .i. conducibilis. μέσση) .s. in media decade. Luna facultatem obtinet humidam vsq; ad primam quadraturam, quo tempore non absimilis videtur augmento infantium. Calidam vero obtinet facultatem, dum percurso Solis quadrato radio, toto orbe fulgere incipit. Tum enim quodammodo suum statum, consistentiamq; & florem videtur consecuta esse. Deinde plus siccitatis acquirit ad alteram vsq; quadraturam, ideoq; remisse sicca reputatur. Accedit enim ad decrementum. Postremo senescit & mori videtur, ideoq; frigida iudicatur, dum speciem suam amittit & prorsus occultatur, quamuis paulo post iterum appareat, assumens lucem, & implens orbem suum pristino lumine. ἀνδρογόνος) Quæ hoc loco Hesiodus de diebus dicit non sunt magni momenti, sed potius, vt Interpres existimat, mera commenta, cum veritate non congruentia. σύμφορος) Dies vel primus vel alter post plenilunium, tunc corpora sunt mediocriter affecta humiditate, sed tamen cœpit decrescere, & dicitur hoc tempus viris esse idoneum, Quare semper nimium humidum est & magis idoneum generationi puellarum. Muliebria enim corpora sunt humidiora. Ergo illud tempus, quo corpora incipiunt contemperari & sicca fieri, aptum est generandis viris. Quia virilia corpora sunt natura sicciora. Et Aristoteles dicit feminis naturam circa tempus coniunctionis esse maxime im-

me imbecillem. Ergo tempus coniunctionis non est conueniens generationi. Illi enim, qui generantur, non diu viuunt, Non enim bene nutriuntur. σύμφορ) .i. ad gignendam puellam. Quia decrescente Luna natura seminis est siccior. Hæc sunt tenuia. Obseruandum tamen est illud Aristotelis, In coniunctione esse imbecillem naturam seminis. Quare non diu viuunt illi, qui sunt in coniunctione concepti.

ψυεὸς) Hoc sine dubio ortum est ex nimia superstitione. Harum enim differentiarum nulla certa ratio assignari potest. ψυεὸς .i. neq; vt nascatur. q. d. non est idonea ad natiuitatem. ἀντιεολῆσαι) .i. neq; vt occurrat ad nuptias. h. e. ad conceptum. In ea sententia est D. Phil. Quia decrescente humore non est vtile congredi. Decima dies est commoda ad generandos masculos. Quia semen est siccius, calidius & magis aptum ad masculum generandum. πρώτη ἕκτη) .i. sexta dies post inchoatum mensem. κυρῇ) .i. ad nascendum puellæ. τάμνειν) .i. secare, castrare. Tunc enim vulnera facilius curantur, quia minus est affluentis humoris. ἀμφιβαλεῖν) .i. circumdare, munire. Illa non habent admodum rationem. ἤπιον) .i. blandum. Inde Homerus vocat φάρμακα ἤπια .i. lenientia, mitigantia, commoda, blanda remedia. ἀνδραγόνῳ) .i. ad generationem maris. Quia corpus se iterum confirmat à coniunctione, sed nondum accreuit. φιλέει) .i. amat, vel solet. κέρτομα) .i. nugas, facetias, mordacia dicta. λόγους) .i. blandas

fabulas ἠρυφίους) .i. occulta, secreta, clandestina colloquia .s. cum mulieribus. Videtur hoc accidere propter quadratum aspectum, quem Mathematici improbant. ὀαρισμός dicitur colloquium amantium de concubitu. q d. occultas fabulationes.

μλωὸς) Q. d. octauus dies lunæ est benignus & fiustus ad castrationes porcorum, τῷ κάπρων, domesticorum, & duodecimus ad castrandos mulos. ὀγδοάτη) .i. octaua die. ἐρίμυκον) .i. valde mugientem ἔρι enim auget in compositione. οὐρῆας) Ionice, pro οὐρέας. ταλαέργος) .i. laboriosos, à τλῆμι .i. sustineo, & ἔργον .i opus. μεγάλη) Magnum vocat, quia continet magnum numerum dierum. Interpres quoq; existimat vigesimum diem vocari magnum, quia continet duas partes vnius mensis. hoc est, duas decadas, quas Luna ad illum vsq; diem iam absoluit. sola vero tertia decas adhuc restat vsq; ad diem trigesimum. Ob eandam causam autem etiam diem plurium, ἦμαρ πλεόνων, appellat, & inquit, Die vigesimo dandam esse operam gignendo filio πολυίσῳ νοῦν σόφῳ, ingenioso, multarum rerum perito, & sapienti. πλέῳ) .i. pleno die. γεινάσθαι) .i. gignas virum doctum, gnarum, scientem .s. sexta die post plenilunium Tunc enim corpora maxime sunt temperata, & humor in semine cœpit iam temperari & decrescere. πεπυκασμένον) id est, densatus, instructus, à πυκάζω, id est, condenso. Q. d. valde est mente valens.

ἐσθλὴ)

ἑβδόμη) h. e. est etiam decimus dies commodus pro mare gignendo. & decimus quartus pro fœmella: quo die quoq; eũducit oues, boues, canes & mulos cicurare, mansuefacere, & ad labores assuefacere, impositis super illa manibus. τετρὰς) .i. quarta media. h. e. decima quarta dies. h. e. plenilunium ad puellam generandam. Fortasse autem hoc dicit propter abundantiam humoris. Coniunctio & oppositio Lunæ & Solis, & aspectus quadrati, sunt mali, & à veris Astrologis non laudantur. μέσῃ) .i. media .i. in medio mense. h. e. in oppositione, vel die proximo oppositioni. Quia tunc corpora sunt humida & corporis constitutionem sequitur constitutio seminis. τῇ) pro, ταύτῃ. εἰλίποδας) .i. curuipedes, vel, trahentes pedes. Epitheton est boum, quo etiam Homerus sæpe vtitur. Sic autem vocantur boues ab obliquo incessu. Nam posteriores pedes velut voluere videntur, non recta incedunt, quemadmodum equi. ab ἑλίσσω .i. traho, voluo. κώας) Q. d. illa dies est apta ad cicuranda animalia. καρχαρόδοντα) .i. habentem asperos, acutos, & serratos dentes. Illa est peculiaris appellatio certorum animalium. πρηΰνειν) Infin. pro imperat. .i. mansuefacito, cicurato, gewehne es / doma, imijcito manus. Quia corpora tempore oppositionis opprimuntur humore, & corpora sunt mansuetiora tunc & abundat somnus. Circa coniunctionem vero efferuescit bilis, & concitantur rabie. Quia tunc crescit humor, Corpora phlegmatica circa coniunctionem melius valent, circa oppositionem minus.

Corpora

Corpora cholerica circa coniunctionem, quando phlegma consumitur, facit rabiosiora, circa oppositionem rectius valent. Quia choleram diluit phlegma. Eius phlegmatis frenum est cholera. πρᾴηρ & πρήηρ .i. mansuetus, Inde πραήνω & πρηήνω .i. mansuefacio. πεφύλαξο) .i. caue, ne tradas te sollicitudinibus & tristibus atq; anxijs cogitationibus quarto aut vigesimo quarto die. Sunt enim dies ἀποτετελεσματικοὶ, admodum efficaces ad producendos rerum effectus, & qua ratione tum fueris affectus, ita vt plurimum tibi succedet. τετράδ') Et hoc fortaßis non incommodo ad oppositionem & interlunia referri potest, quæ non solent laudari. φθίνοντος) .i. deficientis, desinentis .s. 16. diem. ἱσαμένου) .i. incipientis, consistentis, crescentis .s. 4. diem à fine mensis. θυμοβορεῖν .i. absumere, grauare, augere. Q d. Ille dies tibi valde idoneus est, vt excrucies te dolore. φθίνων μὲν) .s. quando declinat ad exitum. ἄλγεα) .s. ad faciendas curas, ad vorandum animum, ad animi molestias.

TEXTVS.

Εν δὲ τετάρτῃ μηνὸς ἄγεσθαι δ' ἐς οἶκον ἄκοιτιν,
Οἰωνοὺς κρίνας, οἳ ἐπ' ἔργαματι τούτῳ ἄριστοι.
Πέμπτας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί.
Εν πέμπτῃ γὰρ φασὶν ἐριννύας ἀμφιπολεύειν,

Ορκον

Ορκον τιννυμένας, τὸν ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις.
Μέσση δ' ἑβδομάτῃ δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν
Εὖ μάλ' ὀπιπτεύοντα ἐϋτρηχάλῳ ἐν ἀλωῇ
Βάλλειν, ὑλοτόμον τε ταμεῖν θαλαμήϊα δοῦρα.
Νήϊάτε ξύλα πολλὰ, τάτ' ἄρμενα νηυσὶ πέλονται.
Τετράδι δ' ἄρχεσθαι νῆας πήγνυσθαι ἀραιάς.
Εἰνὰς δ' ἡ μέσση ἐπιδείελα λώϊον ἦμαρ.
Πρωτίστη δ' εἰνὰς παναπήμων ἀνθρώποισιν.
Εσθλὴ μὲν γὰρ τ' ἠδὲ φυτεύειν, ἠδὲ γενέσθαι,
Ανέρι τ' ἠδὲ γυναικί, καὶ οὔποτε πάγκακον ἦμαρ.
Παῦροι δ' αὖτ' ἴσασι τρισεινάδα μηνὸς ἀρίστην
Αρξασθαί τε πίθου, καὶ ἐπὶ ζυγὸν αὐχένα θεῖναι
Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἵπποις ὠκυπόδεσσι,
Νῆα πολυκληΐδα θοὴν εἰς οἴνοπα πόντον
Εἰρύμεναι, παῦροι δὴ τ' ἀληθέα κικλήσκουσιν.
Τετράδι δ' οἶγε πίθον, περὶ πάντων ἱερὸν ἦμαρ
Μέσση. παῦροι δ' αὖτε μετ' εἰκάδα μηνὸς ἀρίστην
Ηοῦς γινομένης, ἐπιδείελα δ' ἐστὶ χερεῖον.
Αἴδε μὲν ἡμέραι εἰσὶν ἐπιχθονίοις μέγ' ὄνειαρ.

Αἴ δ'

Αἴ δ' ἄλλαι τετάδουποι, ἀκήριοι, οὔτι φέρουσαι.
Αλλος δ' ἀλλοίην αἰνεῖ, παῦροι δέτ' ἴσασιν.
Αλλοτε μητρὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.
Τάων εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, ὃς τάδε πάντα
Εἰδὼς, ἐργάζηται ἀναίτιος ἀθανάτοισιν,
Ορνιθας κρίνων, καὶ ὑπερβασίας ἀλεείνων

Ησιόδου ἔργων καὶ ἡμερῶν
τέλος.

VERSIO.

In quarta autem die mensis ducas domum coniugem
Auguria obseruans, quæ in isto opere sunt optima
Quintas autem fugito, quia sæuæ & molestæ sunt.
In quinta enim aiunt furias obambulare
Periurium vlciscentes, quod Lis peperit pœnam periuris.
Media vero septima Cereris sacras fruges
Diligenter inspiciens, in area rotunda
Concutias, faber secato thalami ligna
Naualiaq; ligna multa, quæ apta nauibus sunt,
Quarto autem die incipe figere naues angustas.
Nona autem media vespere melior dies.
Prima vero nona prorsus innoxia est hominibus
Bona enim ad plantandum & ad generandum
Tam viro, quam mulieri, nec vnquam prorsus mala dies.
Pauci autem sciunt tertiam nonam mensis optimam
Ad aperiendum dolium & ad iugum ceruicibus imponendum

Bobus

Bobus & mulis, & equis velocibus.
Nauem habentem multas tabulas celerem in mare purpureum
Trahito. Sed pauci vera intelligunt,
Quarto vero die aperi dolium, præ omnibus sacra dies est
Media ſ. 14 pauci vero rursum post vicesimam mensis optimam
Aurora existente, vesperi est deterior.
Et hæ quidem dies sunt hominibus magna commoditas,
Cæteræ autem occisæ, nihil significantes, nihil ferentes,
Sed alius aliam ſ. diem laudat, pauci vero sciunt,
Aliâs dies est nouerca, aliâs .i. est mater
Harum beatus & felix est, qui hæc omnia
Sciens sacra facit inculpatus Dijs immortalibus
Auguria obseruans & præuaricationes vitans.

Finis Hesiodi operum & dierum.

VALLA.

Quartaq; post decimam mulierum prospera natu,
Ac prensos domitare boues, validosq; labori
Hemiones canibus faciles adiungere cultus,
Ac lenire manu, pecudiq; imponere mores,
Atq; aperire cados, & dulcia fundere vina.
Sextaq; post decimam plantaribus inuida surgit,
Opportuna viros nasci, sed iniqua puellas
Aut nasci, aut thalamos petere, aut hærere maritis.
Septima post decimam Cereris terat hordea sacræ,

Ingentemq;

Ingentemq; licet ferro discindere syluam,
Ac varias aptare trabes, quibus ardua tecta
Moliri, ac structam possis agitare carinam.
Nonaq; post decimam felix est, cum Dea surgit
Lutea, sed medium cœli quem venit in orbem
Fit grauis, ex media ad finem lætissima fulget.
Proxima lux sapientem hominem diuina creandi
Insigni viget officio, nec luce dolendum est,
Post illam quarta sacra est, ea lœta trahantur
Gaudia, quinta dies post hanc iuga curua iuuencis
Ponit, & hemionos & colla exercet equorum,
Altaq; veliuolas deducit ad æquora puppes,
Quam pauci nouere, & recto nomine dicunt.
Sunt harum humano generi seruanda dierum
Tempora, quippe illud magnis successibus augent.
Sunt alia, ancipitesq; tamen sine, neq; vllo
Officio excellunt, hanc alter laudat & illam,
At paucis natura illarum cognita surgit:
Nam nunc ipsa dies totum complectitur orbem
More piæ matris, sæuæ modò more nouercæ,
Nunc fulget, nunc atra latet, felixq; beatus
Ille quidem qui Dijs gratus, cui cognita sunt hæc,
Omniaq; inspiciens rerum se exercet ad vsus.

Hesiodi operum & dierum finis.

FRISIVS.

In quarta prima vxorem tibi ducito charam,
Auguria obseruans, quæ sunt dexterrima tædis.
In primis quintas fuge pestiferasq; graueisq;.
His etenim Eumenides terramq; hominesq; pererrant,

Supplici-

Suppliciumq; ferunt periuria falsa locutũ.
Septima post decimam felix Cerealia dona
Area in æquata recte, terere atq; flagellis
Excutere: ad thalamum faber hac tibi signa secato,
Tum quoq; materiam fabricandis nauibus aptam,
Incipiens quarta naues sarcire vetustas.
Iam nonæ mediæ pars vespertina probatur,
At homini innocua est, quæ nona est ordine primo,
Confer & plantũ, tum fœmelliſq; virisq;
Gignendis simul est felix, nec inutilis vnquam est.
Sed latet hoc multos, quod sit penultima mensis
Optima, seu reserare velis vas, seu iuga dura
Bobusq; & mulis & equis annectere collo,
Seu tibi si placeat nauem deducere in altum,
Namq; datum paucis discrimen noscere verum.
Vasa aperi decima quarta, Nam præ omnibus hæc est
Sacra dies, post vicenam, quæ solis ad ortum
Est bona, ad occasum mala, laudant pauci alias hinc,
Iamq; dies aliæ felices atq; benignæ,
Contrà aliæ ancipites, sunt & virtute carentes,
Et laudant alias alij, est cognitio paucis.
Sæua nouerca dies nunc est, nunc mater amica.
Is felix ac prosper aget, qui hæc omnia seruans,
Sic vitam instituat, Dijs inculpabilis vt sit,
Auguria obseruans nec quicquam spernere tentans.

Hesiodi operum & dierum finis.

EXPLICATIO TEXTVS.

ἥν τετάρτῃ) .i. in quarta .ſ. prima. Q. d. Ne ſollicitum habeas animum die quarto menſis, ſed ducas vxorem & celebres nuptias, prius tamen inſpecto auspicio nuptijs celebrandis auſpicatiſſimo, vtpote ſi conſpicias duas cornices, non aliquam halcyonem, non fuſcam ardeolam, non crecem ſiue ibidem. non ſolam turturem, nec hirundinem, ſed ciconiam pauonem, & illas fauſtas atq; auſpicatas volucres, quæ nihil mali ciunt. κρέξ auis inauſpicata nubentibus. μωὸς) Phil. intelligit XIIII. diem. ἄκοιτιν) .i. coniugem. ἀκοίτης, υ, .i. maritus. Sed ἄκοιτις, ιος, ι. vxor, quaſi σύγκοιτος .i. coniunx. οἰωνοὺς).i. auguria, ſeu auſpicia. οἰωνοὶ dicuntur aues afferentes augurium. vnde illud Iliad. μ. εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Sic etiam auis & ales pro augurio ſumitur apud Latinos. κρίνας) .i. conſulens, obſeruans, dijudicans. ἔργματι) Metatheſis eſt in nomine ἐγέγματι, quod à ἔρχω venit. In iſto opere ſeu negocio .ſ. prius factis rite ceremonijs.

πέμπτας) Quintas monet eſſe fugiendas, videlicet, primam quintam mediam, hoc eſt, decimam quintam, & poſtremam, hoc eſt, viceſimam quintam. Hoc non habet cauſam phyſicam, Quia nondum eſt quadratus aſpectus. ἐκφεύγεσθαι) id eſt, fugias, aut deuites. Infinit. pro imperat. χαλαπτά) id eſt, ſæuæ,

sæuæ, difficiles. Interpres existimat vitandum esse quintum diem lunarem ad nuptias, Quia grauis est & periculosus, Aut quia graues sunt in ipso concubitus fiue nuptiæ. ἐν πέμπτῃ) Puto hoc esse ortum ex religionibus, sicut apud nos fuit persuasum in noctibus quartarum anni etiam oberrare spectra quædam, vt multi testati sunt se multa mirabilia spectra vidisse. ἐρινύας) id est, furias, Eumenidas, quasi scrutatrices ab ἐρευνάω, id est, scrutor. Quia scrutantur conscientiam, quæ punit scelerate facta hominum. Prudentes enim viri animaduerterunt pœnas impendere sceleratis hominibus & hanc rem innumerabilia exempla confirmant. Ideo finxerunt per id tempus oberrare furias & á sceleratis hominibus expetere furias. ἀφιπολεύειν) id est, circumuagari, oberrare, circumire. ὅρκον) id est, iuramentum, seu periurium. Orcus apud Virg. lib. 1. Georg. pro Dite vel Pluto ne accipitur, qui inferorum Deus est. Deinde sumitur etiam pro fluuio inferorum sic dicto ab ὄρυσσω. h. e. iuramentum, quod per illum, h. e. stygem Paludem, á qua, Homero teste, profluit, iurabant Dij, nec peierare licebat. τινυμμένας) .i. vlciscentes, á τίνω ἢ τίνυμαι .i. punio, vel τινύω .i. reddo, pendo, vlciscor. ἔριδος) .i. lis, contentio, discordia. ῥῆμα) .i. damnum, pœnam. ἐπιόρκοις) .i. periuris. h. e. vt exequantur vindictam Orci. Quia culpa postea redundat in ipsum authorem. Poëta dicit isto die furias videre facta iuramenta, quæ peperit contentio, damnum periuris. h. e. punire periuria ex contentionibus

nibus in perniciem hominum orta. Hoc autem, vt Interpres testatur, Hesiodus videtur sumpsisse ex Melampode, qui dixit, ijsdem diebus mori illum, qui Luna quinta periurium facit.

Multa quidem scitè excogitata sunt à Poëtis, Sed haud scio, an quicquam hoc figmento aptius, nempe, quomodo furiæ commotæ ira Dei euocentur ab inferis, quomodo secum trahant luctum, timorem, insaniam: Quomodo item agant homines præcipites in scelus, iniecto illis serpente, & infuso veneno. Deniq; quomodo flagellis insectentur facimorosos, & ardentibus facibus eos agitent. Hæc enim omnia aptissimè & grauissimè excogitata sunt ab hominibus sapientissimis, qui magnitudinem iræ diuinæ, & causas humanarum calamitatum diligenter considerarunt. Sunt autem furiæ nihil aliud, nisi prauæ cupiditates, seu commotiones animorum á recta ratione auersæ, quibus impelluntur hi ad odium, inuidiam, ambitionem, cædem, Illi ad stupra, adulteria, incestus, Alij ad alia atrocia & nefaria flagitia, incitati á Diabolo, id quod ipsa nomina declarant, quæ ab effectu furijs indita sunt. μεγαῖρα enim significat inuidiam & æmulationem, Hæc odia inctiat, Tisiphone, vltionem cædis seu cupiditatem vindictæ, Hæc efficit homicidas & parricidas. ἄλαστω irrequieta dicitur, Hæc concitat seditiones & discordias. Tales vero impetus seu commotiones animorum adducunt luctum, pauorem, terrorem, insaniam. Conijciunt enim homines in miserias & calamitates luctuosas, incutiunt animi horrorem & metum

& metum, adigunt ad insaniam. Deinde serpentes, flagella, & faces furiarum, sunt anxietates & cruciatus conscientiæ. His conscientiæ tormentis furiæ tanquam quæsitores & carnifices scelera scrutantur. Nam etsi leges & iura in facinorosos non animaduertant, nemo illorum scelera viderit, adest tamen ipsa conscientia, quæ illos vrget, insectatur, accusat, & in iudicium rapit. Extant apud Plutarchum de sera numinis vindicta, memorabilia exempla, quomodo facinorosi affligantur conscientia, quomodo spectris & somnijs terreantur. Hæc Sabinus lib. 4. Meta.

μέσῃ) Decimo septimo die probat conuectionem & ventilationem frugum & sectionem lignorum. Quarto autem iubet compingere naues debiles & fragiles. ἑβδόμάτῃ) .i. septima media. h. e. Decima septima dies est idonea ad triturам, propter decrescentem Lunam. Quia humor incommodus lædit frumentum, ariditas vero prodest. εὐτροχάλῳ) .i. bene æquata, seu rotunda, vt Varro præcipit. βάλλῃν) .i. conijcias, iacias, teras, ventiles, concutias. Quia certè ventilationibus opus est aëre puro, & humiditas vitanda est, cum fruges ventilamus, wenn man das Korn vmbkeret. ὑλοτόμῳ) .i. roborum sector, seu faber lignarius, ein Zimmerman. Rectè dicit Poëta ligna ad thalamum esse secanda media septima. h. e. decrescente Luna, quod illa sint firmiora. Quæ vero secantur crescente Luna, ilicò putrescunt. δοκὸς) .i. ligna ædificatoria, Bawholtz / seu cubicularia. θαλαμήια) id est, ad ædificia conducentia,

prodest enim secare materiam, aut ligna Luna decrescente. Alioqui enim, si abundant nimio humore arbores, quod accidit Luna crescente, facillime corrumpuntur ligna. νῆϊα) .i. ad extruendas naues. Eo enim tempore paululum decreuit Luna & humores in arboribus immimuuntur. ἄρμενα) .i. apta, idonea. τετρᾰδί) Quia quarta est auspicata & bonis ominis. ἀραιάς) .i. biantes, tenues, minutas, angustias, fragiles, paruas, collatione magnorum ædificiorum. Alludit sine dubio ad naufragia. πήγνυσθαι) .i. fabricare, compingere, figere, glutimare. ἄρχεσθαι) .s. eò quod rectius fit, cum aura est humidior.

εἰνὰς δ') H. e. nona dies media .s. decima nona meridiana melior dies .s. est. μέσση) .i. decimus nonus dies post meridiem, vesperam versus, est bonus. ἐς δείελα) .i. à meridie, vel, meridiana, vel, pomeridiana. Est autem aduerbium pluralis numeri, sicut πρῶτα. δείελον crepusculum vocant: δείλινος & δείελος meridianus, & meridianum tempus vocant δειλινὸν. πρωτίστη) h. e. prima nona dies, scilicet, á principio mensis prorsus innoxia est, propter tergeminum aspectum, cum Sol abest á signis. Hæc dies vtrisq; gignendis accommodata. Et nunquam prorsus mala dies est, videlicet, si aliquid ea die facias, quod conueniat. Hæc Phil. φυτεύειν) .i. ad plantandum, seu, ad serendas plantas. γυνάσθαι) .i. ad generandos mares. πάγκακον .i. mala omnino. τριτατάδα) h. e. nonam diem tertiæ decadis, vel vigesimam nonam diem. Loquitur hîc de biduo ante ἔνη καὶ νέαν. ἀρίστη)

ἀρίστην) Quia accedit ad coniunctionem, quod infaustum est tempus omnibus nascentibus. ἄρξασθαι πίθου) .i. ad relinendum seu aperiendum seu incipiendum dolium, Græcismus est. pro aperire dolium, das Faß anzepffen. θεῖναι) .i. boues, mulos, & equos aptare iugo, vel, ponendo collo sub iugum. Vigesimum nonum diem ait à paucis obseruari, & iudicari esse bonum ad relinenda dolia & alia, quæ subijcit. πολυκλήϊδα) .i. bene clauatam, vel, habentem multas tabulas, vel multa transtra, vel, transtratam, à κλήϊς .i transtrum, sedes, coniunctura: pars corporis, vbi humerus iungitur ceruici. κλήϊδες, da die Remi auffgelegen haben. οἴνοπα) .i. nigrum atrum, seu purpureum, eò quod habeat colorem vini. εἰρύμεναι) .i. trahere, vel, ad trahendam nauem, vel, ad demittendam nauem in altum. Quia sub id tempus est temperatißima & tranquilla aura.

παῦροι) h. e pauci sciunt, qui dies alijs sint meliores. vel, pauci norunt verè discernere dies, & rectè de eo discrimine iudicare. κικλήσκουσιν) .i. vocant. dicunt, seu, recte præcipiunt. Q. d. pauci recte iudicant de discrimine dierum. τετράδι) i. media quarta. h. e. decima quarta die. οἶγε) .i. aperito, zepffe an. Sine controuersia decimum quartum diem commendat ad cados relinendos. Hoc est superstitiosum. παῦροι) .s. dicunt. αὖτε) Expletiuum est εἰκάδα) Pauci nouerunt, quod vigesimus primus sit commodus ad πιθοιγίαν, mane præsertim, & non vesperi. ἠοῦς γινομένης) i. aurora existente, seu vigente, mane, vel

matutino tempore. ὠδείελα) .i. pomeridiana. D. Philippus putat huius loci sententiam esse, paucos post vigesimam mensis optimam probare sequentes dies, videlicet luna iam declinante ad finem mensis & coniunctionem. Iam & tempestatum & corporum maximæ mutationes fieri principio postremæ quartæ, quod obseruando potest disci.

αἱ δὲ μὲν ἡμέραι) Conclusio de obseruatione dierum. ὄνειαρ) .i. commoditas, seu vtilitas. Concludens doctrinam de discrimine dierum, iam summatim, & comprehensim inquit, Hi quidem dies hominibus sunt valde vtiles & auspicati, Reliqui autem infausti & auersandi. Alius autem alium probat diem. μετάδουποι) .i. incertæ, ociosæ, non autenticæ, simul sonantes, stimmen allein mit/ qui numerum tantum explent, nomen tantum retinent, sed non præ reliquis excellunt. Alij exponunt μεταδούπους id est, intercidentes. hoc est, intercalares. ἀκήριοι) id est, nullius significationis, nullius momenti, impropriæ. Politianus videtur vertisse, emortuos dies. Et Homerus somnia vocat ἀκήρια, q. d. inania. ἄλλος) Vna & eadem dies sæpe affert variam fortunam. Ex hoc loco licet videre Hesiodum non vbiq; secutum esse certam rationem, sed in plærisq; superstitionem & consuetudinem hominum. παῦροι) .i. pauci nouerunt veritatem. Dies enim quandoque συνεργεῖ καὶ ἐστὶ μήτηρ, conducit ad conatus nostros & est mater. Quandoq; vero ἐναντιοῦται καὶ δοκεῖ μητρυία, aduersatur, & videtur nouercam agere. μητρυὴ) Alij putant

putant hanc esse sententiam huius loci, quod eadem dies est partim bona, partim mala. Sed vera sententia Poëtæ videtur esse, quod hæc dies, quæ hoc mense fuit fausta, potest alio mense esse infausta. Miræ enim sunt vices rerum. τάων) Aeolicus genitiuus est pro τῶν. s. ἡμερέων q. d. ex his diebus, seu propter hos dies. Locus est communis, Illum fore inculpabilem Dijs. h. e. illum non peccaturum, qui suo quæq; die fecerit, & qui auguria. h. e. signa & transgressiones obseruet. h. e. qui non violabit ea, quæ religiosè & vtiliter sunt constituta. Dij enim fauent ijs, qui natura recte vtuntur. πάντα) .i. hos dies omnes. ἐργάζηται) .i. sacra facit, vel, laborat. κρίνων) .i. obseruans, dijudicans, consulens. ὀρνίθας) .i. auguria. h. e. omnes significationes, quæ habent aliquam rationem. ἀλεείνων) .i. vitans, fugiens. ὑπερβασίας) .i. transgressiones, delicta, præuaricationes. h. e. contemptum religionis. Q. d. religiosæ obseruationes non sunt contemnendæ. Interpres sic exponit, inculpatum esse apud Deos, qui ista penitus sciens, agat & laboret secundum auguria iam commemoratorum dierum, & fugit inauspicatos dies.

SOLI DEO GLORIA.

FINIS IMPOSITVS EST TERTIO libro Hesiodi de obseruatione dierum, Anno 1575. Die 5. Februarij, quo ante annos 54. Belgradum seu Alba Græca à Turcis expugnata & occupata est, auspicijs Solymanni Imperatoris.

EPIGRAM.

EPIGRAMMA IN EXPICATIOMEM HESIODI.

M. STEPHANI RICCII, SCRIPTVM à Georgio Thurschala ministro Ecclesiæ in Greutzschen ad ripam Sereni.

NVper in Aönijs, pro tempore, longius, hortis
Expacians Clarij ductor Apollo chori:
Vidit honoratos prisco de tempore vates
Proxima Pierijs rura subire iugis.
Omnes magnifico decorati corpus amictu
Frondea compositis serta tulêre comis
Omnes æquali procedunt ordine passu,
Auditiq; graui doctius ore loqui.
Vnus at à longe cœtum malesirmus honestum
Insequitur, cuius squalida Vestis erat:
Innitens baculo gressus vix nouit anules,
Barba riget, senio lassaq; membra tremunt.
Huic patria Ascra vetus, fonti vicina sacrato,
Pægasus alato quem pede fodit equus:
Illa sinu totum, primis curauerat annis,
Præcipuum Vates inter habere locum.
Iam vero pannis, ac multis obsitus annis
Finibus in patrijs vix bene notus erat,
Vile latens virtus, accedens inquit Apollo,
Vile tenebrosis ars bona mersa locis,

I, pete

EPIGRAMMA.

I, pete Teutonicas remis velocibus oras
Hìc te grande decus, te manet altus honor
Nam colit egregios fortis Germania vates
Doctrina celebres & fouet ipsa viros.
Arte secans mendas, ornatum RICCIVS addet,
RICCIVS ingenio clarus & arte senex.
Hoc duce Teutonico loquitur sermone Poëta,
Qui cecinit quondam pascua, rura, Duces.
Paruit, & iussus Germanas tendit in oras
Munificiq; senis dona benigna capit,
Ornatuq; nouo iam celsas permeat aulas
Aönij visus dignus honore chori.
Ergo age, rumpe moras studijs addicta iuuentus,
Quæ sacra Pegasei flumina fontis amas:
Huc ades, Ascræi cultissima carmina vatis
Nocte dieq; auida volue reuolue manu,
Cuius & auspicio nostris inclaruit oris
Grata celebrato perge fauere seni.
Formandæ hìc capies præcepta salubria vitæ,
Et Graio disces tersius ore loqui.

FINIS.

LIPSIÆ

Imprimebat Georgius Defnerus,
Impensis Iacobi Apelij,

ANNO

M. D. LXXX.

BIBLIOTEKA KORNICKA







BIBLJOTEKA KÓRNICKA
13961

Steph: Rittius
in Hesiodum.

704.